# PVPILLORVM PATROCINIVM,

LEGVM ET PRAXEOS studiosis, non minus utile quàm necessarium,

*Iam denuò vigili cura, & non pœnitenda accessione locupletatum.*



ITEM.

*Subhastationum compendiosa Exegesis, iterum recognita & locupletata.*

Authore Clariss. Viro D. IODOCO Damhouderio Brugen. Equite aurato I. V. Doctore, pridem Caroli V. Roma. Imper. nunc uerò ipsius filii Philippi Hispa. Regis in sua Belgia, inferiori Germania Cõsiliario & Cõmissario.

*Index verborum rerumq; locupletissimus.*






VENETIIS, Apud Io. Antonium Farreum. 1572.

IN hanc de iure ſcribendi diſceptandiq; arenã deſcẽſurus, priuſquam qua de re agitur, exponam, oratos vos habeo Lectores candidiſſimi & eruditiſſimi, ut benigno & ęquo animo adſitis, quos imprimis obſecrabo, atque per ſuperos omnes obteſtabor, ut ſi quid à me impræſentiarum, aut infantius dictum, aut leuiter tractatum, turpiterve quouis modo cõmiſſum, aut etiam erratum fuerit, memineritis neminem unquam mortaliũ à Nemeſis Adraſtiæ legibus ita fuiſſe abſolutum, & liberum, ut non aliquando humani aliquid patiatur. In nullo enim labi & errare, omnia memoria complecti, ut ſolis immortalibus datum, ita diuinitatis magis, quã mortalitatis eſt indicium, uel ipſo Iuſtiniano illuſtriſſimo, necnon ſanctiſſimo Imperatore teſte, in l. 2. §. Si quid autem. C. de ueter. iur. enucleando. Tantum abeſt, ut ego in hac iuris parte, quæ de pupillorum agitur patrocinio, quicquam pręclari, aut polliceri, aut præſtare ualeam, ne fortaſſis parum fœlix ſucceſſus rei expectationem ueſtram fallat,

neve triſtis & iniucunda ſequatur cataſtrophe. Proinde fidem, humanitatem, beneuolentiamq; ueſtram, ad candidam huius libri cenſuram implorare uolui, omnemq; arrogantiæ, temeritatiſq; ſuſpicionem ab animo meo, a pud uos, quantum fas eſt depellere, ſperans uel per hoc, ueſtro candori me equiorem, & expurgatiorem fore, ſi nõ quod debui, ſed quod potui pro pupillorum protectione deprompſerim, & ſi ueſtræ beneuolentiæ pro uirium mearum tenuitate, ſi non omnino ſatisfecerim, ſaltem utcunque placuerim. Sed quoniam ad rem inſtitutam, nos temporis breuitas reuocat, pluribus uobiſcum agere ſuperſedebo, remq; ipſam aggrediar.

# PRAEFATIO

## OPERIS, CVM EGRESSIONE IN LAVDEM ET VTILITATEM HVIVS MATERIAE.

CVM ita comparatum ſit, ut ubi à maioribus receptæ ſunt leges, ſeu conſuetudines, quæ inſtar legum ſunt. l. De quibus .ff. de legibus parum fructus aut commodi Reipub. Chriſtianæ adferre poſſint, niſi ſint legum cuſtodes, qui iuxta earũ præſcripta uniuerſas ſuas actiones moderentur, multis nominibus laudabiles illi ſint neceſſe eſt, qui dum hiſce legibus ſeu conſuetudinibus, quæ in mores tranſierunt. §. Ex non ſcripto. Inſtitut de iur. nat. gent. & ciui. præſunt & præfecti ſunt, tanquam uiuæ uoces, l. Nam & ipſum. ff. de Iuſtit. & iure. Cicero lib. 3. de legibus in hoc unum præ cæteris incumbunt, ut ſecundum earum mentem, interpretationem, & exemplum, homines non ſolum in officio contineantur, ſed occurrentia negotia, & controuerſiæ humanæ, quæ infinitæ ſunt, l. 4. ff. de præſcr. uerb. Cicero lib. 3. de finib. bon. & malo. definiantur ac ſopiantur hoc agit Præſes in ſua prouincia l. Illicitas. §. 1. ff. de offic. præſid. hoc ſtudet quiuis Iudex municipalis, qui poteſtatem à lege, l. 1. ff. de iuriſdict. omni. iudic. ſeu conſuetudinis arbitrio. l penult. ff. de Iuſti. & iure. Doctores in l. Imperium. ff. de iuriſdict. omnium iudic. recepit. Qua quidẽ in re animaduertere non ſolũ oportet maiorũ noſtrorum prudentiam, ſed & agnoſcere & uenerari diuinã prouidentiam, quæ præclaros ſemper huius ſuæ politiæ fundatores, & propagatores habuit, & de ſeculo in ſeculũ, uiciſſitudine quadã tranſmiſit, qui dũ diuini & humani iuris, l. Iuſtitia ad finẽ. ff. de iuſtit. & iure. cõmunicationem & ſocietatẽ legũ, qua totus terrarũ orbis in unũ quaſi corpus coaluit, & perpetuis mutuiſq; fœderibus iũgitur. Doctores in l. Prima. ff. de pact. l. Iuriſgẽtiũ. §. Prætor ait ff. eod. ut. de pact. poſteris tradere & cõmẽdare uoluerunt. Ad certa ſeſe

*principia retulerunt, quibus rectè cognitis & obseruatis, æternitatē huius policiti status, quandā inuenirent. Quid quæris? leges præesse uoluerunt, easque aut consuetudines earum authoritatē & uim habentes fore perpetuas. l.2.ff.de statu hominū Nā in rebus nouis cōstituendis euidēs esse debet utilitas, ut recedatur ab eo, quod diu uisum est æquū l. In rebus nouis. ff. de constitu. princi. Plato dialog. 4. de legibus. Aristo. polit. lib. 2. c. 6. & 3. & Ethicor. 10. Et solet eā mutatio legum in Reipub. maximas turbas parere, & summis regnis, ciuitatibus & municipiis esse exitio, ut domestica exempla demonstrant, & quotidiana experientia, multa Historiarū serie confirmata, indies ac indies magis docet & eloquitur. Eò autem tendunt nostræ leges, eò omnes sapientes rerumpu. gubernatores, scopum dirigunt, ut in altissima Christianæ Reipub. tranquillitate, l. ut perfectius C. de ani. except. l. Sæpe. C. de præscri. 30. uel 40. annor. Doctores ad §. 1. & 2. in proœmio Institut. Sit rerum hominumq; inter se concordia, unde efficiatur ut & personarum et rerū habeatur summa ratio & æqualitas. l. 1. ff. de contrahē empt l. 1. ff. de rerum permuta. l. 2. C. de rescind uend. Aristo. lib. 5. Ethicor. consensionis conciliatrix. Nam ad hæc duo uelut iuris obiecta uniuersa iuris constitutio refertur. l. 1. ff. de statu hominum. Personæ porro aut publicè, à titulo de Senatoribus ad titulum de iurisdict. omnium iudic. l. 1. §. Publicum ius. ff. de Iustit. & iur. Sunt autem priuatæ, titu. ff. de his qui sunt sui uel alieni iur. quemadmodum & res quoque diuiduntur, l. 1. §. 1. ff. de diuisio. rerum & qualitat. & tandem ipsum ius nostrum quo utimur. d. l. 1. §. Publicum ius. §. final. Institut. de Iustit. & iure. Ita enim à natura constitutum est, ut quædam publicè, quædam priuatim tantum utilia habeantur. d. § final & §. Singulorum. Institut. de rerum diuisio. In quo quidem tractatu, ea quæ de iustitia commutatiua & distributiua ab Ethicis ad consultos transferri possunt, penitus absoluuntur & continentur l. Iustitia ff. de Iustit. & iure. Accescere hisce legibus, seu piis bonisque statutis per Iurisprudentiam. l. 1. C. de acqui. & retinen. possess. in fine, hoc est, iurisprudentum interpretationem certæ quædam formulæ, regulæ & solennia. l. non ex Prætorio. ff. de reg. iuris. l 2. ff. de orig. iuris, ab ipsis legibus tanquam à genere ad speciem deducta, quæ & ipsæ, tanquam authoritatem iuris obtinentes, à subditis ad unguem obseruandæ sunt. §.*

*Sed*

*Sed cum paulatim, Institut. de testa. l. 1 ff. de uerbo. oblig. l. An inutilis. ff. de accepilationibus, quamuis hodie non ita strictè. l. 1. C. de formul. & impetratio. actio. sublat. ut olim, in rigido illo nascentium legum sæculo & ætate, per tantam enim solemnitatum copiam & multitudinem, ipsæ leges non minimam reuerentiæ suæ partem acceperunt, l. legitima. ff. de pact. præsertim apud bonos, & plebem nondum extraneis artibus & incantationibus seductam, & simplicitate sua, ab impiis hominibus deperditam. Apud illos uerò qui contemptis & naturæ & legum præceptis, nihili hanc humani & diuini iuris societatem faciendam autumant, sed ueluti furiæ quædam infernales ad complendum totius orbis loca perturbationibus emissæ, ab illo qui omnis dissensionis magister est & caput, subdolè & uafre ad delendam & penitus extirpandam concordiam enituntur & summo studio contendunt: de hoc amplè diximus in illo libello, quem Praxim rerum criminalium inscripsimus. l. 1 ff. de Iustit. & iure. Aristot. lib. 5. Ethicor. apud illos inquam pœnarum horror, qui a legum sanctionibus, istiusmodi factionis ingeniis indicitur, aliquousque ualet, & timorem quendam incutit, & certis limitibus consistere cogit, ut non tandem in uniuersi orbis exitium ruant, cum non uereantur integra sæpe regna & prouincias nefariè sumptis armis concutere, qui uiolantes sponsionem. l. 1. ff. de legibus illam quā communis respublica, legibus & principi, in quem omne imperium & potestas collata est. §. Quod principi institut. de iure nat. gent. & ciuil. l. 2. ff. de orig. iur. præstitit, ab ea, tanquam putrida membra abscindenda sunt, aut saltem ita coercenda, l. Capitalium. §. Famosos. ff. de pœnis, ut desinant male facere, & alii exemplo moniti discant, quantum sit peculium & compendium, honeste uiuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere. §. Iuris præcepta. Institut. de Iustit. & iure. Ad quæ fœliciter colenda habes in repub. leges earumque interpretes. d. l. 2. ff. de origi. iur. l. 2. C. de ueter. iur. enucl. personas seu magistratus, qui eas in diiudicandis negotiorum controuersiarumque certaminibus publicè, §. 1. institut. de offic. iudic. sequuntur. Principem ac monarcham denique, qui cum se legibus solutum sciat, legibus tamen uiuere asserit, l. digna uox C. de legibus, & constitutionibus princ. & edic. §. finali institut. de uulga. substitut. Atque hinc est, quod quidam reperiantur supra*

legem, alii in lege, alii sine lege. Augusti. in lib. de ciuita. dei. Primi quidem generis sunt principes & uiri boni, secundi mediocres, tertii mali, quarti furiosi, prodigi, pupilli & similes. Et profecto cum præ cæteris illi de quibus supra diximus uideant, quo ordine & iustitiæ tenore, cuncta procedunt, quæ cum hominibus aguntur & quantum ab iniquo æquum distet, l. 1. §. 1. in uerbo Iustitiam namque colimus &c. ff. de iustit. & iure. tum & hoc naturæ quadam solertia & prouidentia, Deo sic creante, effectum est, ut quilibet qualis tandem is sit, in se notitias quasdam, consulti instinctum naturæ appellant, ut legem quandam agnoscat & uereatur. d. l. 1. §. Ius naturale, §. 1. institut. de iure natu. ut si quis prædicta iuris præcepta uiolauerit iudicio proprio condemnandus ueniat, l. unica. C. de confess. Quam quidem naturæ regulam & inclinationem prudentes eatenus extendere studuerunt, & studio quod spectarunt consecuti sunt, ut illa naturæ principia omnium singularumque legum constituerint fundamentum & basim. unicum enim præceptum naturæ est, omnibus notum & à natura inditum & innatum. Quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris, l. Nam hoc nat. ff. de condict. indeb. l. Non hoc æquum. ff. de reg. iur. §. 2. Institut. de his qui sunt sui uel alieni iur. l. In creditore. ff. de euicti. Quo factum est, ut Iustinianus Imperator princeps Christianissimus, illorum etiam responsis legis authoritatem tribuerit, quorum authores Christum nunquam cognouerunt, & locum apud Christianos in decidendis controuersiis esse uoluerit, l. Septimo mēse. ff. de statu. hominum, l. 2. ff. de legibus. l. Antiqui. ff. si pars hæredit. peta. §. Item precium institut. de empt. & uendit. quod illi præ cæteris & naturæ præcepta rimati sint. §. Cum ex aliena materia. §. Si quis in aliena tabula Institut. de rerum diuisi. l. In rem. §. Sed & id. ff. de rei uendica. & secundum eam inculpatissimè uixerunt, ut quoniam natura omnibus communis & unâ est, præceptorum, quoque inde deriuatorum usus communis sit omnium gentium. Nam de singulis leges ferre impossibile est, l. Non possunt. ff. de legibus. l. Neque eodem titu. nec una lex omnes casus comprehendere potest, tum deinde certius inueniri nullum iudicium potest, quam quod natura, tanquam fundamento innittitur, eaque confirmatur. §. finali Institut. de legiti. patro. tutel. l. Cum ratio. ff. de bo. damnat. & per rationem, quæ

peræque

*peræquè apud omnes pollet, iuuatur, dilatatur. §. Ius autem gentium Instit. de iure conatur. § Singulorum instit. de rerum diuiso. & ad sensum communem traducitur. Et hoc modo, de qua tandem re statuendum aut deliberandum est antecedentia & consequentia considerantur & examinantur, circumstantiæ librantur argum. l. Quod contra rationem .ff. de legibus .l. Quod contra .ff. de reg. iur. ut tandem hæc uniuersalia & generalia præcepta & dogmata particularia statuta & leges in singulis speciebus efficiant & pariant. Quod tum fieri ceptum est, cum homines syluis & uagis locis relictis ad pagos ciuitatesque se contulerunt, cœptus, concilia, congregationesquè ex cuiusque familiis deductæ, conuenire cœperunt, & quibusdam ueluti interuallis ac gradibus superiora naturæ præcepta, executioni mādare, & quāplurima alia singularia inde ad usum publicū prout quisque suæ Reipub. uidit esse consultissimum deriuarunt. l. Ius autem ciuile. ff. de Instit. & iur. Atque hinc Ius ciuile antiquissimam suam ducit originem, cuiusque ciuitatis proprium. §. Ius autem ciuile institut. de iure natu. gent. & ciuili, ac peculiare quod ut natura humana nunquam est otiosa, semper nouas edere formas deproperat. l. Omne populi. ff. de Instit. & iure, pro loci, temporis, personarumque circumstantiis, sæpe uariat, mutaturque. d. §. Ius autem ciuile. Naturæ autem ius immobile perpetuumque semper permanet. §. fi. Instit. de legit. agna tutel. Natura quippe in rebus humanis perpetuitatem quandam sibi imaginata est, unde est quod pater (quod quidem naturale nomen est) per liberorum procreationem perpetuò uiuere intelligitur. l. liberorum. ff. de uerbo. & rer. significa. §. fin. Institut. de testa tutel. Quam quidem naturæ sagacitatem ipsa quoque ars ciuilis, quod proprium est huius propositi imitata est. §. Minorem natu. instit. de adoptionib. dum ipsos filios adoptiuos, eo loco habet, quo naturales, si existerent, quemadmodum ipsos quos in potestatem nostrā arrogamus. §. in plurimis autem causis. d. titu. nonnunquam uerò meritū erga Rempub. tantum præstat, ut ii qui non extant, sed pro Repub. occubuerunt, perpetuò in gloria uiuere existimentur. §. Sed si in bello, Institut. de excusat. tuto. Et hoc quidem ars ipsa ciuilis quoadusque naturam ipsam uelut è longe spectans sequitur per quasdam legitimas fictiones, utilitatis publicæ gratia legum authoritate comprobatas & inductas. §. Si ab hostibus Institut. quibus modis*

*ius*

ius patr. poteſt ſolui. §. finali & ibi doctores Inſtitut. quibus non eſt permiſſ facere teſta. Natura autem ipſa ad ſui ipſius conſeruationem, Deo ſic prouidente, produxit legitimas uiri & mulieris coniunctiones. §. 1. Inſtit. de iure natur. tit. Inſtit. de nupt. connubia licita, nuptias ipſo thoro uenerabiles. §. Si aduerſus d. titu. indiuiduam uitæ conſuetudinem continentes. §. 1. Inſtitut. de patr. poteſt. necnon diuini & humani iuris communicationẽ. l. 2. ff. de rit. nupt. cum animorũ corporũq; diuinæ & humanæ, domus unione, utriuſq; fortunæ ſocietatem. Vnde Princeps quiſque ſuæ familiæ dicitur & habetur, qui cum principatum & poteſtatem habeat in eos, qui ſuæ ſunt familiæ, hoc eſt in liberos mancipiaque. l. Pronunciatio. §. Familiæ. ff. de uerbor. ſignifi. natum eſt ius illud patriæ poteſtatis, & illius quæ dominis in ſeruos de iure gentium tributa eſt titu. de patr. poteſt. titu. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. Et quoniam natura cuique homini inſeuerit, ſiue indiderit ut ſe partumque ſuum tueatur l. 1. §. Ius naturale. ff. de Iuſtit. & iure Cicer. lib. 1. officio defendat, regat, & gubernet, l. ut uim d. titu. & quantum fieri poteſt bonis moribus & diſciplinis imbuat, fit ut hoc ſtimulo & inſtinctu moti ipſi parentes naturaliter illis ſtudeant acquirere, omnemque ſpem in illis habere poſteritatis. l. In ſuis. ff. de li. & poſthumis, l. Placet. ff. de acqui. hæredit. tit. inſtit. per quas perſon. Et id quidem durante patria hac poteſtate. l. finali. C. de impub. & aliis ſubſtit. quam cum contingit morte diſſolui. § final. inſtit. quibus mod. ius patr. poteſt ſolui. ibi tum egregiè animaduertere licet parentum affectus quibus cõpulſi, cum ipſi iam per naturam filiis liberiſque ſuis, quos in omni Dei timore parentumque reuerentia, erudierunt & continuerunt, amplius uiui adeſſe non poſſint, moribundi adhuc ſolliciè illis de ſecundo uelut parente proſpiciunt, & tutores illis conſtituunt, Inſtitut. de teſt. tutel. qui in locum & officium parentum defunctorum porro ſuccedunt, ſeu teſtamento, ſeu ab ipſa lege ad id muneris uocati. Naturali enim rationi conueniens eſt impuberes eſſe in tutela, ut cum ipſi ſe per ætatem defendere nequeunt, aliorum ope ac prouidentia regantur. §. penult. Inſtitut. de Atili. tutor. Qua in re tantum ualet defuncti, quantum legis ipſius prouiſio. Cuius quidem poteſtate Furioſi & prodigi in curatione ſunt agnatorũ, & mente captis, ſurdis & mutis, quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt curatores dantur. §. 2. Inſtitut. de cu-

*rat. Istorum autem de quibus modo diximus instar habent, & paribus passibus ambulant, hospitalia, mensæ sancti spiritus, & alia pia loca. l. Fulcinius. §. Adeo. ff. ex quibus causis in possess. eat. & ibi Alexan. l. Qui neque. ff. de reb. eo. l. Properandum in fine, C. de Iudic. Authen. minoris, C. quib. dar. tuto. poss. quæ pari fauore in iure nostro excipiuntur, nec minore præmio digni sunt, qui hisce locis operam nauant quàm qui minorum negotia & res fideliter administrant, Bal. in l. Omnes uersic. nullus. C. de episcop. & cleri. Sed non temerè quibusuis huiusmodi est administratio credenda, aut leuius committenda, prius explorandæ uires hominis, probitas, industria, qui fidem integram seruat, & ab omni turpi lucro aut quæstu abstinere possit. l. Creditor. §. finali. ff. manda. Nam qui animo dilapidandi, siue deprædandi tutelæ curæve munus aggreditur, furis non boni uiri, loco habendus est, l. Si pupilli. §. Sed & si quis. ff. de negot. gest. Tutores enim, curatores, seu alii quiuis œconomi aut administratores seu rerumpub. seu priuatarum, patrum uices obire debent, l. 2. ff. de administrat. tuto. Alias fit ut dum huic muneri seu prouinciæ præfectus, propria commoda uenatur, non modo ciuitatum, pagorumque ac municipiorum æraria extenuentur & exhauriantur, sed etiam ut respub. pro locupletibus pauperes ac mopes ciues habeat. Cum tamen unicè reipublicæ intersit diuites habere subiectos, argum. l. prima. ff. Solut. matrimo. Quamobrem cum hoc infœlici sæculo, paucissimi reperiantur, qui non mallent sibi bene esse quàm alteri, & exalterius iactura suum quærunt compendium, multis nominibus beati sunt illi, qui tales nacti sunt rerum suarum prouisores, & tutores ac curatores, qui nominibus, quod sunt, rebus quoq; ipsis, ac factis comprobant ac declarant. arg. l. Penult. ff. de Iustit. & iure. §. 1. tutores Instit. de tutel. Vt ex conuerso multis modis miseri & deplorandi sunt illi, qui in huiusmodi inciderunt, qui & pupillorum minorumque personam. §. Est autem tutela, d. titu. l. Tutor. ff. de administ. tut. cuius imprimis illis cura erat commissa, perdunt, sed & uniuersum ipsorum patrimonium absumunt, ne dicam abliguriunt. Relegandi autem illi forent Iudices, qui tam improbis magistris pupillorum teneram ætatem & illorum sæpe opimam patris hæreditatem nullo habito delectu committunt. Officium autem tutorum & curatorum, in personæ minoris defensione, §. 1.*

*de*

*de tutel. titu. de Curatoribus, eiusque patrimonii administratione con sistit & perficitur. Quia uerò hæc potestas administrandi certis & legitimis modis finitur, titu. quibus mod. tutel. finitur. §. finali instit. de Atil. tuto. nihil tum reliqui est, quàm ut ipsi suæ functionis rationes reddant, l. Ita autem, §. Iulianus. ff. de administra. tuto. prout hoc lex uel loci consuetudo dictauerit. Tutorem uerò seu curatorem, nihil est, quod æquè deceat, quàm bonorum pupilli aut minoris, compendium quærere argu l. 1. d. titu. Institut. de authorit. tutor. ut magis acquirere studeant, quàm diminuere: non anhelent ad turpe lucrum, non exedant illum, quem nutriendum sub iuramento solenni acceperunt: non perdant illum, cuius se parentes profiteri debent: Nihilominus est in hac re saluberrimè contra istiusmodi farinæ homines à legibus nostris prouisum, tantum est ut legum pœnæ & sanctiones contra illos illorumque bona executioni mandentur, titu. ff. & C. de Magistratib. conueniend. titu. de hæredib. institut. l. ex depositi. ff. de actionibus & demonstra. Nam si male administrant, remouendi sunt; aut dum rationes reddunt, ita ut urgendi sunt, per ea, quæ officii ipsorum requirit ratio, ut nihil toleretur in illis, quod non sit rationi aut legum dispositioni consentaneum. l. Tutor qui repertorium d. §. Iulianus. Ibi demum exitus acta demonstrat, & num sub fide administrarint minorū bona, an secus: ibi amici uel affines aut Iudices, qui audiendis rationibus adbibentur cauti & oculati sint oportet, ut diligenter circumspiciant, quid quolibet quoque anno pupillus aut minor deductis deducendis, superlucrari potuerit, num pecunia ociosa. l. A tutoribus, §. finali. ff. de administrat. tutor. l. 1. §. si pupillis, ff. de tutel. & rationibus distrah d. l. Tutor qui repertorium apud tutores fuerit, num conuersam prædiorum coemptionem, aut ad licitum fœnus data. Nam si huiusmodi à tutoribus aut curatoribus prætermissa fuerint, ipsi luunt. Moli. in tractat. de usur. q. 76. l. Qui sine. ff. de nego. gest. l. Tutor qui repertorium. §. Quidam solent. l. Non existimo ff. de administra. tuto. aut ipsorum hæredes, aut denique qui tales constituerit, ipse magistratus, ut passim in iure est decisum. Aut sæpe extraordinariè in illos animaduertitur, l. 1. §. Item solent. ff. de offi. præfect. urb. maximè cum de illorum dolo, malitia aut fraude manifestius constat. Doctores in §. finali Institut. de suspect. tuto. uel curat. Ex quibus clarum quo-*

que

*que euadit quanto se suoque hæredes periculo obstrictos relinquunt, qui huiusmodi munera non modo sæpe uoluntariè amplectuntur, sed anxiè quoque ambiunt, sese offerunt. Enimuero & illud pro coronide addendum, illos qui prouidos uiros nacti sunt tutores aut curatores, omnibus modis teneri ad remunerandum illorum curam & diligentiam, qui ipsos ad eum ætatis terminum duxerunt, ubi iam suæ uitæ & bonorum modum habere possint. Maximè autem ad referendum tutoribus aut curatoribus gratiam obstricti sunt, si illud adnisi fuerint tutores aut curatores, ut quantum debeant ipsi porro minores traditi & imbuti disciplinis intelligant. &c. Quemadmodum Dominus Deus probis pupillis, minoribus ac uiduis, probis etiam eorum patronis tutoribus ac curatoribus semper fauisse legitur. Ita improbos patronos tutores & curatores, cum similibus pupillis, minoribus ac uiduis, detestatur, quibus & dira minatur. Nam quantum ad probos pupillos, minores, & uiduas attinet, sic illis fauet, ut pupillorum, minorumque pater & uiduarum iudex uocetur sic scribente psalmista, Psal. 67. Turbabuntur. sub. impii à facie eius, id est, à præsentia Domini, patris orphanorum & Iudicis uiduarum. Quorum causam tanquam patronus suscipit ac defendit, quemadmodum idem propheta testatur dicens Psalm. 145. Dominus custodit aduenas, pupillum & uiduam suscipiet, & uias peccatorum disperdet. Et Deuteron. 10. dicitur quod facit Iudicium pupillo & uiduæ. Et hoc non solum, uerum etiam illis nocere uetat: aut aliquam inferre iniuriam. Si enim per Zachariam prophetam loquitur capit. septimo. Viduam & pupillum, aduenam & pauperem nolite calumniari. Item Exod. uigesimo secundo. Viduæ & pupillo non nocebitis. Et Hieremiæ uigesimo secundo Pupillum & Viduam nolite contristari, neque opprimatis iniquè &c. Deinde iubet Magistratibus & Iudicibus, ut talium causas tueantur. Isa. primo capit. Subuenite ait oppresso, iudicate pupillo defendite uiduam. Et Ecclesiastic. quarto. In iudicando (inquit) esto pupillis misericors ut pater, & pro uiro matri illorum. Demum talium preces non despicit, sed exaudit ad se clamantes, sicut Ecclesiastici trigesimo quinto. cap scribitur. Non despiciet preces pupilli, nec uiduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A ma-*

*xilla enim ascendunt usque ad cælum, & Dominus exauditor delectabitur in illis. Porro autem sicut probis pupillis minoribus & uiduis fauet, ita etiam probis ipsorum patronis tutoribus ac curatoribus, quibus per Isaiam prophetam abolitionem & remissionem pollicetur peccatorum, ita dicens: cap. 1. Quærite Iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Et uenite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi uermiculus, uelut lana, alba erunt. Item qui eiusmodi sunt, bonum nomen apud Deum & homines promerentur, sic dicente Iob cap. 29. Auris audiens beatificabat me, & oculus uidens testimonium reddebat mihi. Eo quod liberassem pauperem uociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. Et quemadmodum Dominus probis fauet pupillis, minoribus & uiduis patronis quoq; tutoribus ac curatoribus eorum. Ita & improbos pupillos, minores uiduas & patronos tutores ac curatores eorum detestatur. Nam quantum ad improbos pupillos, minores & uiduas attinet, asserit Dominus per Isaiam. cap. 9. se non uelle illorum misereri, pupillorum ait eius & uiduarum non miserebitur Dominus. Illarum inquam uiduarum, quæ suæ salutis immemores à nuptiis duntaxat abstinent, quo illis suis uoluptatibus liberius uacare liceat, quas damnat apostolica sententia. 2. Timoth. 5. cap. Et quod de improbis dictum est uiduis, idem de malis pupillis & orphanis sentiendum est, qui ob improbam & insolentem, quam ducunt uitam rarò ad matura perueniunt ætatem. Quantum uero ad impios spectat patronos & eos qui pupillos minores & uiduas opprimunt: qui quemadmodum Iob scribit cap. 24. Asinum pupillorum abigunt, & auferunt pro pignore bouem uiduæ. qui uim faciunt deprimentes pupillos & uulgus pauperum spoliant, horum ac similium quilibet in eodem Propheta sic maledicitur. Maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per uiam uinearum. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, & usque ad inferos peccatum illius, obliuiscatur eius misericordia, dulcedo illius uermes: non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum. Asserit item Dominus Ecclesiastici. 25. clamorem pupillorum & uiduarum aduersus opprimentes eos ingredi ad se & uendicare illos. Item Exo. 22. Viduæ ait & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, uociferabuntur ad me, & ego audiam*

*clamorem*

*clamorem eorum & indignabitur furor meus, percutiamque uos gladio, & erunt uxores uestræ uiduæ, & filii uestri pupilli. Hæc & similia attendentes uiri pii ab oppressione pupillorum ac uiduarum semper abstinuerunt, & pro uiribus illis succurrerunt, ut in Iob uidere est, qui de se loquens cap. 29. ait. Cor uiduæ consolatus sum, oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum, & causam quàm nesciebam, diligentissimè inuestigam. Sic & de beato Iuone legimus, quod pauperum & orphanorum ac uiduarum causas pro uirili semper tueri uoluit. Sic decet Patronos tutores & curatores agere, si minas Domini euadere cupiunt, & benedictionem consequi sempiternam. Et hæc hactenus, quæ habuimus, pro præfatione præsentis materiæ.*

# TITVLORVM IN HOC OPVSCVLO COMPREHENSORVM CATHALOGVS.

# ELENCHVS ELEMENTARIVS

COMMENTARIORVM D. IODOCI DAmhouderij Brugensis, Iuris Pontificij, & Cæsarei Doctoris insignis, quondam Imperatori Carolo V. nunc uerò Philippo Regi à consilijs, ac cōmissis in sua inferioris Germaniæ Finantia, super Pupillorum Patrocinio, nonnulla memoratu digna in eisdem Commentarijs contenta uberrimè demonstrans.

*Prior numerus, folium: posterior numerum sub quo ponitur, continet.*

## A

Adul-

 ferunt

Cura-

Defe-

Fide-

Finan-

## I

L

## M

con-

Pro-

con-

Rationes

des

Statu-

Tutores

V

Finis Indicis Patrocinij Pupillorum.

# INDEX ELEMENTARIVS COMMENTARIORVM CLARISS. VIRI D. IODOCI DAMHOVDERII I. V. DOCTORIS, super Compendiosa Subhastationum Exegesi, nonnulla memoratu digna in eiusdem commentariis contenta, liberalissimè demonstrans.

## A

Ido-

Minor

Præ-

FINIS INDICIS TRACTATVS SVBHASTATIONVM.

# COMMENTARIA IODOCI Damhouderij Brugensis. I. C. in Titulum de Tutorum & Curatorum munere.



## SVMMARIVM.

1 *Tutelæ ac Curatelæ munera sunt periculosissima.*
2 *Tutelæ atque Curatelæ munus est personale.*
3 *Tutelæ Curatelæque munus mixtum est censendum.*
4 *Autoris admiratio, cur multi tam temerè tutelas affectant.*
5 *Tutores aut Curatores non sunt dandi, qui pupillum, minoremque spoliant.*
6 *Tutores Curatoresve fidem integram, & ab omni lucro uacuã, præstare debent.*
7 *Dilapidandi gratia, qui Tutelæ curæve munus assumunt, fures censendi sunt.*
8 *Tutor uel Curator, cum pupilli minorisque iactura, ditescere prohibetur.*
9 *Lex ubi non distinguit, nec nobis distinguendum erit.*
10 *Dictio (nullus) omnia uniuersaliter negat.*
11 *Dictio (omnis) uniuersaliter omnia ponit.*
12 *In eos extra ordinem animaduertendum est, qui euidenti fraude pupillorum, adultorumque negotia gerunt.*
13 *Ingratitudine nullum tertius uitium.*
14 *Agri fertiles, multò plura proferunt, quàm prius acceperant.*
15 *Experimentum quo dinoscitur, an quispiam deprædandi animo tutelã curatelamve in se susceperit.*
16 *Celans res hæreditarias, falcidiæ beneficium amittit.*
17 *Tutelæ curæve munus appetens, insanus habendus.*
18 *Tutelæ curæve ex munere, nullum commodum oriri potest.*
19 *Tutelæ & curatelæ administratio, perpetuò periculosa.*
20 *Ad munera seu onera tardos, non ueloces, esse conuenit.*

21 *Præpropera velocitas, non raro, damnosa esse solet.*
22 *Inuitus cogitur quis, Tutelæ curæve sarcinam suscipere.*

## CAPVT PRIMVM.

1 MVNVS †officiũve tutelæ ac curę oneri haud mediocri, periculoq; minimè modico subiacere, nemo ibit inficias, cõnumerari īter mu
2 nera, & † dici personale, qm̃ animi prouisione & corporalis labo
3 ris intẽtione sine aliquo † gerẽtis detriméto ꝑpetratur. l. munerũ. ad exordiũ. ff. de munc. & honor. atque mixtũ censeri, quandoquidem nec honoris, neque dignitatis, nec etiam uilis siue sorditudinis quicquam in se complectitur, ideoq; mortales nõnullos adeò stolidos, imò prorsus dementes, uesanosque esse
4 se summè admiror. qui † cùm tutelæ seu curæ sarcinam prægrandem nonnunquam effugere & elabi possint, eam maxime appetant, affectent, & quod improbius est, lites præferẽtiæ seu prælationis causa instaurant immortales. Vnde quæso hæc lis? unde hæc cõtrouersia? nisi ex huiusmodi hominũ uitio, cordiumq; cæcitate, aut à sinistro quopiã genio. Quid iudicij, quam ut opinentur ex administratione sibi potius, quam pupillis, minoribusq; prospecturos, qui tutores, curatoresve nequaquam, sed impuberum ac puberum spoliatores, prædones, (parce interim pie Lector quod durius uer-
5 bum excidit) uerius appellari merentur. † Tutores, curatoresve dari nequaquam debent, qui pupillum minoremque
6 spoliant, ut, inquit l. Qui fundum. § † Si tutor. ff. pro empto. quandoquidem fidem integram, omniq́ue ab lucro abstinentiam præstare debent. arg. l. creditor. §. finali. ff. mandat.
7 dat. † Nam animo dilapidandi siue deprædandi, delinquendique gratia tutelæ, curæve munus assumentes, furis, minimè bonæ fidei officio funguntur. l. si pupilli. §. Sed & si quis ff. de negot. gest. Haud dissimiliter consuluit Dominus Bal-

 dus

dus in consilio.incip. Ex dicto themate insurgunt infrascri-
8 pta dubia. † Alias enim materia committendi dolum daretur
totá in administratione, & applicandi sibi bona pupilli, mi-
norisve graui cum iniuria, iacturaque, quod expresse nedũ
pupillorum, minorumq; administratoribus, sed & omnibus,
maxime Christi fidem professis prohibetur, uetatur, uulga
tissima ac tritissima S. P. Bonifacij Octaui regula, locupleta
ri de regul. iur. lib. sexto, quam interpretationem aperto pa-
9 titur dicta regula † ac canon, uulgare enim dictum est, ubi
lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, iuxta
tritissimam. l. de pretio. ff. de publi. in rem actio. Nec non. l.
si uero. §. de uiro. ff. solu. matrim. D. Panormit. in cap. soli-
tæ ult. in notab. extra de maior. & obedien. &c. Si Romano
rum. 19 dist. Adijcere autem distinctionem præallegatæ re
gulæ, esset ariolari ad eam. Deinde suffragatur textus præfa
10 tus, in uerbo: Non aliquis, quod † omniũ iudicio nullus equi
ualet, quæ quidem dictio, uniuersaliter omnia negat, sicuti
notat D. Bartolus in. l. si is qui ducenta. §. utrum in prima
11 col. ff. de reb. dub. † Sicut enim dictio omnis uniuersaliter
omnia ponit. l. Iulianus. ff. de lega. 3. atque gloss. priori in. l.
A procuratore. C. manda. Nec simpliciter quasi suspectus re
mouebitur, sed quia grauiori animaduersione indiget, quã
ut sufficiat ei suspecti infamia, remittitur cum elogio, bona
fide conscripto: nempe, continente eius commissa & perpe-
trata, ad præfectum seu magistratum urbis, ut habet l. Diuus
Adrianus. ff. de custo. & exhib. reor. & inter græcos græcissi
mus, inter latinos quoque latinissimus Gulielmus Budæus in
Annota. ad. l. 2. ff. de orig. iur. Quatenus puniatur ea uideli-
cet pœna, qua solent affici, qui uel nummis datis tutelam cu
ra mve occuparunt, uel accepto præmio operam dederunt,
ut non idoneus tutor, aut curator alicui daretur, uel consul-
to, circa edendam patrimonii quantitatem minuisse, ut haud
dubiè & liquido statuit. l. 3. §. Tutor. ff. de suspec. tuto. &
cur. Cui adiungi potest. l. 1. §. Item solent. ff. de offi. præf.
12 urb. † Atque in eos extra ordinem animaduertendum est,
maximè qui euidenti fraude, pupillorum, adultorumque ne
gocia gerunt. l. 1. §. Item solent iam iam allegata, eorũ præ-

sertim quorum uel patrum ipsorum singularem erga se beni gnitatem, perpetuis obsequijs, nulla non occasione data re-ponere deberent, nullum enim tertius uitium ingratitudine
13 siquidem † beneficio prouocati, fertiles agros imitari de
14 bemus, qui † multò plus adferunt, quam acceperint. Cic. 1. Offic. & in Cat. maio. Qualiter autem ad id officij genus ani
15 mo deprædandi accessisse † probabit tutor curatorve, docet summus ille pater ueritatis Bartol. in. §. Sed & si quis in l. si pupilli præal. Nempe si computus siue reddendæ rationis tẽ pore quid celat & silentio prætereat, tum ab initio talem a-nimum habuisse præsumitur, arg. l. sed Iulianus. §. proinde.
16 ff. ad Maced. S.C. Haud † dissimile in res hæreditarias ce-lante, occultante, uel supprimente, qui falcidiæ beneficium ea de gratia amittit. l. Paulus & l. benefic. ff. ad l. falcid. Asti-
17 pulatur l. scimus. §. illo. C. de iure delib. † Nemo enim nisi demens, insanus, huiuscemodi munus appetet ac cõcupiscet, ex quo nullum commodum, nullaq; utilitas (nisi certis de
18 causis forte) meri consequi † potest, sed periculosa semper fuit, est, ac erit tutelæ, curæve administratio; & à paucis
19 (qđ sciam) † decenter gesta, quemadmodum nõ obiter aut oscitanter, sed pressius ac penitius ex sequentibus recludetur, notumq; diligenter perpendenti euadet. Ea propter hac
20 in † prouincia, atque simili suscipienda, sitis frigidi ac tar-di omnino, non ueloces ac alacres, pro uirium mearum por
21 tiuncula consulo: nã uelocitas seu festinatio, † ut plurimum in commodo esse solet, arg. uulg. l. Tutor qui repert. §. si tutor. ff. de admin. tut. uel curat. Nec enim omnino munus hoc re
22 cusandum, † quandoquidem tutor curatorq;, tutelæ curæve munus inuiti & repugnantes suscipere cogantur, ſm l. 1. §. si quis tutor. ff. quãdo appell. sit. Cui nec dissentit l. Nullus. 1. C. de decurio li. 10. Atq; Iustinianus ad exord. tit. de excu-sa. tut. uel curat. Instit. li. 1. Sed huius materiæ uaria colligi poterunt, ex diligenti consideratione passuum inferius decla randorum. Quare ad munus susceptum redeo.

*Iudicium*

## SVMMARIVM.

1 *Iudicum atque tutorum officium quod sit à morte parentum præcipuum.*
2 *Ad tutelæ ac curatelæ officii assumẽdi viri gnari graues & periti.*
3 *Rusticus licet illiteratus modo sagax, tamen ad tutelæ curæve officiũ admittitur.*
4 *Rusticorum illiteratum, usu tamen rerum peritorum, laus & commendato haud modica.*
5 *Rusticorum imperitorum, administratio damnosa nedum infructuosa conspicitur.*
6 *Prouerbium neque natare, neque literas nouit.*
7 *Protectoribus minorum ante administrationem quid potissimum faciendum.*
8 *Tutores curatoresque iusiurandum præbere obligantur.*
9 *Minorum vtilitati seruiendum.*
10 *Tutorem aut curatorem rectum, nihil decet, quàm bonorum pupilli aut minoris augmentationi quàm maximè studere.*
11 *Tutorum, curatorumq; gubernacula sunt tutissima, quæ iustitiæ æquilibrio nituntur.*
12 *Tutores curatoresque adulterinos expostulatio.*
13 *Tutorum curatorumque adulterinorum praxis, siue rectius, damnata calliditas.*
14 *Causarum patroni aduocati & procuratores ad multas technas sunt instructissimi.*
15 *Aduocati parum syncerae conscientiæ esse præsumuntur.*
16 *Aduocati, quales esse debeant.*
17 *Aduocati iuri debent studuisse quinquennio.*
18 *Aduocati & procuratores munus simul ab eodem exerceri nequeũt.*
19 *Ducis Caroli de aduocatis & procuratoribus constitutio.*
20 *Aduocati quales admittantur in magno consilio.*
21 *Aduocati quales admittantur Flandriæ in Consilio.*
22 *Aduocare & postulare in iure dicuntur esse paria.*
23 *Tutores & curatores ad omnium rerum pupillarium, minorumq; repertorum conficiendum adstringuntur.*
24 *Repertorii confectionis quænam sit ratio.*
25 *Statuta Ciuitatum Flandriæ in quibus iuri sint conformia.*

## CAPVT. SECVNDVM.

POst mortem alterius parentis ſcilicet patris aut matris, pupilli & orphani ſub poteſtatem tutorũ ueniunt cõmittendi: ut hi ipſorum, ipſorumq; bonorum curam & adminiſtrationẽ aſſumant, inquè demortui locũ hac in re ſuccedat, eiuſq; uices poſt mortẽ tunc ſubeãt. Hic ſi pr̃ mortẽ pñtẽ præſagiẽs, certos ſuis liberis à morte elegerit tutores, quorum fidei ſuos relinquendos, ſuorumque bona tutãda cõ credidit: ijque boni, & idonei, & irrefragabiles uidebuntur, erunt profecto ijdem per alterum parentum relictum ſeruãdi, & ad tutelæ curam per Iudicem confirmandi: ut patris extremæ uoluntati piè ſatisfiat. l. 1. ff. de teſt. tut. & §. permiſ-
1 ſum inſt. de tut. † Porro ſi pater moriturus, hoc non præcauerit, ſed citra ullam tutorum conſtitutionem deceſſerit, tũc ipſius alterius parentis relicti, ſimul ac iudicis oneri & officio incumbit primũ, & antè omnia rimari, exquirere & ſeligere conuenit prolibus, pupillis & minoribus ſubditis tutores accuratores, uiros graues, circumſpectos, doctos, & rerũ gerendarum peritos, atque omnibus numeris (quantum fieri poteſt) abſolutos: quique hoc munere haberi poterunt digniſſimi. ſaltem tales, qui probi erunt, qui iuſti, pij,
2 & † miſericordes erunt: quique eius muneris, quod ſuſcepturi erunt uidebuntur intelligentes & gnari. Neque
3 † tales omnino reiiciendi ſunt quantumuis fuerint illiterati aut idiotæ, dummodo periti cenſebuntur, ac rerum experti. l. Athletæ. §. de ruſticis. ff. de excuſation. tutor. l. expertes. C. de Decurio. lib. 10. §. ſimiliter eos: inſtit. de excuſ. tuto. Quid enim (inquit Iuſtinianus in l. certi & ibi Doctores C. de iudic.) obſtaculi eſt hominibus, qui cuiuſdam
4 rei peritiam habent, † de ea iudicare? ſæpe enim cõmodius de re familiari & œconomica à quibuſdam optimis uiris uſu rerum peritis, quàm ab ullis Philoſophis, ulla in ſchola diſputatur: uti deſcribit Romanæ fons eloquentiæ Cicero Offici. lib. 1. & 2. Cui aſſociabis D. And. Alciatum uirũ doctum ac diſertum in l. inter ſtuprum in fine. ff. de uerb. ſigni
5 fic. † qui ſi huiuſmodi non ſint ſiniſtre & improbè munus

exequentur suum: quorum administratio proculdubio, ieiuna, infructuosa, sterilis, & infœcunda tandem reperietur: exempli gratia, Si fuerit Barbarus quispiam è triuio, & fruges consumere natus, quiq; (quod prouerbio dr̃) neq; natare,
6 † neq; literas nouerit, aut in quo nullus labor, nulla cura, nulla denique industria sit, quiq; ob mentis inopiam nequeat dispicere quid facto sit opus, talis profecto ad tutelæ, curæve
7 munus nequaquã admittendus censebitur. Principio † enim antequam ad administrationem ulli admittantur aut auspicentur minorum protectiones aut defensiones operæpreciũ erit, imò necessum erit eosdem ad santa eloquia siue sacro-
8 sancta Dei Euangelia iusiurandum præbere, † seq; quo ad fieri potest fideliter, legaliterq; impuberum aut adolescentum personas gubernaturos, eorundemq; substantiam administraturos, utilia quæq; emolumenta persecuturos, & inutilia detrimenta, siue damna euitaturos, nõ secus, q̃ si res essent ipsorum propriæ in Authentico. Vt ij qui oblig. se hab. perhib. res. mino. §. fi. colla. 6. Aequum enim est, & ratio, & naturæ lex poscit, ut quemadmodum suum ipsorum patrimonium consideranter, obnixè, consultò, & prudenter collocant, ita quoque & res pupillares non secus quam suas curent, adultorumq; commodis (quorum utilitati seruiendum se dederunt) perpetuò quoque inuigilent, & summam ope-
9 rã nauent. l. utilitatem. ff. de confirmando tuto. & cura. † Nec erit audiendus si quis tutor, curatorve hic dicat, seseq; excuset, ideo se à diligentiori curatione abstituisse, quod occasionem modumq; idoneum non inuenerit quo suum ipsius patrimonium eo tempore circumspecte ac prudenter curasse potuisset, notabili. l. Tutor secundum dignitatem. §. Nõ est audiendus. ff. de administ. tuto. uel cura. Iurabunt præterea quod pupillorum bona, seu eorundem substantiam cura-
10 bunt augmentari, † ampliari, & nullo modo minui. Nihil autem est, quod uerum tutorem aut curatorẽ æquè deceat, æquè ornet, quàm bonorum pupilli aut minoris augmentationem colere, obseruare, & in id quàm maximè strenuam operam impendere. Nihil etiam est tam proprium tamq; peculiare bonis tuto. ac curatoribus, q̃ recta iustitiæ trutina pu-

11 pillorum minorumq; bona administrare. Atque tutissima sunt istorum gubernacula, & præclarissima: imò piissima, deoq; gratissima, ut quæ iustitiæ æquilibrio innitantur, tametsi hoc præsertim sæculo nequã, infœlicissimo, inq; nullas non technas composito, fieri uidemus, ut horum officia à dignis & idoneis negligantur & reiectentur, ab indignis uerò appetãtur & administrentur, qui ita non rarò pupillorum bona regunt, ut ea aut minuant, aut extenuent, aut prorsus perdant, & in nihilum redigant quod profectò magnope
12 re nulli non deplorandum puto. † Nec id artis esse alicuius existimo, quum id fiat cum iniuria eorum, qui per ætatem sese defendere nequeunt, quiq; agnorum instar se habent, qui sese laniandos, iugulandos, mactandos, atque excoriandos alacriter sine balatu, aut reluctatione præbent, ob agninam scilicet simplicitatem, per quam non capiant, nec peruideant mortem sibi destinatam. Ita pupillorum ætas simplex est, infirma, nulliusq; consilij, sed potius multis captionibus subiecta, multorumq; insidiis exposita. l. 1. ff. de mino. xxv. annis. Porro si quando tales pupilli ad ætatem legitimam peruenerint & sese male curatos, bonaq; sua pessimè gubernata repererint, & de his meritò conquerantur, isti iniqui tutores tum utramque in aurem obdormiunt, utique
13 pingues effecti, † atque ditati pupillorum, minorumq; bonis, & quod deterius est, ex tã nefaria administratione, imò ex tam immiti deprædatione gratiam uenantur, & gratiarũ actione sese interim dignos existimant, & si quando pupilli adulti iuridicè cum talibus tutoribus agere tentent, mirum quantis technis, quanque insidiosis cuniculis his resistant.
14 Aduocatos enim doniuoros, † procuratores male doctos & irreligiosos, & id genus haud dissimiles causarum patronos pessimos cõsulunt, qui uniuersas orbis machinationes, technas, astutias, & fucos norunt, & ea omnia quasi in expeditissimo prõptuario cuiuis parata seruant. Gl. teste in l. ab Anastasio. C. mand. tex. in Authen. de exhib. reis. §. Illud quoque colla. 5. Vnde neepuduit Baldum præallegatam l. ab Anastasio depingere, ut que contra huiusmodi aduocatos, seu præloquutores multum sollicitos in causis plurimum cõ
ducat

ducat, quia ab iis omnia mala excogitari præsumuntur. d. §.
15 Illud † quoque cum. §. sancimus seq. Vnde (inquit) Aduoca
ti præsumuntur parum conscientiati, qui litem in annos, in
lustra, imò & in perpetuum protrahant, ut reis miserè de-
fessis, rixandiq; contentione defatigatis, atque (ut ita dicā)
ad fossa usque de paupertatis, tectius, commodiusq; sua latro-
cinia suasq; rapinas peragant, & tandem quasi de præclara ui
ctoria & re bene gesta sua trophæa erigant, quæ ob id hone
sta putant quod secreta, quodq; apud imperitos uirtutis &
gloriæ quandam speciem habent. Itaque tales malum malo
accumulant, & tandem ad inferna descendunt, ubi perpetuis
flammis exurendi cruciabuntur, uti sacræ historiæ & Euan-
gelia apertè testantur. Sed quales esse debeant Aduocati,
quorum hoc loco obiter meminimus. Gl. in l. 1. ff. de postu-
lan. uidetur asserere eos non necessariò debere esse litera-
tos & iurisperitos, uerū Bart. & Doct. dictā gl. (ut digna est)
eiiciunt, & dicunt quod Aduocati prorsus debeāt ad minus
studuisse quinquenniū, quodq; debeant examinari à Doct.
& eorum iuramento probari. l. Nemini. C. de Aduocatis di
uerso iud. Sed hodie in plerisq; locis potissimū Galliæ, nō
à Doctoribus, sed à nummorum aucupatoribus, neq; in sciē
tia, neq; in quinquennio, sed in marsupio, quid possint, exa
minātur. Idē censuit Dñs Andreas Alciatus uir perceleberis,
in sua V. I. praxi. Nec obstat ꝙ dicit glossa de iudice. Quod
iudex peritiam habere pōt per suos assessores, ꝙ in Aduoca
to nō requiritur. Prædictā igitur legē nonnulli limitare stu-
dent, illiteratos inquientes posse esse Aduocatos in locis in
quibus ius redditur uulgari idiomate, aliàs minimè. Glossa
in d. l. Nemini. C. de aduocat. diuerso iud. Quæ quidē limi-
tatio nequaquā efficit, ut ego à prioribus autoribus, eius gra
18 tia desciscā. † Præterea, nullus & Aduocati & procuratoris
19 munus simul exercere pōt, sed unūquēq; † necessum est, sua
conditione esse cōtentum, iuxta Ducis Caroli constitutionē
20 in magno † suo conci. optimè adobseruatā, ubi nullus reci-
pitur nec admittitur Aduocatus, nisi aut utriusque aut alte-
21 rius iuris Doctor † aut licentiatus. In Flandriæ tñ concilio
admittuntur, non solū Doctores aut licentiati, aduocati, sed

ẽs

ét practici(ut uocant)& consuetudinarii, etiã si nullo promotionis gradu, aut laurea insigniti existant, qui in iure ét postulantes appellantur. l. 1. §. postulare. ff. de postulando. Huic accedit canon. Infames, uersic. Est aũt postulare 3. q. 7. Prędictis Gregorii noni constitutioné subiunges, in canone, cũ
22 sacerdotis. extra de post. † In iure igitur paria sunt. Aduocare & postulare, aduocati & postulantes. Multa præterea Aduocatis sunt pernecessario ad obseruãda, quæ huc colligere
23 breuitatis studiũ non permittit. † Hoc unũ addã necessariũ esse tutoribus ut rerũ oĩum pupillarium descriptioné, repertorium, siue (ut uocant) inuentariũ, perscribi curent, idq; superioribus tutoribus, scilicet magistratibus, fideliter exhibiant, & eorundé tuitionem, & quasi paternam protectioné & curã sese habituros solenniter iurent iuxta l. tutor qui repertoriũ. ff. de admin. st. & per. tut. uel cura. l. Tutores. 2. C.
24 eod. titu. & l. sancimus. 2. C. eodem tracta. † Cuius rei istæ possunt assignari rationes. Primo ut omnis uitetur macula, omnisque fraudis tollatur suspitio. Deinde ne pupillorũ adultorumq; bona seu substantię téporis lapsu decrescant, aut in uniuersum dispereant. Tertio ut tutores loco & tpe cõgruis fidelé suæ administrationis rõem & reliqua reddere possint: istis astipulantur Cynus & Bart. In d. l. Sancimus 2. §. Omné aũt dubitationem. Auctius & uberius Mansuerius in suo libello practico ad finem Rub. & Tuto. & cura.
25 His conformia † sunt Gandensis, Brugensis, necnõ aliarum Flandriæ ciuitatũ statuta seu ordinationes. Ex quibus aperté patet Tutoré curatoremq; priusquã administrationé. Tutelæ suæ suscipiat, ac pupillorum minorũq; administrationi sese immisceat, obligari ad certa quædã prius præstanda, de quibus luculenter meminit, immò & ea obseruari præcepit Iustinianus in l. de creationibus. C. de Episcop. audien. De quibus in capitibus sequentibus, quantum materia subiecta postulabit, mentionem fecerimus.

## SVMMARIVM.

1 *Tutorum primum officium.*
2 *Tutoribus de administratione reddenda ratio.*

3 *Repertorium non conficiens à tutela remouendus est.*
4 *Tutores nonnunquam in uincula sunt coniiciendi*
5 *Tutelæ malæ gestæ infamia ab Imp. absolui non potest.*
6 *Repertorio confecto tutores ab administratione non sunt arcendi.*
7 *Repertorium semper est necessarium.*
8 *Formalia legis semper seruanda.*
9 *Quod lex consuetudo aut statutum requirit, id formæ esse præsumitur.*
10 *Quando solemnia legis omittuntur, omnis actus sequens corruit.*
11 *Statuta cum sint stricti iuris, interpretationem non admittunt.*
12 *Forma est quæ legi, statuto, aut consuetudini dat esse.*
13 *Quod lex statutum, aut consuetudo efflagitat id prorsus implendũ erit.*
14 *Hæres repertorium non conficiens in suspicionem furti rerum hæreditariarum incidit.*
15 *Tutores & curatores repertorium non conficientes in suspitionem furti rerum pupillarium ac minorum incidunt.*
16 *Tutor uel curator dolo quicquam repertorio inserere omittens, hæreditariis creditoribus in solidum censetur obligatus.*
17 *Quonam pacto constabit hæredem fraudulenter conscribendo in repertorio quicquam subticuisse.*
18 *Flandriæ consuetudo & mos, in repertorio conficiendo protestatio.*
19 *Ex omissione actus, qui fieri debuit, nec fuit factus, dolus præsumitur.*
20 *Additio protestationis ad tempus retrotrahitur.*
21 *Alius modus percipiendi doli in repertorio.*
22 *Defuncti filius, aut consanguineus, sui prædecessoris facta scire præsumitur.*
23 *Tertius modus præsumendi dolum in repertorio.*
24 *Actus ualidus ex superuenienti casu non debet inualidari.*
25 *Protestatio nullius censetur efficaciæ, ubi protestans facto contrario suæ protestationi directè obuiat.*
26 *Protestationis materia prolixa, multisque periculis obnoxia.*
27 *Inuentarium haudquaquam conficiendum, cum plus sumptus ex eo quam utilitatis excresceret.*
28 *Cessante causa, cessare debet effectus.*
29 *Quicquid ex causa conceditur, aut ordinatur, id secundum eam regulari*

*lari necessium est.*
30 *Repertorium non conficere doli suspicionem complectitur.*

## CAPVT TERTIVM.

POstquam igitur tutores futuri cũcta pupillorum, minorumq; bona ex authoritate iudicis, prætoris, aut præsi-
1 dis † in certum ordinem ac libellum inuentarium redegerint, statim eadem bona acceptare, & tutanda assumere tenentur, & oĩa sub certa hypotheca pro sua ipsorũ notitia & conscientia disponere. Authen. sicut. C. de leg. tu. Et postea
2 † de iis bonis debitã rõem reddere, ne quid ĩ curia, ne quid fraude dispereat. iuxta l. 2. C. qñ mul. tut. offic. fung. põt. l. de curat. præall. & l. fi. C. arb. tut. Porrò si tutores inuentarium non confecerint, sed conficere neglexerint, tũ hi quasi
3 suspecti † suo ab officio sunt remouendi, eisq; interdicẽda ac prohibenda meritò omnis substantiæ facultatisq; pupil-
4 laris administratio: imò uinculis † publicis (si uehemẽs sit suspicio) afficiendi, ita dilucidè habet. l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tut. Quem textũ optarim omnes tutores curatoresq; malæ fidei animo diligenter insculperent, & iudices eiusdẽ constitutas pœnas diligentius executioni mandarent. Nequaquam profectò tot rerum pupillarium minorumque spoliatores ac prædones passim reperirentur. Quod Iustinianus Imperator confirmat in l. fin. ad finem. C. arbit. tutel. superad-
5 dens quod tales postea perpetua infamiæ macula † notabuntur, neque ab Imperiali beneficio ulla absolutione huiusmodi notæ fruituri. Hic pie lector nunc tecum reputa, si tam detestanda nedum Iurisconsulto sed ipsi Imperatori fuerit sinistra, perfida, adulterinaq; tutorum administratio: multò sane detestabilior eadẽ erit Deo Opt. Max. grauiusq; ab ipso tã-
6 dem punienda. † Inuentario itaq; manu publica, aut alias legitimè signato, oblato, & præsentato ab administratione nequaquam arcẽdi sunt; s̃m uulgatã. l. Tutor qui repertoriũ. l. de creationib. præalleg. §. nouissime. de susp. tutor. Instit.
7 Imper. lib. 1. & l. finale. C. de cur. furi. uel prodig. † Itaque ex his nunc patet inuentarii, repertoriiq; cõfectionem proc-

sus

sus esse necessariã.nedũ utilẽ. Nam formale, seu substantiale actus administrationis tutelæ uel curæ censetur.d.l. de creationib.& in fronte.l.tutor qui repertorium.ff. de administ. tutor.Præterea constat inuentari, confectionẽ necessariã esse,tã iure municipali,quã ciuili,ex iuribus præalleg.Atque ideo actus per tutorem,curatoréve gestos nullũ sortiri effectum, sed esse inualidos, repertorio inconfecto,satisdatione que non præstita,forma enim in lege ordinata,seruari de
8 bet,& † ab ea non discedere.l.Constitutionib.ff.ad munici pal.l.cum hi.§.si prætor.ff.de transact.complectiturq; regulã notatu dignã,quã huic loco inserere haud uisum est inuti
9 le.† Nẽpe quotiescunq; lex,cõsuetudo,uel statutũ,in quodã actu quippiam requirit,& efflagitat,id formæ uel formale esse præsumitur,ita ut si hoc ipsum non obseruetur, actus omnis censebitur,nullius esse momenti, aut efficaciæ,maximè cùm forma data,ordinataq; sit ad cuiusdam actus solennita-
10 tem ut in præsenti casu. † Nam si ex solennitatibus à lege ordinatis,quicquam omittatur,uniuersus actus corruit,& uitiatur.l.1.ibi,infirma enim uenditio erit, si hæc fuerit forma neglecta.C.de prædi.decur.lib.10.Cui seruit.l.1.atque l.2.C.de fide instru.& iur.hast.fisc.lib.10.Estq; huiusmodi actus ipso iure frustratorius,inanis,inutilis,& planè nullius momenti ſm uulg.l.non dubium.C.de legib.Similitudinariè uult Bart.in.l.1.ff.de testa.cùm forma certa & solen
11 nitas ibi introducatur. † Hinc quoque de iure claret. statuta siue consuetudines(cùm stricti sint iuris) extensiuam nequaquã recipere interpretationem.l.3.§.Hæc uerba (quem uulgò ad id allegant doctores) ff.de neg. gest. & l. quicquid astringendæ.ff.de uerb.obl.Nec enim nostram est legẽ extẽdere ſm.l.si uero.§.de uiro.ff.solu.matri.& per notata ad
12 l.Constitutionibus.ff.ad municip.forma nanq; in †iure est, quæ legi, statuto,aut consuetudini dat esse. l. Iulianus. §. si quis.ff.ad exhibendum.Ideoq; nihil de forma aut de substãtialibus siue solennibus iuris est omittendum,iuxta.l.Diuus
13 Antoninus.ff.de restit.in integ. Et iura sanciũt ut ubicunq; lex,uel consuetudo.aliquid requirit pro forma id debeat ꝑcisè impleri per glossam in c. ut circa in uerb.corporali de elect.

14 elect.lib.6. Et quemadmodum † hæres inuentarium nõ cõficiens in suspicionem furti rerum hæreditariarum incidit, iure communi ita præsumente, Authent. de hær. & falc. §, sancimus. colla.1. quæ quidem præsumptio cùm sit iuris, certissima censetur probatio. l. si tutor petitus. iuncta ibidẽ glossa. C. de peri. tuto. & l. licet Imperator. ff. de legat. & fideicõ
15 miss. Ita quoq; † haud absimili rõe, tutores & curatores ĩ suspicionẽ furti rerũ pupillariũ & minorũ (si inuentarium non
16 cõfecerint) † incidũt. Si aũt tutor, curator, uel etiã hæres repertoriũ conficiẽs, quicquã inscribi debitũ eidẽ inserere, inscribereq; dolo fraudeve omiserit, prætèrierit, ac subticuerit, aut indebita, falsaq; eidem inscripserit, hæreditariis in solidum obligatus censetur creditoribus, teste gl. & Iacob. de bello uisu, in Authen. de hæred. & falc. §. Si uerò non fecerit colla. 1. Barr. in l. Rescriptum. ff. de his quib. ut indig.
17 Sali. & Cy. in l. Scimus. C. de iure delib. & † in Authẽt. Sed cum testator. C. ad. l. falcid. Sed quonam pacto quæso cõstabit, apparebitq; hæredem dolose ac fraudulenter aliquid in repertorio conscribendo subticuisse? Præsens quæstio nõ leuis est, & subtilitate minimè caret, sed ingenii acumen summopere desiderat, ut cuius hactenus decisionem pauci (arbitror) tetigere. Primo itaque dolum fraudemq; probari, & constare ex eo opinor, si repertorii confectionis tempore, alias res cognouisse hæredem appareat, quam quas inuentario inserere iussit, aut si post repertorii editionem, aliæ res ad eius notitiam peruenerint, quas non statim, & quamprimum in inuentario inscribi curauerit, sed in dolo suo contumaciaq, perseuerauerit, resq; ipsas recenter repertas, in repertorio describere neglexerit, cui seruit. l. 2. §. circa. ff. de do. mat. & met. excep. ibi. dolo facere, subsequiturq; eo qđ
18 perseueret, &c. Hinc fit ut hæredes, † atq; hæredum, pupillorum, minorumve tutores ac curatores repertorium conficientes communiter de certitudine rationis protestentur (quod quidem protestationis genus Flandrica etiam consuetudo recipit) ut si alia bona (præter repertorio inserta) ad eorum notitiam, cognitionemq; nondum peruenerint, quod ea postmodum inuentario inseri curabũt. Qnod si hæc po

stea

ftea ab ipsis cognita minimè præstentur. sed res recenter repertas & adinuentas nō inscribant, dolus & fraus in hærede, ac in hæredis tutoribus uel curatoribus præsumitur, cum nequaquam efficiant, ad quod muneris suscepti, prouinciæq;
19 ratione obligantur. Ex † omissione .n. illius actus, qui fieri debuit, & factus nō fuit. dolus subesse præsumitur, & colligitur. l. si procuratorem. §. dolo. ff. manda. l. tutor qui repertorium, ad exordium crebrò prałleg. l. qui non facit. ff. de reg. iur. Quapropter eiusmodi bona nouiter reperta, quū primū hæredis ad notitiā peruenerint (si se à falsi suspitione purgatum cupit) ea repertorio statim addere, adiungereque
20 tenetur, † ētsi inuentariū conficiendi tēpus elapsum fuerit, & omnē protestationē fecerit, quæ quidē protestatio ad tēporis retractionē tantū facit, non ad doli eluēdi suspitionē, quemadmodum placet. Baldo Iuristarum subtilissimo, summiq; acuminis, ac dexterrimi ingenij doctori, in. l. scimus. §. ibi. Item pone quod hæres bona fide fecit inuentariū. C. de iur. delib. qui allegat. in arg. l. Asse. ff. de hered. instit. Esto .n. (inquit Bal. loco præallegat.) quod protestationis nulla prorsus facta fuerit mentio, obliuioniq; planè tradita, adhuc tamen rerum nouiter repertarum additionē seu adiectionē fieri oportere, in aperto est, quo hæres eo ostendat sese malum animū, peruersam mentē, ac sinistram intentionem haudquaque habere, nempe ipsas celandi, surripiēdi, amouendiq; res, quapropter dupli pœnam minimè patitur, meretúrq;, cuius meminit præ alleg. l. scimus. §. illo. C. de iur. delib. Quo quidem loco opinatur Baldus in eiusmodi additione protestationis totā inuentarij solennitatem minimè necessariam, cū hæc pars primi sit inuentarij, argumētō illius. quòd uoluit. l. hæredes palam. §. sed & si notā. ff. de
21 testam. s'm Nicol. † de Mat. Secundo ēt dolus coniecturari poterit, si hæres sit defuncti filius, aut eius consanguineus.
22 Nam † hmōi sibi coniunctorum, suorumq; prædecessorū facta scire, cognoscereq; præsumuntur. Dictū est D. And.
23 de Yser. in feud. in tit. de success. feudo. ad fi. Aut † dolus ēt & fraus alio quippe modo cōiecturari poterint, si hæres oēs solennitates in iure, statuto, aut cōsuetudine cōstitutas & ordinatas

& ordinatas, repertorij ad confectioné nequaquã obseruarit, mala.n.atq; sinistra fides præsumitur, ubi aliquo in actu solennitas debita & requisita nõ obseruatur, ut dicit glossa in uerbo. Mala fide. in l. 1. C. de fid. instru. & iur. hast. fiscal. lib. 10. Bart. in l. cũ plures. §. quæ bona. ff. de admi. tuto. & curat. Bal. uerò in Authen. Sed quũ testator. C. ad. l. falcid. ad quæstio. inci. Quæro si hæres subtrahat, apparet contrarium uelle, protestationem inquiens, fieri solitam per hæredes, doli, fraudisque præsumptionem ac suspitionem uelle amouere. Notatur. l. 1. C. uti. possid. & l. si duo. ff. eod. tit. l. si quis in tantã. C. Vnde ui. hæredemque inuentarij priuilegio debere gaudere, etiã si rem quã postea reperit repertorio non inseruit, dicens, † legitimè factum, ex
24 casu superueniente, uitiari nequaquã debere. arg. l. Quid ergo in principio. ff. de his qui nota. infa. Sed dices fortasis in hoc Bald. (si quorundam doctorum uocabulo uti, nefas non sit) iudaizare, quia cum hæres protestatione usus fuerit, de addendo bona, si quæ nouiter repererit, in dolo ab initio fuisse præsumitur, coniecturaturque, nisi describat, seu describi solicitet in inuentario bona nouiter reperta, quæ ad eius notitiam peruenerint, d. §. circa in l. 2. ff. de dol. except. proptereaq; inuentarii beneficio gaudere minimè debere, imò hæreditariis creditorib. in solidum obligari, iuxta. d. l. Scimus. §. Cũ igitur. & §. Et si præfatã. C. de iure deliber. Et ad illud quod uoluit Bald. subtilis, quod actus ualidus ex superuenienti casu, non debet inualidari, Respondeo. Actũ illum, dolum nempe hæredis, inuentarij post confectionem nequaquam superuenisse, quia imò præsumitur, hæres bona dolosè, fraudulenterque celasse, postquã ea postea in inuentario describi non solicitauit, iuxta dictum. §. Circa. Etiã protestatio non ualet, nullius momenti, efficaciæq; censetur, ubi protestãs facto cõtrario suæ protestationi directè obuiat, ut habet Pontificia constitutio. Innoc. 3. in c. Solicitudiné. extra de appellat. & eiusdem in. c. Olim causam. extra de censib. glossa singularis & notabilis in uerbo sine prçiudicio in. c. Cum M. Ferrariensis. extra. de constitut. nisi id iusta de causa faceret. d. glos. in. d. c. Cũ. M. Ferrariensis.

rarienſis. Hæc autē proteſtationis materia, multum eſt prolixa atque infinitis periculis ſubiecta, quam ſi profundioris ingenij quiſquā ad plenū rimari deſiderat. Io. And. poſt Io. Mona. in regula. in generali. de reg. iur. in Mercuria. Inno. & alios in c. Cum. extra. de elect. Pleniſsimè Abb. Panor. & Modernos in. d. c. Cum M. Ferrariēſis. Bartolum. Alex. atque ſequaces in l. Non ſolum. § Morte. ff. de oper. no. nuncia. legendos omnino conſulo. Nec prædictis refragatur, quod obiicere poſſet ſpinoſus quiſquam, in inuentario conficiendo, ſumptus plerunque maximus fit, quiq; hæreditatis portionem exhaurit, hinc ait ſummus ille Bartolus (quem Iuriſperiti pro numine colunt) per text. l. Mediter-
27 raneæ. C. de anno. & trib. lib. 10. Haudquaquam † inuentarium conficiendum, cum plus ſumptus fieret, quàm utilitatis adferret. Idem habet Pyrrus in conſuetud. Aurelianen. tit. de ſucc. cap. 18. conſequitur inuentarii confectionē tutori accuratori adminiſtrare cupientib. minime pernceſſariam, nec adminiſtrationis tutelæ uel curæ ſubſtantiale uel formale dici, huius obiectiunculæ facilis eſt ſolutio, ex illa uulga
28 ta iuris Theorica, † Ceſſante cauſa, ceſſare dēt & effectus, quæ elicitur ex. l. generaliter. C. de Epiſc. & cler. quam expreſsè ponit S. P. Innoc. 3. uulgato in c. Cum ceſſante. ubi Docto. extra de appella. cui concordat idem Inno. 3. in. c. Magnæ deuotionis. extra. de bo. & bo. redempt. ideò cum ceſſet hoc caſu cauſa finalis confectionis inuentarii, quæ eſt pupilli, minoriſque utilitas. ceſſare debet & effectus, qui inuentarii confectio eſt. Neque enim ob pupillorum, minorum, aut aliarum huiuſcemodi perſonarum damnum, incommodum, ac detrimentū ſanxerunt leges inuentarium conficiendū, ſed potius ob eorum commodum, emolumentum, & utilitatem. d. l. de creationibus. cum ſimi
29 libus. Præterea † quicquid ex cauſa cōceditur, iubetur, ſiue ordinatur, id ſecundum illam regulari neceſſum eſt: Bulga
30 eiuſque ſequaces † in l. 1. colum. 18. ff. ſolut. matrimo. ergo, & cæt. Clarum, perſpicuumq;. n. eſt, quod non conficere repertoriū (caſu prǫallegato excepto) ſit dolus pſumptus. l. tutores. 2. C. de admi. tut. uel curat. & d. l. tut. q repertorium

torium: Suaderem tamen dicēdum, quod tutor aut curator, qui semel tutelæ uel curæ administrationi repertorio incon fecto sese immiscuerit, reijciendus, & nequaquam admittē dus ueniat, quia præsumitur dolus ex uno facto, suspicione non carente. Atq; hanc interpretationē recipit Vlpianus (aduersus sinistros & adulterinos tutores ac curatores diligēter obseruādus) in l. 3. §. tutores qui repertorium nō fecerūt. ff. de suspect. tuto. uel curato. Secus erit in eo qui se non immiscuerit, licet enim iá diu tutor aut curator factus fuerit, nullus tamen de eo dolus præsumitur.

## SVMMARIVM.

1 *Repertorii conficiendi tēpora, intra atque post quæ ad id tutor & curator compellantur.*
2 *Gandensium statutum de repertorii exhibitione.*
3 *Brugensium statutum.*
4 *Hyprensium statutum.*
5 *Franconatum seu Francostarum, hoc est, Liberorum ordinatio & statutum.*
6 *Curtracensium statutum.*
7 *Aldenardensium statutum.*
8 *Repertorii conficiendi tempus legale, statutarium, siue consuetudinarium, an per Iudicem abbreuiari queat?*
9 *Lex supplet, quod homines omittunt.*
10 *Dominium transfertur in legatis & fideicommiss. sine traditione.*
11 *Dominus nequid unius anni & diei terminum diminuere ad inuestituram petendam.*
12 *Tempus ad repertorium conficiendum statutis ordinatum non minuitur.*
13 *Legis factum iudex ex sui capitis æquitate reuocare non potest.*
14 *Repertorii confectio, quando à testatore remitti potest, & quando non.*
15 *Quando iudex testatoris imperata non seruans, testatoris tamen uoluntati non aduersatur.*
16 *Caput rationis reddendæ, est inuentarium.*
17 *Inuentaria quare principaliter introducta sint.*

*Frustra*

18 *Frustra fiunt inuentaria, ubi ratio non redditur.*
19 *Inuentarii & rationis remissio, quando est ualida.*
20 *Inter dare materiam tollere materiam, quod fit medium.*
21 *Remissio inuentarii à testatore facta, quando fit inanis, & inualida.*
22 *Infidelitas tutoris ob remissionem manebit impunita.*
23 *Tutores ad rem attentiores sunt, quàm ad præstitum iuramentum.*
24 *In remissionem testatoris variæ distinctiones.*
25 *Repertorium hæredis an per testatorem remitti ualeat? remissiuè.*
26 *Quando remissio, & statuta concordant, quid iuris?*
27 *Quando remissio, & statuta sunt contraria, quid iuris?*
28 *Prætor ex causa, repertorii confectionem remittere potest.*
29 *Statuto Flandrico tutor sine discrimine ad repertorii confectionem astringitur.*
30 *Cui repertorium exhibendum?*
31 *Loci consuetudo, vel statuta adobseruanda.*
32 *Flandriæ statuta de exhibitione inuentarii.*
33 *Senatorum pupillarium variæ appellationes.*
34 *Brugensium consuetudo inuentaria exhibet, etiam coram Notario aut Scriba iurato.*
35 *Inuentaria nonnunquam, falsa, subdola, & illusoria.*
36 *Qui dolo usus est in inuentario, in integrum restitui non potest.*
37 *Dolus & fraus nemini patrocinari debent.*
38 *Negligentia crassa & supina dolo æquiparanda.*
39 *Contra charitatem faciunt, qui aliis faciunt, quòd sibi fieri nolint.*
40 *In integrum restitui non potest, qui fraudem commisit, nisi absolutionem prius ab Episcopo impetret.*
41 *Absolutio à iuramento non est concedenda temerè.*
42 *Episcopus non debet esse autor periurii.*
43 *Res seu negocium cum tempore factum consulto & deliberato effectu præsumitur.*
44 *Vtrum in absolutione à iuramento requiratur, partis citatio cuius interest.*
45 *Ea sequenda, quæ veriora, quæque sensui & rationi hominis magis ac commoda uidentur.*
46 *In iudicio, quasi contrahitur.*
47 *Iuramentum obligatorium non debet reuocari, nisi uocata parte.*
48 *Nil debet fieri in præiudicium absentis.*

49 *Iuramentum multa operatur.*
50 *Absolutio non debet fieri, nisi causa cognita.*
51 *Episcopus non potest absoluere, causa non existente.*
52 *Cognitio causæ adhiberi non potest, parte non uocata.*
53 *Absolutio facta, non uocata parte, est nulla.*
54 *Communis opinio tenenda.*
55 *Absolutio à iuramento est inefficax si summo Pontifici fuit obreptũ in illius impetratione.*
56 *Statuta* { *Gandensium. Brugensium. Hyprensium. Curtracensium. Aldenardensium. Alostensium.* } *De certo tempore inuentarii exhibendi.*
57 *Cautela circa repertorii confectionem.*

## CAPVT QVARTVM.

1 PRO huius itaq; materiæ apertiori ampliorių; explicatione, inquirendũ est de inuentarij, repertorijque conficiundi, exhibendių; tẽpore, nempe intra quãtum temporis spaciũ id Tutores cõficere debeãt, & ad hoc cõpelli possint. Huic quæst. faciunt satis gl. in uerb. mox in l. Tutores. 2. C. de administ. tuto. uel curat. ac post eam ibidẽ Cy. Bart. & alii iuris interpretes, ponderantes tex. in uerb. mox. i. confestim, quam primum, & statim: nisi rationabilis, necessaria, uel iustissima causa inuentarii confectioné remoretur, eo enim casu inuentarii exhibitionem differre fas est & integrum. l. tutor qui repertorium sæpiuscule prææallegata, ubi copiosè Bart. inter iuris interpretes, præcipuus, huic seruit. l. 2. §. confestim. ff. ad S. C. Tertul. cuius uerba sunt hæc. Confestim autem sic erit accipiendum ubi primum potuit, id est, Prætoris copiam habuit & cæt. Accedat. l. Ratum. ff. de solut. & libera. qui exponit uerbum mox, id est, quam primum, & subiungit, sed hoc cum quo dam spacio temporis accipi debet, nec minimo, nec maximo, quod magis intellectu percipi, quam locutione expri-

mi

mi possit uulgata. l. Quod dicimus. ff. de solut. & liberat. Gan
2 desium † uerò statuto seu ordinatione (ut & infra quoq; dicet) quadraginta dies, ad repertorii editioné decreti sunt, sub pœna siue mulcta decem librarum (ut uulgo apud Flandros appellitant) Parisiensium, quarum unaquæq; summam decem stuferorum (si uulgi uti uocabulo liceat) cóplectitur.
3 Præterea, ut arbitrio Decurionum, siue (ut † uulgo) Scabinorum, puniantur. Brugensium statutis unius mensis inter-
4 uallū sub simili prædicta multa decernitur. Hyprésiū † uerò legibus quadriginta dies dantur, sed ij tantum à tempore præstiti per tutores aut curatores iuramenti, numerandi: atque hoc ipsum sub pœna trium librarū Parisiensium, per quemlibet tutorum aut curatorum incurrrenda, Franco-
5 num seu Francostarum statutis & plebiscitis † sex hebdomadarum tempus præfigitur, sub mulcta arbitraria, quod si tantum tempus ipsis tutoribus ob rerum explicandarum difficultatem parum sufficere uidebitur, longioris temporis prorogatio prorsus ab ipsis Senatoribus Franconibus requirenda & impetranda fuerit. Curtacensium
6 uerò statutis uiginti septem † dierum spacium præscribitur, sub pœna trium librarum Parisiensium; quod tamen nonnunquam ex causa est prorogabile. Aldenarden-
7 sium statuta sex hebdomadas † decernunt. sub mulcta quinquaginta librarum Parisiensiū, idq; sine alia ulteriore dilatione, nisi fortasfis dignior, ac potior alia ratio eam prorogationé legitima ex causa exposceret, quo casu talis productiò temporis, ipsis minimè deneganda erit, sed eadem semper sub mulcta adinuentarium conficiendum legitimè concedenda. Prædictarum Flandriæ ciuitatum statuta in inuentarii exhibitione sequuntur plæræque ciuitates minores, & pagi singuli quibus subiectantur. Harum ciuitatum & pagorum nomina aliaque Flandriæ territoria expresse licebit cernere in Chronicis rerum Flandricarum doctissimi uiri D. Iacobi Meyeri. Quo lectorem his de rebus plura cognoscendi cupidum remittimus, ad reliqua properamus. Ac primo hic mihi occurrit & alia quæstiuncula, huic loco
8 minimè extranea. Nempe † an prædictū repertorii cóficiédi

tẽpus legale, statutarium, siue consuetudinariũ per Iud. Prætorẽ, aut Præsidẽ (causa cognita) abbreuiari ualeat? Omissis in utrãq; partẽ argumentis, quæ adduci potuissent, destructiuæ negatiuæq; parti censeo adhærendum, quoniam legale, statutarium aut consuetudinarium tempus non minuitur, diminutionisque incapax censetur: imò si Iudex, Prætor, aut Præses id minueret à lege, statuto, aut consuetudine suppleretur. l. si se non obtulit, §. Si quis. ff. de re iud. Sicuti claret ex Authẽt. hodie. C. de appella. & ex tex. unde d. authen. desumpta est, in Authentica de appellat. & infra quæ temp. appel. debeat. §. 1. Colla. 4. constitu. 2. Necnõ ex. l. superuacuã. C. de temp. in integ. restit. peten.
9 Certum. n. est legẽ supplere, † quod omittit homo, sicut in libertate, ut per uniuersum tit. ff. qui sine manumissione ad
10 libertatẽ perueni. Item in legatis & fideicõmissis, † in quos
11 sine traditione dominiũ trãsfert l. A. Tit. ff. de fur. † In simili Dñs nequit unius anni & diei terminũ diminuere siue abbreuiare ad inuestituram petendam secundum Andream de Ysernia in c. 1. q fuit prima causa benefi. amittẽ. Ideoq; non poterit dñs uasallum cogere ad dictã inuestituram petendam infra annum & diem atq; ad fidelitatem præstãdã, argumento. l. siue pars. C. de dilationib. &. §. in diẽ de uerb. oblig. Ratio, quum id temporis uideatur esse in ipsius uasalli fauorem. argument. l. eum qui Calend. §. Quotiens. ff. de uerb. oblig. &. l. Cum tẽpus. ff. de regul. iur. Ita tenẽt Andreas de Ysernia, Aluaro. & Nicol. de Neapoli. Atque hoc ipsum aliquot ibidẽ modis restringunt, ac limitãt quos
12 (si lubet) uide. Simili quoq; ratione prædicta tempora ex singulariũ ciuitatum Flandriæ statutis introducta, & ordinata ad repertorij confectionẽ nequaquã præueniri nec diminui debent, potissimum quod ea tẽpora ex legitimis causis ita instituta & longa consuetudine obseruata uideantur, in fauorem & gratiam non tm̃ pupillorum, sed ẽt tutorũ, ad inuentariorum confectionẽ obligatorum, ne inuentaria ini què præcipitent, sed ea decentius ac plenius conficiãt. Huic opinioni negatiuæ etiam assentitur D. Bald. in l. Scimus .§. cum igitur. in. 3. col. C. de iure delibe. ut hinc etiam

clarum

13 clarũ euadat iudicem† legis factũ ex sui capitis æquitate re
14 uocare nõ posse.† Sciscitari hoc loco etiam lubet, num inventarij confectio à testatore remitti queat? Hanc interrogatiunculã paucissimis uerbis omissa argumentorũ & allegationũ põpa absoluero. Respondeo igitur affirmatiuè cũ Iustiniano.ĩ l.fi.§.illo proculdubio, ibi, nisi testatores qui substãtiã trãsmittũt, specialiter inuentariũ cõscribi uetuerint. C.Arbit.tute.gloss.est notabilis & ordinaria in l.tutores.2. in uerbo publicarũ. ad finẽ. C.de administ. tuto. uel curat. Idẽ sentit gl.in uerb.nõ fecerunt.in l.3.§.tut.ff.de susp.tu. & cura.& l.tutor. qui repertoriũ. sępenumero prælleg. Si tamen tutor aut curator iudici suspectus esset, & ob aliquam iustam & latentem causam ipsi testatori in persona tutoris aut curatoris electa & constituta incognitam, Iudici uerò notissimã, aut suspectã, eo casu Iudex (non obstãte testatoris decreto & expressa uolũtate contraria) tutorẽ ad inuentarii confectionem compelleret, & non quid testator statuisset, sed quid pupillis expediret, obseruaret, & eorũ utilitatẽ, & cõmodũ prudenter prosequeretur, iuxta.l.in confirmando, &.l.utilitatẽ.ff.de confir.tuto.uel curato.l. quidã decedens .§.Papinianus.ff.de administ. tuto. uel curato. Atque hoc faciens Iudex, contra testatoris uoluntatem facere non cen
15 sebitur,† quod testatoris uoluntas non spectet in remissione inuentarii pupillorum suorum ullam circumuentionem, sed tantum hoc spectat ne patrimonii secreta, id est opulentia rei familiaris, aut eiusdem tenuitas, aut occultum æs alienum contra uoluntatem suam perfidè pandantur, diuulgentur, atque in ora omnium rapiantur, quum statum rei suæ familiaris etiam post mortem suam uelit esse omnibus secretum. Quod & æquissimum & magnopere probandum uidetur. Ideoq; hoc ipsum quoq; prudenter statuitur in l.2. C. de alim.pupil.præst.cui nec discrepat.l.2. C. Qñ & quib. quar. pars debe.lib.10. quo in loco repertorii confectionis prohibitio non fraudem aut circumuentionem, sed pupilli minorisve commodum, emolumentũ, & utilitatem respicit, cuius meminit Cy. in l.fi. C.arb.tut.l. & D.Signorollus de Homodeis consi.ex.incipiẽ. Testator

in testamento tutores. Cæterum quoties testator tutorem futurum ab inuentarij confectione & remittit, simul cum hoc testatores à reddendæ rationis onere absoluit & remittit. Et si à reddenda ratione absoluit, etiam ab omni sollicitudine & uinculo inuentarij conficiendi liberat, ob id
16 quod † caput & fundamentum rationis reddendæ sit inuentarium. Vt dicit Bald. in l. Cum tale. §. 1. de condit. & demõstrat. Ang. consil. cxliiij. ad finem, qui allegat. l. Tutor. qui repertorium, de adminiſt. tut. uel cur. Ias. in. l. Marcellus. ff. ad Trebel. Ita quod inuentaria principaliter pro
17 pter rationes sint introducta. † Bened. de Perusio consil. cxlix. in 6. dubio, quum dicit, quod is qui ad rationẽ reddendam non obligatur, per consequens etiam non tenetur ad inuentarium allegat. l. orphanotros. C. de episc. & cleric. cum sim. Idem docet Spec. in tit. de instru. edit. §. nunc aliquá, uers. sed an simplex. v. charta mihi, dum uoluit frustra fieri inuentaria, ubi ratio non reddatur. Et idem Ias. in. l. Nemo, in. 2. lect. col. xi. uersi. adde bonum simile, de leg. 1. Consequitur igitur, quod remisso onere. d. rationis reddendæ, etiam inuentaria remissa censeantur. Porro quoties in personis tutorum iudici nulla obrepit suspicio mali aut futuræ fraudis, atque testator prius tutorem ab inuentarii confectione uoluerit esse liberum & remissum, ob certas causas, ipsum testatorem mouentes, tunc Iudex contra talem tutorem non poterit excipere, nec ipsum ad inuentarium compellere, sed liber & remissus erit, eo casu Tutor ad inuentarium exhibendum & ad rationem reddendam. Signorollus consil. cxliii. ad fin. qui allegat. l. Quidam decedens de adminiſtr. tuto. & cura. facit. l. cum seruus &. d. l. cum tale. §. 1. ibi glos. de condit. & demonst. Nec sequitur (tametsi quidam secus opinentur) Repertorii, inuentariive confectio, furandi deprædandique materiam & occasionem tollit, ergo eius prohibitio producit contrarium & oppositum, nempe furandi deprædandique materiam, quod iubens fateter si hæc contraria essent immediata, nam oppositum in opposito operari debet, quod propositum in proposito, siue dispositum in disposito.

ſpoſito. Ariſtot. teſte 5. Ethi. &.l. Quod merces. §. uis ma-
20 ior, & quod ibidem notatur. ff. loca. † Sed in hoc loco, in-
ter dare materiã, & tollere materiã, datur mediũ, ſcilicet
nec dare, nec tollere materiã, quemadmodũ dicimus, quod
interdum lex confirmat, nonnunquam reſiſtit, interdum
eſt medium, quo nec confirmat, nec reſiſtit, ſicuti notatur
in l. poſt mortem. ff. de adopt. & in l. Stipulatio iſta. §. al
teri. ff. de uerb. oblig. l. 1. §. ſcientiam. ff. de tribut. actio. &
21 in. l. culpa caret. ff. de reg. iur. Ex habitis † igit̃ hactenus cla
rum ac manifeſtum euadit, ut quoties Iudici conſtat tutorẽ
eſſe talem, qui ob inuentarii remiſſionem inuitetur ad pec-
candum, & fraudem peragendam, quod tum inanis erit & in
ualida prorſus teſtatoris aut prohibitio aut remiſſio ad reper
torii confectionẽ. At quoties hoc Iudici non conſtat, nec de
tutore nulla ſiniſtra concipitur ſuſpicio, tũ teſtatoris remiſ-
ſio firma erit & ualida. Nec ob id quippiam ſiniſtri, aut frau-
dulenti ſuſpicandum eſt, de tali bono tutore. Nec talis etiam
tutor ob id ſibi quippiam infidum atque nefarium in ſua fu
tura tutela promittere debet. Quis enim adeò rationis ex
pers reperiri poterit tutor aut curator qui (etſi repertorium
conficere non obligaretur, qui aut à teſtatore certis, iuſtiſ-
que de cauſis remiſſum aut prohibitum eſſet) geſtorum ra
tionem atque reliqua exigi a ſe non deberi exiſtimet, &
22 ſibi perſuadeat, † quãdoquidem ad rationem, & ad reliqua
modis omnibus, mediis, & uiis melioribus, quibus utile;
decens, ac neceſſarium uidebitur, à Iudice compelletur, ſi
ulla doli ſuſpicio Iudici ſuboleuerit, qui dolum malum ac
quoduis delictum in adminiſtratione ipſa commiſſum nun-
quam ſinet eſſe impunitum: multò magis ſuberit punitioni
ſi fraudis commiſſæ certa argumenta & indicia appareant.
Tum enim mea quidem ſententia (aliorum tamen iudicio
meliori ſemper ſaluo) pœnam præterea periurii omnimo-
do incurrit, neque ab ea excuſari aliquo etiam fœliciſ-
ſimo mortalis ingenio poterit, uti dilucidè & manifeſtè
claret ex his, quæ ſuperius tradidi ad iuramenti materiã;
23 ubi oſtendi pupillorum, † adultorumque protectores
attentiores longè eſſe pecuniis numerandis, quàm per-
pende

pendendis diligenter, ac enixè masticandis præstiti iuramenti uerbis, quod profecto hoc nostro infœlicissimo sæculo impense deplorandum arbitrer. Nec me latet hodie reperiri paucos huic oneri & tā claræ prouinciæ aptos & idoneos, sed contra innumeros qui id offi. ambientes, principia, media, & etiam finē plane ignorent. Ideóq; huic muneri nō multò habiliores aut aptiores uacca. Sed ad inuētarii remissionē redeamus. Bal. exactissimi uir iudicii, p-
14 pendens testatoris remissionē † posse à stupore mētis profi ciſci, aut ab animo parū prudenti, quo casu contingeret sæpe talem remissionem esse inquam & à uera, ac iusta ratione alienā. Quocirca tales remissiones distinguit & limitat hoc modo. Nisi testator aberrauerit sine ulla causa, aut cum causa, sed insufficiente & illegitima, inuentarii confectionem, editionéque remittendo. Eo enim casu (testatoris remissione sine prohibitione nō repugnante) Iudicis erit officiū, ut tutorē & curatorē ad inuentarii confectionē cogat, astringat, maximè si de eis ulla suspicio existat, quod de pupilli & minoris substantia quicquā tutores curatoresve sint suppressuri, arg. l. penultimæ. §. 1. ff. ubi pupil. edu. deb. & l. defensionis facultas, aliàs facultas. C. de iure fis. lib. 10. Bartolus iuris interpretū æquissimus, suis in commentariis ad l. Nemo potest. ff. de lega. 1. Hāc limitaciunculā etiam insequitur, & approbat etiam in tutore & curatore testamentariis, quū remissionē aut prohibitionē apparet esse pupilli & minoris utilitati, emolumentoq; contrariam & repugnantē. Tum enim Iudex seu Prætor talem remissionem nullo modo obseruare, aut obedire cogitur, arg. l. in confirmando, & l. utilitatē. ff. de confir. tut. uel curat. Bartolus in l. fi. C. Arbit. tutel. Angelus suis in consiliis, consilio cxliiij. incipien. Reuocatur. Sit igitur perbreuis huius materiæ distinctio: talis. Nempe si Iudex seu Prætor repertorii confectionē pupillo ac minori damnosam esse perspiciat, defuncti testatoris uoluntatem non insequetur, iuribus præallegat. alias uerò eā sequi necessum est, legib. et prælib. Cy. suo more in l. fi. §. Illo proculdubio. C. Arb. tut. Penè similis utitur distinctione, eáq; nō aspernāda, ut qua plurimorū obiectiōes

refel-

refellentur, multaq; dubia reclusa palã euadant. Scilicet cũ testator quid faciendum remittit, tunc ea remissio, aut damnosa erit testatori tantum, aut hæredi tantum, aut utrique, aut neutri, aut certe utri sit damnosa futura dubium apparet. Primo casu & quarto, licita est remissio. l. 2. C. ut in poss. leg. uel fideicom. Secundo uerò casu illicita censetur remissio, iuxta. l. 1. C. de usufruct. & hab. Quarto casu, incertitudinis ac dubij ratione testatori concessa est remissio, cùm uerisimile sit testatorem sui hæredis utilitatem desiderare, uelleque eum scire patrimonij sui uires, hoc pacto intelligit. d. l. fi. Diuus. Ias. uerò in. l. Nemo potest, præall. in. 10. col. ait minimè sat esse testatorem repertori confectionem tutori ac curatori remittere ac exonerare eos à reddenda ratione, sed expresè eum uetare & prohibere ne cessum est, quod quidem firmat & corroborat. l. fina. C. Arbit. tut. Hæc autem sententia an æquitati ac ueritati innitatur, præallegato loco disputat ac differit, ad quem compendii gratia unumquemque eius disputationis prolixioris auidum remitto. Huic Doctori adiungetis & associabitis And. Barba. consil. xlvi. incipient. Clementissimi, in. 3. col. 2. uol. & D. Alex. consil. lxxii. incip. Præfatos tutores, in 2. col. & D. Ioan. Sanson suis in glossemat. in consuet. Turon. titu. *Des tuteurs & curateurs* articul. 2. fol. ccvii. & articul. 3. fol. ccviii. & Boerium suis in Apophtegmatib. in consuetudi. Biturigum titu. de consuetudi. iur. status, persona. §. 7. in gloss. Hæc enim consuetudo uidetur probanda, ut quæ habet ac continet descriptionem bonorum fieri omnino oportere, dicta prohibitione non obstante. Atque hæc ipsa etiam mihi magnopere placet, ob pupillorum, minorumq;
25 (quam in se complectitur) utilitatem. † Præterea quæstio hic oritur, an hæredis repertorium seu inuentarium per testatorem remitti ualeat. Hanc quæstionem decidere non est præsentis instituti, quod eius caussa liceat ad Bald. confugere, qui illius meminit in. l. fina. §. Cum igitur. C. de iure deliberandi, & consil. 2073. 2. lib. 1o. Andr. in addit. ad Spec. in titu. de instrument. edit. §. dicto,
26 ad exordium. † Sed in hoc casu alia suboritur quæstio,

illhæc.

isthæc. Quid si statuto municipali, uel iure consuetudinario caueatur, non astringi ad repertorii confectionē tutores & curatores, an ea gratia tunc excusatione gaudebunt, & liberi erunt, ut nullam in pœnam siue mulctam incidant repertorio inconfecto? Sunt qui affirmatiuæ parti hic insistant, argument l.si fine. §. Lucius. ff. de administrat. & pericu. tuto. & curato. & l. Tutor qui repertorium, prællegat.
27 Porrò si statuta sint cōtraria, †quid iuris tunc erit? hoc est. Si statutum complectatur, siue lege municipii cautum sit, tutorem curatoremq́; ad confectionem repertorii obligari, & testator remiserit, nunquid statuto obediendum erit? an potius uoluntati testatoris parendum? His duabus potissimum quæstionibus, neque inhærere, neque eas tanquam tractabile corium magno cum apparatu extendere uolui, oleum & operā perditurus. Nam Gandensem, Brugensem, Hyprensem, Curtracensem, Aldenardensem, & aliarum Flandriæ ciuitatum populum sapientiorē longè & prudentiorē cerno & reperio, quàm, qui huiusmodi statuto, dictamini, rectæ rationis cōtrario & repugnanti consentiret, aut eo uteretur aut uti permitteret. Lanam enim, cōchyliam tā quis in pristinum candorem reuocaret citius, quàm huiusmodi statuti assensum à populo impetraret, quod nemo nō uidet esse delinquendi incitamentum, nisi forte iustissima necessariaq́; causa subsistente. Ita Bart. in d. l. Tutor qui repertorium. Plures harum quæstionū si quis desiderauerit, ad Cynum conuolet in l. ueteris. §. illo proculdubio. C. arbit. tutel. ubi distinctionem cuiusdam Mar. Sil. Bononiæ disputantis & altercantis recitat. Eo enim loco quæstionis, posterioris difficultas omnis (modò bene synecreq́; masticetur) ab eo explicabitur & reserabitur. Similiter nec absurdum arbitror sentire cum Barr. in l. tutor, qui repertorium præallegat. ubi censet ipsum Prætorem, Præsidem, uel Iudicem iustissima necessariave de causa repertorii confectionem aliquando posse remittere, nempe cum pupillo, uel tutori id expediat, aut quando pupilli atque minoris patrimonii quantitatem magnitudinem uel exiguitatem non manifestari conueniat leg. secunda. §. tractari, uersic.

uersicu. ergo etiam si mater . ff. ad Tertul. S. C. & claté .l. 2. C. de alimen. pupill. præst. & .l. 2. C. quando & qui bus quar. pars deb. li. 10. Hæc tamen etsi iuris scripti sint, nihilominus ciuitatũ Flandriæ statuta seu ordinationes non facile ea admittunt. Indistinctè enim & sine ullo discrimine
29 statuto nostro Flandrico † ad repertorii editionem tutor, curator, atque aliæ similes personæ, quæ alienarum rerum gubernationem ad se susceperunt, compelluntur. Postquam autem multa de inuentario conficiendo locuti sumus, non abs re me facturum arbitrabar, si hic quæstionem decidero huic proposito necessariam, congruam scilicet, sub cuius aut quorum præsentia conficiendum, conscribendum,
30 & edendum † sit rerum pupillarium, aut adultorum repertorium. Huius quæstionis diuersæ sunt sententiæ, & opiniones, una est Bartoli & ipsius sequacium, dicentium in l. tutor qui repertorium, crebrò præallegat. in 2. col. confici, conscribi, & edi oportere coram iudice, prætore, siue præside. Alia est Io. Fab. & Sali. in d. l. tutor. 2. uolentium confici, conscribi ac edi sat esse graphiario præsente ex consuetudine. Tertia est prioris partis gl. in d. l. tutores. 2. posse confici coram tabellionibus uel tabellione duntaxat, quod posterius etiam Bart. placet in. d. l. tutores. 2. & in. d. l. tutor qui repertorium. Quarta est posterioris partis gl. dicentis, inuentarium confici oportere corã, & sub præsentia publicarum personarum, id est, tabellionum & magistratuũ, id est ordinariorum iudicum, qui iuris dicendi negotiis interesse debent. Solidius securiusque tamen inuentarium coram & sub præsentia iudicis, prætoriis, uel præsidis id fiet, edetur, & conscribetur, quandoquidem eo casu (si ex eoquid agere uel probare postea tutores aut curatores cupiant) id tali modo tunc tutores facile poterunt, & ita intelligenda est. l. Chirographis. ff. de administ. turo. uel curato. Doctores enim aiunt & colligunt sic, si Barto. iurisconsultorũ iurisconsultissimo fidem adhibeamus in l. tutor. qui reperto rium, iam sæpius producta, quod quantum tutorem, curatoremque concernat, sat esse si iudice, prætore, uel præside absente inuentarium confectum exhibeatur coram

No-

Notario publico, atque ab eo corroboretur. Sed ut tale inuentarium fidem faciat cõtra debitores, quorum nomina repertorio inscribuntur, omnino necessum est, ut coram iudice, prætore, uel præside præsente conscribatur, & exhibeatur. d. l. Chirographis. Communi tamen obseruantia, passim, & ut plurimum arbitror confici, edi, & conscribi oportere sub tabellionis, scribæ, seu notarii publici præsentia:
31 †Sed omissis iuris interpretũ multifariis opinionibus, ego suaserim loci consuetudinem, uel statutum, ubi repertoriũ uenit conficiendum, omnino obseruandum esse. Gandensiũ autem, Brugensium, atque reliquarum ciuitatum Flandriæ statuta sunt, ut repertoria conscribantur ac conficiantur per graphiarium, pensionarium, uel alium scribam, seu (uulgo) clericum iuratum, sub duorum Senatorum, seu Decurionũ præsentia, quos Gandaui Scabinos partitionis appellitant,
32 Brugis uerò pupillorum scabinos, †aut pupillorũ puisores, aut supremos pupillorũ tutores. Curtraci, & in ipsius Cãcellaria & territorio uocant̃ pupillorũ Dñi. Atq; ità aliis atque aliis in locis, alias quoq; noĩationes accipiunt. Porro Brugẽ
33 ses sæpenumero repertoriũ absente iudice, †p̃tore, uel p̃side edi, & confici p̃mittũt á notario publico, seu clerico Brugensi iurato, atque hoc ipsum tunc in prætorio seu senatu, iidem Clerici, Scribæ stabiliunt, & iuramento muniunt, affirmantes, & asserentes repertorium tale oblatum, confectũ esse & editum ritu solito, consuetoq; more, nempe sese in eo prætermisisse nihil prorsus, aut subticuisse, quod inscribi manifestariq; oportuit, & similiter nec superaddidisse, seu in scripsisse quicquam, qđ omissum decuit, quantum ad ea quæ ad suam ipsorum peruenerunt notitiam. His omnibus ad prædictum modum sic ritè, & legitimè peractis, & absolutis, omne debitum & æs alienum inde deducitur, & quicquid bonorum reliquum seu residuum fuerit, id pupillorum minorumq; tutores & curatores, statim ad librum (quẽ uulgo appellant) pupillarium, referri, ibidemq; omnia, & singula, more, rituq; consuetis inscribi, & notari per eundem clericum coram Senatoribus pupillaribus intra certum temporis spatium, & sub certa mulcta compelluntur. Cæterum hic non

34 non † prætermittendum putaui unum uulgatiſſimum, & penè quotidianum Statutum (tametſi deplorandū) quod apud Brugenſes longa conſuetudine & decreto municipali inoleuit. Vbi ſtatuto coniugum ſuperſtes intra ſex hebdomadas cogitur omnia bona, domus ſuæ mortuariæ debita pariter & credita, mobilia & immobilia, præſentia & abſentia, ad calculum & in inuentarium conuocare, conſcribere, & Senatui pupillari legitimè exhibere. Exhibitum iuramento affirmare, & ſtabilire, & uerificare, dicentes iuramento præſtito & conceptis uerbis, ſeſe omnia fideliter conſcripſiſſe, ſeſeq; in eo inuentario prætermiſiſſe nihil quod inſcribi debuit, nec inſcripſiſſe quicquam, quod omiſſum oportuit, quantū ad ſuam peruenit notitiam, ac cognitionem. Atque ex hoc iuramento pręſtito, ualidum habetur inuentarium, quum tamen in eo ſepæ multa falſa, & periuria commiſſa reperian-
35 tur. † Nam uidui aut uiduæ ſæpe multa ſupprimunt, ut hæredes ſuos fraudent, ſibi iniquis opibus proſpiciant. Si uerò aliquantò iuniores fuerint, & ad ulteriores nuptias animum adiecerint, tum ſubinde multo plura inuentario inſerunt, q̄ in rei ueritate inſcribenda, inſerendaq; fuerunt, atque eadē ſacramento aſſerunt, quò ditiores, locupletioresq; habeantur, & facilius aliam iuuenculam, aut uiduam, aut alium adoleſcentem aut uiduum decipiant ac circumueniant. Et poſtquam uiduus aliam duxerit in uxorem, aut poſteaquam uidua alteri nupſerit, potitiq; ſunt uoluntate ac deſiderio ſuo, cauſaq; committendo periurii & fraudis commiſſæ, ſuum ſortita ſit effectum, tum demum pœnitentia affecti ad Principis gratiam confugiunt, & periurii remiſſionē implorant, & ab ęo in integrum reſtitui poſtulant, allegantes ſeſe plurima debita actiua & paſſiua, atque alia bona quàm reuera habuerunt, inuentario inſeruiſſe. Quæritur. An tales debeant
36 in integrum reſtitui? Pro deciſione † præſentis quæſtionis apparet negatiuè reſoluendum, quia dolus & fraus (præcipuè præmeditata) nemini patrocinari debent. Non enim æquum eſt dolum ſuum quenquam releuare, uti eſt in l. Verū. §. hoc quoque. ff. pro ſocio, & in l. Ne ex dolo. ff. de dol. mal. Necnō apud Innocentium 3. in c. ſuper literis, extra de

reſcri-

rescript. & in c. 1. extra de eo qui duxit in matrim. quã polluit per adulter. Idem in c. ex literis extra de dol. & contumac. Idem in c. si uir ad finem extra de cogna. spirit. & gl. in l. Titio, in princip. ff. ad municipa. Nec iisdem suffragari poterit, si asserant postea descripta neglectaq; esse, aut omissa negligentia, quoniam talis negligentia nimis esset crassa &
37 supina, † quæ haud dubiè de iure dolo ac fraudi æquiparatur: uulgata. l. Quod Nerua. & ibi elegãter, & copiosè Scrib. ff. de pos. cum similibus iurib. Et qui in uno repertus fuerit
38 infidelis, illi in eodem nunquam fidendum. † Præterea faciunt cõtra charitatem, quia aliis faciunt, quod sibi fieri nolint. Dein sunt contrarii proprio iuramento solenniter & coram Senatu Brugensi præstito, q̃ ob causam debent puniri, tanquam dolosi & periuri, quicquid excusationis habeant, aut uerius prætexere studeant, profectò res est pessimi exẽpli, quod quilibet sanæ mentis facile cognoscit. Præterea, quod principi imposuerunt, illuserunt, falsaq; uerba dederunt & persuaserunt, ob id sunt periuri ac dolosi censendi. Aut quia mentiuntur, mentiendoq; latenter furtum cõmittunt, ut sese à debitis passiuis exonerent, ditioresq; credantur: ueri fures sunt æstimandi ac puniendi. Nam rectè sic furantur, aut propriis liberis, aut (si hi non fuerint) ueris hæredibus, præter id quod cõiugem futuram quàm syncere amare deberent grauiter fraudant. Et qui cum huiusmodi falsa committunt, plerunq; sunt epulones, commessatores, otiosi ac prodigi homines, qui sua male gubernãt, & administrãt, quemadmodum docet ipsa experientia efficax rerum magistra, ut eleganter dicit text. in c. quam sit, in principio, de elect. lib. 6. His itaque perpensis euidenter concludo (quic-
39 quid dicatur, † aut sustineatur) tales non posse in integrum restitui, nisi absolutione prius habita & obtenta ab Episco-
40 po, aut alio potestatem habente, † quæ quidem à iuramen-
41 to absolutio, non debet facile per eum concedi, † ne fit author periurii. c. si uerò, & ibi But. de iureiurand. Eoq; minus, quod ex statuto Brugensi satis longum temporis spatiũ, habuerant ad perfectè inuentarium conficiendum, & id sacramento affirmandum, imò si longiori tempore indiguissent

sent,idq; expostulent(ex causa tamen sufficiente & rationa bili)Senatus aut ex Senatu ad hoc ordinati & deputati lon gius tempus ſm rei negocij que exigentiam concessissent id
24 que potissimũ ut tutiores essent á periurio & † dolo.Res enim siue negotium cum tempore factum, præsumitur consultius,perfectius,& deliberatius effectum, aut faciendum.
43 Sed hic exoritur aliud dubium non leue, † uidelicet:Vtrũ in absolutione seu dispensatione á iuramento requiratur citatio partis cuius interest? Circa huius dubij materiam, si quis pergat omnes euoluere doctores, & doctorum diuersas opiniones, ad iustos commentarios deduceretur.
44 In tanta uarietate ĩ qua quilibet ad † utrasque partes pugnare posset, ego ea sequar quæ mihi ueriora, sensui & rationi hominis magis accommoda uidentur. Dimissis ergo uarietatum fluctibus, D. Abbatem Panormit. & Felinum, eorumque sequaces, sequor in c. 1. extra de iurereiur. Necnon .d. Ioan. de Selua. in tractatu de iureiurand. §. Quæro sexto. Atque D. Cardinal. Flor. in cap. Debitores eo.titu.de iureiur. ut in casu subiecto. Si iuramentum solenniter præstitum fuerit, & coram senatu, tunc ius est acquisitum parti,cuius interest,nempe hæredi, seu hæredibus defuncti aut defunctæ,ergo & cæt. Cui con
45 gruit illud uulgatum.In iudicio † quasi cõtrahitur, l.3.§.Idem scribit.ff. de peculio cum haud dissimilibus iuribus.
46 Est igitur secundum præallegatos docto. † cõclusio hæc re solutiua. Vbicunque iuramentum est obligatorium ex parte iurantis, & aliquam utilitatem continet ex parte recipientis, nunquam debet reuocari,nisi uocata parte. Ratio est,quia ex quo per absolutionis actum præiudiciũ irrogatur parti,in eo quod sibi utilitas administratur, debet pars
47 uocari, † quia nil debet fieri in præiudicium absentis, iuxta.cap. primum extra de causa possess. & propriet. & cap. inter quatuor.de maior.&obedient.&.l. de unoquoque.ff. de re iu. Partis autem recipientis uidetur quasi semper interesse quia utile est habere partem uinculatam iura-
48 mento, † cum multa iuramentum operetur, & saltem accumulet forum foro. 3.in c.fin. de fo.compe. lib.6.& quod

ibi notatur, facit.l.Cum pater.§.filius matrem.ff.de legat.
49 2.& quod ibi notatur,† his seruit. Quod absolutio non debet fieri,nisi causa cognita,ut notat Innocentius in c. ad aures,quod met.caus.& Spec.in titul.de leg. §. nūc ostenden
50 dum , uers.xxiiij.& seq. Et causæ † cognitio adhiberi non potest,parte inaudita,& non uocata. Nec episcopus absolue
51 re potest causa † non existente.l.in causæ.§.causa cognita, & quod ibi notatur.ff.de minorib.c.tum ex literis, de in integ. restitut. cum similibus iuribus. Hæc enim adeò sunt,
52 † quod absolutio facta nō uocata parte est nulla, quia secundum Abbat.& Felinum hæc absolutio non tenet, nisi subsit causa,etiamsi fiat per summum Pontificem, secundum Innocent.in c.2.in fine,extra de renuntio. Antequam ergo sibi constet causam subesse, non habet potestatē absoluendi, præsupposito quod subsit, quia ignorat id quod est fundamentum intentionis suæ, ut in simili per Bart.in l.multum. ff.de condit. & demonstrat. & traditur in c.ex parte Astensis,extra de concess.præben.Nec potest sibi constare de causa,nisi uocata parte,ideo uidetur magis iuri consonum, qđ pars debeat citari, Citatus enim forte ostendit: euidentem calumniam petentis talem absolutionem, idq; eum facere, deferendi ac procrastinandi gratia, ut crimen suum occultū maneat,& ita clā absolutione impetrata,integræ famæ permaneat,quo casu non debet audiri.l.Satis aperte.C.de fals. Et hanc opinionem tenet ueram.D. Alexander in l.hæres. §.si quis tutelam, de iudic.ubi plenè. estq; cōmunis opinio
53 secundum † Ben.cap.in d.c.debitores & in d.c. 1.extra de iureiur.& ideo tenenda & insequenda. Vulgare enim & tritum est iudicem in iudicando sequi debere communem Doctorum opinionē c.Nouimus, de uerbo.signific.ibi.& quorundam sit opinio à pluribus approbata.l.1.ff.de offi.quæst. ibi & sane crebrior apud ueteres opinio, bonus tex.instit. de hæredibus instituend. in princ. ibi. plurium sententias. Bart.in l.2.C.de pœna iudi.qui mal.iudica. Priusquam autem hunc absolutionis passum absoluamus ac prætereamus, lubet adiicere unum hac tempestate admodum quotidianū
54 ac frequēs etsi uehemēter periculosum,scilicet. Quū† in cō

tractu

tractu iuratum est, non uenire contra contractum, ac etiam ad effectum agendi non petere absolutionem, si impetrauit absolutionem à iuramento ad effectum agendi, & mentionem non fecit, quod iurauit non petere absolutionem, à iuramento non est absolutus: nec ut possit agere habilis factus nisi priùs sit absolutus à iuramento de non petenda absolutione à iuramento. Quemadmodum nec displicuit D. Baldo iuris ciuilis interpreti acutissimo, in repetitione. l. 2. ff. de iureiurando, nec non Baldo alio loco. & Io. Imolen. in l. hæc scriptura. ff. de condi. & demonst. firmatque D. Felinus in c. debitores præallegato. Etsi Dominus Ludouicus Romanus consilio cccxxvi. incipient. In præsenti consultatione, dixerit, quod iurans non petere absolutionem, cogitur tale iuramentum seruare, quod tamen in dubium uertitur, ob id quod summus Pontifex à tali iuramento potest absoluere, quum expresse sibi narratū est, secundum D. Bal. in d. l. Sed de his satis, sufficit. n. præsentem materiam utcumq; lectori aperuisse & loca & autores ipsorum aperte iudicasse. Qui enim longiores disputationes, limitationes, & reliqua quæ hanc materiã concernere uidebuntur plenius cognoscere uolet, is loca & passus supra citatos consulat. Ad intermissum igitur locum redeamus, qui erat de inuentarij exhibendi certo tẽpore. Nam de eo ciuitates uariant. Statuto enim ciuitatis Gandensis quadraginta dierum spatiũ conceditur, idq; sub mulcta decẽ librarum Parisiensium ex bonis propriis. Brugenses quoque pene simile tẽpus constituunt, s. sex hebdomadarũ. Intra quod tẽpus, si tutores bona pupillaria ad senatũ libellatim nõ conferant decẽ librarũ Parisiensium mulctantur ex suis propriis bonis. Si uerò nec intra alias proximas hebdomadas sex inuẽtarium non exhibuerint, singuli duplici mulcta puniũtur, s. xx. libris Par. hoc est unusquisque xx. libris. Porro si ne tertiis quidẽ sex hebdomadis inuentarium exhibuerint, iterum mulcta duplicabitur, ut unusquisque eorum dependat xl. lib. Par. atque sic deinceps semper duplicando, nisi rationabilis, iustissima, ne cessariave causa, negotii differendi ansam præbeat, nempe si nequiuerint intra tempus cõstitutum facultatum omnium

C 2 parti-

partitionem, bonorũq; diuisioné maturè cõficere, & articulatim legitimè disponere, atq; ob id pupillorũ bona insinuare nequiuisse, quo quidem casu prouisoré, aut senatores pupillorum adhibunt, à quibus facultatem, autoritatem, potestatemq; petent ad alias sex hebdomadas, aut certè ad triũ mensiũ spatiũ. Sed hoc tribus duntaxat uicibus, & cũ magna discretione, & ex singulari prorogationis gratia, concedendum est. Hæc nisi tutores præstiterint, haud dubiè à prædicta mulcta non erunt absoluendi. Hyprenses, tempus quadraginta dierum constituunt, idq; sub mulcta trium librarũ Parisiensium, quod quidem tempus similiter legitima ex causa, ad requisitionem & supplicationé tutorum in alios quadraginta dies protrahi potest. Curtracensium uerò statuto uiginti septem dierum tempus conceditur, idq; sub mulcta trium librarum Parisien. quod tépus etiam legitima ex causa prorogatur. Aldenardensis ciuitatis statuto, sex hebdomadarum spatium admittitur, atque hoc sub pœna seu mulcta. 50. lib. Parisiensium, ex causa tamen hoc tempus est prorogabile. Ex prædictis igitur nunc patet non sat esse, quod tutores qualecunque inuentarium conscribant. Nã id eos à periculo non leuabit, aut à mulcta, nisi id solenniter corã notario, graphiario, aut iudice sit cõscriptum & editum. l. tutores 2. C. de administra. tuto. uel curat. Atque hanc cautelã,
56 † imò potius prouisionem fieri suspicor, ut edatur coram iudice, aut eius graphiario, aut coram scriba præsente, quo tutius à mercatoribus, & ab aliis repertorii instrumento credatur, fidesq; ipsi adhibeatur certior.

## *SVMMARIVM.*

1 *Tutores & curatores, an conficiendo in repertorio necessario creditores omnes conuocare obligentur.*

2 *Hæres ante repertorii confectionem obligatur cõuocare creditores omnes, quorum interest.*

3 *Mater an tutrix esse queat?*

4 *Tutelam administrare uirile munus est.*

5 *Defuncti testatoris uoluntas omnibus præponenda.*

*Pupillo-*

6 *Pupillorum debitor, aut creditor, eorundem tutor esse non potest.*
7 *Mater etsi à filii hæreditate statuto municipali excluditur nequaquã tamen à tutelæ munere semouetur.*
8 *Mater non habet filios in potestate.*
9 *Filius patris, non matris familiam sequitur.*
10 *Mater an bonorum curatrix dari potest?*
11 *Mater an tutrix esse desinat, si impudicè uiuat?*
12 *In matre libidinosa omnes pœnæ statuunt, quæ in transeunte ad secunda uota.*
13 *Luxuria superstitis coniugis, defuncti mariti memoriam denigrat.*
14 *Mater etsi effecta sit unius solius concubina duntaxat à tutela remouenda uenit, tanquam indigna.*
15 *Qui rerum ac personarum gubernationem aliquando receperunt, ii ad tutelam suscipiendam cogi possunt.*
16 *Mater & auia an compelli possint ad tutelæ curæve munus?*
17 *Mater & auia ob debitum ex officio tutelæ curæve contractum incarcerari possunt.*
18 *Mater & auia, non ut mulieres, sed tanquam parentes conueniri nõ possunt nisi, &c.*
19 *Mater si nec secundis nuptiis, nec Velleiani præsidio, nominatim, sed generaliter omni iuris beneficio renunciauit, an ualeat talis renuntiatio?*
20 *Mater uel auia tutrix uel curatrix ad repertorii confectionẽ astringitur.*
21 *Mater legitima liberorum tutela suscepta, si ad secundas aspiraue rit nuptias, tutorem alium constituere, eiq; rationem reddere debet &c.*
22 *Mater si ad secunda transierit uota, de iure, filii tutelam amittit.*
23 *Lex præsumit matrem causa secundi mariti, primi mariti filios denudaturam.*
24 *Pater semper utilitati sui filii fauere præsumitur.*
25 *Nullus amor, qui paternum in filios uincat amorem.*
26 *Quæ de matre ad secundas nuptias conuolante dicta sunt, eadem quoque ad matrem sponsalia tantum tractantem reducenda sunt.*
27 *Pater ad secunda uota transiens, ius tutelæ sui filii omittit.*
28 *Statutũ Brugensium de parentibus, secundas nuptias auspicantibus.*

29 *Maritus, an tutor curatorve uxoris suæ esse queat?*
30 *Maritus, an curator specialis, suæ uxoris esse possit?*
31 *In speciali, eadem militat ratio, quæ in generali.*
32 *Tantum periculi in particulari, quantum in uniuersali imminet.*
33 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*
34 *Lex ubi non distinguit, nos distinguere non debemus.*
35 *Brugensium, atque aliarum Flandriæ ciuitatum consuetudo de curatela mariti & uxoris.*
36 *Consuetudo in his casibus, in quibus lex non disponit, habet uim legis.*
37 *Consuetudo si de aliqua re non reperiatur, tum consuetudinis simile seruabitur.*
38 *Si simile non inueniatur, urbis Romæ consuetudo obseruabitur.*
39 *Consuetudo inueterata, pro lege seruanda est.*
40 *Lex & consuetudo, ex eodem fonte procedunt.*
41 *Lex ab expressa, & scripta populi uoluntate procedit.*
42 *Consuetudo est tacitus populi consensus, & uoluntas rebus & factis declarata.*
43 *Consuetudo ubi est contra legem, uincit legem.*
44 *Consuetudine Flandrensi mater neque tutelam, neque curatelam, sed administrationem duntaxat habet.*
45 *Mater obligatur ex consuetudine Brugensi & aliarum satisdare res mobiles pupillorum atque minorum, quas custodiendas habet saluas fore.*
46 *Mater ex consuetudine gaudet & fruitur usufructu bonorum prolium suarum.*
47 *Mater propter usumfructum astringitur ad necessaria omnia pupillis administranda.*
48 *Cessante usufructu, cessabunt & onera eiusdem causa suscepta.*
49 *Quid iuris competat tutoribus in matrem usufructuariam non administrantem prolibus necessaria secundum ipsarum qualitatem.*
50 *Tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus pupilli præficitur.*
51 *Tutor non dabit dotem sorori pupilli, alio patre natæ.*
52 *Tutor sorori pupilli præstare potest ad uictum necessaria, quum semetipsam sustinere nequeat.*
53 *Si eodem ex patre sit soror, an tum tutori dotem dare ei sorori pupilli*

*pilli liceat.*

54 *Paternum non fraternum, officium est dotare.*

55 *Frater sororem alere obligatur.*

56 *Tutor res pupilli donare nequit.*

57 *Donare est perdere.*

58 *Tutor domini loco habetur, quum fideliter administrat, nequaquam quum pupillum spoliat.*

59 *Tutor in quibusdam casibus potest donare.*

60 *Iudicis authoritas, siue decretum, cuilibet iustam praebet excusationis causam.*

61 *Iudex quicquid fecit, rectè fecisse praesumitur.*

62 *Officium publicum bonae fidei praesumptionem inducit.*

63 *Iudicis autoritas, permissio, siue decretum à pena mulcta seu damno excusat.*

64 *Permissio, iussus, aut decretum iudicis efficit licitum quod alias foret illicitum.*

65 *Consuetudine Ducatus Burgundiae, foemina, ut mater aut auia, tutrix esse potest.*

66 *An mater secundo marito, defuncto, possit esse tutrix pupillorum prioris mariti.*

67 *Paupertas in tutelis suspecta est habenda.*

68 *Electus ut idoneus satisdatione non oneratur.*

69 *Mater potest suorum filiorum esse tutrix, tutela accidentali, non naturali, quae aliis praefertur.*

70 *Mater ad secundas nuptias transiens, an testamenti sui mariti executionem amittat, quae in testamento electa fuerat executrix.*

71 *Modus & forma repertorii conficiendi.*

72 *Causa repertorii conficiendi.*

73 *Quilibet in repertorio conficiendo seruet modum, consuetudinem, & stilum suae patriae.*

74 *A stilo & antiqua practica, non est recedendum.*

75 *Rerum mobilium pupilli ante susceptionem administrationis appreciatio facienda est.*

76 *Appreciatores rerum pupillariũ ac minorum debent (esse ut dictũ) iurati, atque à Senatu magistratu ordinati.*

77 *Causae appreciationis faciendae.*

78 *Consuetudo Gandensis, Brugensis, atque aliarum Flandriae urbiũ,*

*circa uenditiones rerum mobilium pupilli & minoris.*

79 *Vltimo appreciatori & plus offerenti in auctionibus publicis bona addicuntur.*

80 *Ex pecuniis ex uenditione bonorum conflatis, emendi sunt pupillis redditus, aut fundi.*

## CAPVT QVINTVM.

1 VIDENDVM quoque hic est & considerandum. An tutores † & curarores in conficiendo repertorio necessario creditores omnes conuocare obligentur? gl. in uerb. instrumentorum in l. tutores 2. præallegata, quæ loquitur negatiuè. Atque huic opinioni subscribunt nonnulli haudquaquam infimæ authoritatis doctores communiter ibidem. Cy. Bart. atque eorum sequaces, quorum opinionem & ego quoque confector. Secus tamen iudicandum est in hærede. Nam hic ante repertorij confectionem obligatur & astringitur conuocare citareque creditores omnes, quorum interest, ex forma tradita in l.fin. C. de iure deliber. Ratio satis prompta est. Vtpote propter uarias utilitates ex repertorij confectione prouenientes, quas recitat & declarat D. Iason in l. scimus .§. etsi præfatum, in 1. & 2. columnis .C. de iure deliber. Quem ibidem (ne æquò sim prolixior) lectori consulendum commendo. Satis enim arbitratus sum rem ipsam tetigisse & dubiorum explicationes, & loca commonstrasse, ubi eà à iuris interpretibus latè, diffuseque tractata, declarata, & enodata sunt: ita ut his atque huic loco, ex meo tenui ac perpusillo ingeniolo quicquam adijcere, nihil aliud esset quam noctuas mittere Athenas. Hoc loco & alia suboritur quæstio, qua sciscitari & percunctari libet: An mater tutrix esse queat, iureq; filiorum, filiarumq; tutelam assumere posset? Sed huic quæstioni respondendum est, quod certum est ab officio munereve tutelæ quamlibet mulierem, & ita matrem remoueri .l. fœminæ.ff. de tutel. & l. 1. C. quando mulier tut. off. fungi potest, quia id munus mascu-

lorum

lorum est, quod quidē absolute uerū arbitror de iure antiquo uetustiorique ff. & C. Verum si mater ab imperiali splendore, seu à Principe suo specialem filiorum proliumque suarum tutelam postulet & eam impetret d.l. fœminæ, tum confirmari non oportet etiam administrationis decreto à iudice interposito. Nam hoc quidem casu priuilegium principis locum suum præoccupat, legitimis iuribus non obstantibus, seruataque forma tradita in l.2. C. Quando mulier tute.offic. fung. potest. Vbi & rationem istius leges præallegatæ explicant. Nam tutelam inquiunt administrare uirile munus est: † & ultra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est. Iure uerò communi nouissimo & eo authentico ipsa mater, ac auia habilitatæ, & aptæ sunt, ad filiorum tutelam suscipiendam, etiã absque impetratione priuilegii principis, atque eædem omnibus tutoribus legitimis & datiuis (non testamentariis) præferuntur, defuncti enim testatoris uoluntate omnibus præponi uoluit. Authentica † matri & auiæ C. Quando mulier tute. offic. fung. potest. & per tex. unde dicta authentica desumpta est, in authentico de hæredibus ab intestato. §. ex his colla. 9. const. prima: & notat Bart. iura. in l. si quis sub conditione colum. 3. ff. de testa. tutel. distinguens dummodo secundis nuptiis, Senatusconsulti Velleiani præsidio, omnique alio iuris & facti auxilio iisdem competenti renuncient, quæ renunciatio magnæ est efficaciæ omnibus in contractibus mulierum, iuxta Boeriũ, in consuetud. septene Bituricen. titu. de consue. iuris status person. §. 6. in glos. † regulariter mulieri. Vbi etiam inquit, etsi debitor uel creditor pupilli nequeat esse eiusdem tutor, s'm authenticam minoris. C. Qui dare tuto. uel curat. & per tex. unde d. authentica deprompta est, in Authentico, ut ii qui obliga. habere perhib. res mino. §. sed etsi quis colla. 6. const. 2. Ratio est quia tutor oẽs res, oĩaq; pupilli uel minoris instrumenta custodienda habet & si debitor aut creditor pupilli eiusdẽ pupilli tutelã assumeret, facilè posset ĩ sua tut. dolũ aliquẽ struere, & (si uellet) machinari fraudẽ nẽpe solutionũ syngraphas ĩferẽdo, aut crediti chirographas intercipiẽdo, easq; supprimẽdo. In matres uerò, & in auias

talis

talis doli suspitio non cadit. Ideoque & si pupillo plurimum debeant, à tutela tamen suorum pupillornm filiorũ omnino prohiberi non possunt tex. in authent. Ad hæc C. Qñ mul. tut.off.fung.potest & per tex.unde d. authent. deprópta est in authent.ut sine prohib.mat.debi.uel credit. §.finali.col. 7.const.4. Bart.& doct.in d.Authen.Matri & auiæ. Similiter Bar.in d.l.si quis sub cõditione uersi.expedita est glo.q̃ extensioné recipit(& piã quidẽ) per authenticã. Ad hæc iũcta.l.seq.C.Quando mul.tut.off.fung. pôt in filijs naturalibus tantũ,quorum matres etiam non prohibentur esse tutrices,etiãsi eorũ debitrices essent. Neq; huiusmodi tutela matri cõpetens potest ei à patre auferri,quemadmodum notat Baldus in consil. 308. testator, lib. 2.quod tamen Bartolus plurimũ miratur,adeò ut contrariæ opinioni sententiæq; potius adhærere uideatur in l.Miles.§.sexaginta in fin. ff.de a-
7 dulter.† Hæc enim tutela adeò matri efficaciter competit, ut licet ipsa à filij hæreditate, statuto municipali excludatũ, (ut plærumque fit in Italia) nequaquam tamen à tutelæ munere sermoueri potest,sicuti notat Salic.in d.Authenti. matri & auiæ in uers.9 quæro.& ad si.authent. sicut. C. de legit.tute.& D.Alexand.consil.cxxi.uiso statuto. lib. 3. & ita
8 consuluit (ut claret) consil. xvj. † Nec obstat. lex quæ dicit matrem nequaquam habere filios in sua potestate per tex. in §. fœminæ instit. de adopt. & arg. l.penul. ff. ad Tertul-
9 lianum S.C. † Nec ea quæ dicit filiũ patris,non matris familiam sequi.§.primo. institu.de legit.agna.tut.neque ea qua de matris familia dicitur filius l. 1. §.de matris & ibi Bar.ff. ad Silania.quia talis lex exceptioné patitur, cũ mater aut auia tutrix filij aut filiorum est.tex.est sing.cum glossa secundũ Bal.& Philip.Fran.in c.ex parte extra de appell.quem allegat D.Iason in Authent.ex testa.in 5.col.in apostillis ibi.
10 C. de colla.† Sed ex hac quæstione nascitur alia qđ,priori non dissimilis,scilicet, an ne mater bonorum curatrix esse possit?Cui respondendum est,quod sic.Nã si tutrix esse pôt, tutelamq; filiorũ suscipere(uti superius claruit)ita ẽt & filiorum,siue prolium,& eorundem bonorũ curam siue solicitudiné habere poterit,uti notat Bart.post glos. in dicta Auth.

Matri

Matri & auiæ 2.col.& in d.l.si quis sub conditione, col.3.in uerb. quæro an idem sit in cura, & notat. Abb. in d. c. ex parte. Spec. in tit.de curat.§.fin.uersic.sed nunquid. Eiusdē sententiæ & opinionis sunt D. Philip.Dec.ad l.fœminę 18. & 22. numeris ff. de reg. iur.& Bartholomeus à Chassaneo ad cōmentaria in Burgundiæ cōsuetudines,titu. *Des enfans de plusieurs lictz*. §.6.numeris 1.& 2.Et Ang.institu. de legit.patro.tutel.Sed circa hanc matris tutelā aut curatelā du
11 bitatio oriri uidetur,scilicet. † An prædicta oīa locū habere debeāt,si talis mater inhonestam,obscœnā,impudicā, lasciuamq; duxerit uitam,probrosamq; conuersationē, an in quā talis mater tutrix esse debeat,aut tutrix prius effecta per talē imbrobam uitam tutrix esse desinat? Ad quæ respondēdum uī,quod talis mater nullo modo uideatur admittenda,
12 sed admota † prorsus à tutela,ac curatela remouenda,ob id quod in matre libidinosa,& dissoluta omnes pœnæ statuantur,quæ in transeunte ad secunda uota, ut eleganter notat Bart.in l.his solis & ibi Bald.Ang.& Salic.legēdos suadeo. C.de reuo.dona.glos.notat.in Authen. Sacramentum. C. quando mul.tute.off.fungi potest,quam ibi approbant Bar. & Ang.in §.actionū autem,in materia tut.instit.de actio: casus apparet in l.finali.C.quando mul.tut. off. fungi pōt ibi. Sed pudicitiam suam intactam conseruet,tenet Bart.in d.l. Si quis sub conditione,in uersi.quæro mulier quæ transiuit ad secunda uota,quod quidem notandum ait. Nam multa secreta,si essent patefacta,reuelata,ac promulgata, multæ tute
13 læ extinctæ atque exinanitæ essent. † Nec id admirandum, quoniam defuncti memoria ea de causa denigratur eiusdēq; anima,uxoris superstitis propter luxuriam opprobrosamq; uitam contristatur,& ob id uti suspecta atque indigna ad tutelæ curæve munus, remouenda uenit arg.gl.notabilis in l. fideicommisso. C.de fideicom.& in l.sororem C.de his q-
14 bus ut indig.notant Bart.& Doct. in l.licitatio. §.quod † illicitè ff.de publica.quod adeò uerum est, ut nequeat officio tutelæ fungi mater,etiamsi effecta sit tantum unius solius cōcubina dumtaxat.Ita Bal.in Authen. Sacramentum C. Qñ mulier tute.officio fungi pōt. cuius sniæ nō possum non as-

sent

15 ſentire. † Cæterum hic quæri poteſt, an quemadmodũ tutores, curatores, aliæq; ſimiles perſonæ, quæ alienarũ rerũ gubernationẽ aliquando receperunt, tutelæ curæve munus ét inuiti ac repugnantes ſuſcipere coguntur l. 1. §. ſi quis tutor. ff. Quando appel. ſit, & intra quæ temp. cuius ſuperius memi-
16 ni, an ita † inquam eadem pariq; ratione mater & auia ad tutelæ curæve officium aſtringi, cogi, & compelli queant? Sed hic reſpondendum eſt, quod non gloſ. in uerbo permittimus, in d. authẽti. Matri & auiæ & in corpore, unde dicta authen. deſumpta eſt, uerbo permittimus, nõ præcipimus utit, qđ Bar. placet in d. auth. matri & auiæ nu. 8. Et huic quoque ſnīæ ſuffragari uř. l. 2. C. Qñ mul. tut. offi. fun. pōt, ibi. Sane in optione huiuſcemodi nulla cogetur, ſed libera in condões quas præſtituimus uolũtate deſcendat. Aſtipulatur l. ſi. C. qñ mul. offic. tu. fungi poteſt, q̃uis quidã (inquit gloſſa) contrariæ parti adhęrere ſtuduerint. Verùm hic neglectui dare nõ decreui, quod licet mulier cuiuſcunq; debiti obligationiſq; cauſa capi, apprehendi, & incarcerari nequeat l. 1. & in Authentica. Sed hodie C. de offi. diuerſo. iudicũ & in authent. hodie nouo iure C. de cuſto. reo. & per tex. unde præfatę authenticæ deprompt æ ſunt. In authentico ut nulli iudicũ §. neceſſarium colla. 9. conſtitu. 9. l. 2. de exact. tribu. lib. 10. hoc noſtro tamen caſu, ac dictæ authenticæ matri & auiæ,
17 mulier, ut mater † & auia, quodlibet ob debitum muneris tutelæ, curæve ratione contractum, clauſtrorũ tutamini ſubdi, mancipari, & incarcerari poteſt, eo enim caſu ſublatum, extinctum, & annullatum apparet muliebre priuilegium ob renunciationem Authenticæ. Sed hodie beneficium ſub titulo de offi. diuerſo. iudic. C. ſituatum, quam ob rem in tali caſu, inq; tali debito contracto uirorum conditionibus ſubiacet, & nullo muliebri priuilegio gaudere debet, ut mulier, ſed tanquam parens, cui nec renunciatum apparet, quapro-
18 pter opinatur Bart. in D. Authẽt. Matri & auiæ, quod † gauderet bñficio, ne conueniat, niſi inquantum facere pōt, ac bñficijs parentibus & conceſſis & datis. Sed hic aliud dubiũ
19 oritur. † Fieri. n. poteſt ut mater nec ſecũdis nuptijs nec Velleiani præſidio, ſiue auxilio nominatim & ſpecialiter, ſed cõ

fuſè

fusè tantũ & generaliter omni iuris beneficio, auxilio, seu præsidio renunciet. Quæritur an in tali casu illa generalis renunciatio ualeat & effectũ sortiatur? Huius quæstionis haud immemor Bartolus in d. Authẽti. matri & auiæ. qui ait haud necesse esse, ut exprimatur Velleiani beneficiũ. Nã si mulieri cuiuis indulgeatur ac concedatur id beneficii, auxilii, seu ꝓsidii genus, multo magis ipsa mater, quæ & mulier est sub generali quoque renunciatione includi ac comprehendi uidetur. Secundarum uerò nuptiarum mentionem fieri oportere ac exprimi prorsus est necessarium. Nam ad secundas nuptias transeundi potestas, beneficium esse nequaquã meret, sed solummodo quædam facultas. Et ideo illam sub generali renunciatione minimè includi & comprehendi perspicuũ est. Sed eam expressè declarandam esse omnino necessum

20 est, Bartolo teste, in d. Authẽtica. Matri & auiæ. † Ex ꝓdictis igit̃ nunc apertè sequit̃, matrẽ auiamq; tutricẽ uel curatricẽ ad repertorij confectionem itidem astringi §. finali in Authentico, ut sine prohibitio. matri debit. uel credi. colla. 7. cõst. 4. sicuti ipsos tutores & curatores ad id astrictos & obli

21 gatos esse superius latè diffuseq; monstraui. † Neq; omittendũ hic cẽsui. Si mater legitima liberorũ tutela prius suscepta, postea neglecto priori coniugio ad secundas aspirauerit nuptias, tutelam priorem ilico deserere debet, & alium pro se tutorem constituere, & iuridicè ordinare, cui mox antè consummationem secundi coniugii administratæ tutelæ rationẽ reddere debet, & credita prius persoluere. Cui rationi, ac persolutioni etiã secundi futuri mariti bona iure pignoris obnoxia tenentur. l. si mr̃. C. in quib. caus. pig. uel hypo. tacitè cõtrahant̃, quẽ tex. Bal. mirũ in modũ uiduas in uxores ducere uolẽtibus & desiderãtibus cõmẽdat, ne circumueniant̃, fallant̃ & decipiant̃ neve dãna, detrimẽta & incõmoda incurrãt ii & patiant̃. Prædictã hãc sñiam cõformat §. Si ante tutelã, in authẽtico de nupt. colla. 4. cõstit. 1. & ibi Bar. & scribẽtiũ plurimi. Sed hic rursũ alia qõ exurgit. s. An mr̃,

22 si ad † scd̃a trãsierit & aspirauerit cõiugalia uota, an ob ea de iure filii aut filiorum tutelã amittat? hanc ad qõem uerborũ cõpendio utar, ne lectorẽ superuacaneis detineam, potissi-

mum quod ad hanc quæstionem cõducentia paulo superius pro capacitate ingenioli mei clarius, fusiusq; expresserim. Supra enim rogatũ fuit an mater luxuriosè ac impudicè uiuens tutrix esse desinat? Vbi responsum præfatæ quæstioni fuit affirmatiuè iuxta tex.literalẽ & ibi gl.& Doct.C. Quando mulier tuto.offi.fungi potest, ubi haud leui sane brachio Bart.& Baldus cæteris perfectius & absolutius eam quæstionem enodarunt, & declararunt: & tex.unde præalle.authentica deprompta est, in authentico, ut fine prohib.mat.debit. uel credit.§.fin.columna.7.constit.4. Rationem quoque su

23 perioris responsionis affirmatiuæ hanc protulimus, † quippe, quia lex præsumit mulierem seu fœminã matrem secundi uiri, seu mariti gratia primi uiri, seu mariti filiũ, filiosve denudaturam & spoliaturam, quod profectò pupillorum, minorumq; utilitati nõ parum aduersaretur, fraudiq; locus daretur, si id fieri liceret. Atq; huic sententiæ subscribit.l.lex quæ tutores.C.de administr.tuto.uel cura. Astipulatur etiã Bartol.in authentica matri & auiæ 2.in columna, hactenus per sæpe in medium adducta. Verum hanc rationem in parte eandem uim & autoritatem habere non puto, sicut in matre. Matrum enim mollior est & leuior fides ac integritas, citiusq; ad præsentis mariti affectus pertrahitur. Patrum uerò fides est plærumq; integrior, & constantia maior, qui sese non tam facilè ad quosuis uxorios affectus deijciunt. Atque hoc quoque Baldo probatur in l.Pręcibus.C.de impub. & aliis substi. Imò certa quoque naturalis affectionis ratio-

24 ne fulcitur. Pater† enim in quocunque rerum statu fuerit rẽ omnem pensiculatius discutit, & considerat, ideoq; perpetuo utilitati, & commodo suorum filiorum omnium studere & incumbere præsumitur, l.in fideicommissi. §.cum Pollidius. ff.de usur.l.si furioso puber.ff.de cur. furio.nec non.l. filiis matrem.C.de inoffi.testa.Nam si amicus amico bona, utilitatem ac fœlicitatem optet & cupiat, multò magis bona quæq; pater optabit filio aut filiis, l. quidam cum filium. ff.

25 de hære. instit. † Nullus est enim amor seu affectus extraneus, qui paternum uincat animum.l.fin. C. de cura.furio.

26 † Quocirca patrem in filii aut filiorum utilitatem in quauis

etiam

etiam rerum ac fortunarum uicissitudine semper intentũ ac propensum fore, nulli meritò dubitandum erit. Verum has prædictas opiniones non pauci legũ interpretes conati sunt extendere, dilatare, & attribuere, potissimum ad matrẽ con trectantem duntaxat, & celebrantem matrimonii initia, pri mordia, seu sponsalia, nempe Specu. in tit. de tuto. §. nunc dicendum. Baldus in l. Præcibus. C. de impub. & aliis substi tut. & Bart. in Authent. Sacramentum. C. quando mulier tu te. offic. fungi potest, cum aliis innumeris, quorum opinioni
27 sententiæq; ego quoque † libenter assentior & adhæreo. Imò ne à ratione quidem absurda arbitror prædicta omnia itidem habere, & uendicare locum non solum in matre, uerum etiã (quod pace aliorum dixerim) in patre transeunte ad secundas nuptias, nempe quod tunc filiorum filiarumque tutelam plane deperdat non secus quàm mater, quæ ad secundas nuptias transuolat. Huic opinioni assentiunt Bald. in Authentica eisdem. C. de secundis nup. in pen. colum. & in l. fœminæ & ibi Bart. & Baldus. C. eodem tractatu siue titulo. Paulus de Castro. in l. Mater. C. ad Tertul. Alexand. in addit. ad Bart. in d. authentica. Sacramentum. Et Sali. in l. Cum auctoribus. C. qui petant. tut. & Bart. in l. 1. §. Si ue-
28 rò maritus. ff. qui pet. tut. Vt aũt† oĩs dolus, fraus, atque fraudis oĩs occasio tum à patre, tum à matre, ante secundas nuptias maturè præcipiatur apud Flandros, præcipuè apud Brugenses recepto statuto, & publica consuetudinis lege cautum est, ne post mortem alterius cõiugis, parentum superstes sese ad alteras conuertat nuptias, nisi prius omnium bonorum domus suæ mortuariæ diligentem ac debitam collectionẽ fecerit, eam in inuentarium redegerit, idq; magistratui legitimè exhibuerit, ac idipsum iuramẽto prę̨stito probatum, ratum, ac uerum esse, quicquid in eo inuentario scriptum exhibet, iuridicè professus fuerit & cõfirmauerit, ac deinde tutores suis liberis constituerit, eos iuramento per magistratũ adegerit, posteaq; (debitis ac creditis inter sese mutuo collatis, & defalcatis debitis) bipartitionem eorum bonorum debitè peregerit. In qua partitione alteram partem sibi reseruet, alteram partem iuxta statuta filiis suis, aut eorum loco fi

liorum

liorum tutoribus assumptis, & iuratis assignauerit, cũ iis amicè ac legitime transegerit, & pupillorum suorũ bona eis tutãda, atq; amplianda cõmiserit. Hæc inquã oĩa nisi prius esse ɫta parens superstes curauerit, ad alteras nuptias accedere iuridicè prohibetur, idq; sub pœna quinquaginta librarũ Parisiensiũ, & præterea ad pœnã aliã arbitrariã, iuxta circunstãtiarũ oĩum qualitatẽ nisi statuto paruerit. Hic quoq; aliam mouere libet quęstionem nequaquã aspernãdã. An maritus
29 tutor curatorve uxoris suæ † esse queat? Ad q̃ quæstionẽ (ut eã q̃ breuissimè absoluã) respõdẽdũ est de iure destructiuã negatiuãq; partẽ amplectẽdã esse. Atq; hoc ita sentit .l. uirũ.ff. de cur. fu. l. maritus. C. Qui dare tuto. uel curat. & q dari possunt, uel non. Et Imper. in .§. iidem rescripserunt, institut. de excusat. tuto. uel curat. Ratio est promptissima, nam si male rẽ gereret, atq; administraret uir siue maritus,
30 uxor ppmaritalẽ affectionẽ remittere. Libet quoq; † hoc loco recensere aliam quæstiunculã haud infructuosam, quã in medium adfert. D. Angel. in. §. iidem rescripserunt, præallegato, nempe maritus, licet nequeat esse curator generalis suæ uxoris (uti paulò prius commonstratum est) an possit esse specialis curator, & hoc unicam ad causam dum-
31 taxat. Ad quam quæstionem † D. Speculat. in titul. de curat. §. ut autem, in uerb. nunquid uir, affirmatiue respondendum esse censet. Sed D. Salicetus contraria gaudet opinione, quod eadem militat ratio in speciali, quæ & in generali, quapropter nequaquam ad uxoris curam, etiam
32 unius tantum† rei causa, admittendus maritus erit, & allegat. l. Illud .ff. ad. l. Aquilam & ita tantum periculi in particulari, quantum in uniuersali imminet. Idque Ias. & Baldus tenent quod & D. Salicetus approbat per dictam. l.
33 Maritus, C. qui dare tut. possunt, q̃ † indistinctè simpliciter
34 q; loquit̃, & (ut uulgo dici solet) † Lex generaliter loquẽs, generaliter intelligi debet. Et ubi lex nõ distinguit, nos distinguere non debemus, iuxta. l. de precio. ff. de Publicia in rẽ actio, & l. Si uerò. §. de uiro. ff. solut. mat. D. Panor. in c. Solitæ. in ult. notabili, ex̃ de maio. & obe. c. Si Rom. 19. di stin. cũ pluribus iuribus ĩ hac re uulgatissimis. Sed tex. d. in

l. Maritus

l. Maritus ſimpliciter, & abſolutè dicit, Maritus curator uxo
ri creari non poteſt, ergo nec diſtinguendus, ſed ſimpliciter
35 intelligendus. † Adijcere autem diſtinctionem aliquam,
hariolari eſt ad eam legẽ maritus, nõ finire, aut ſtatuere &c.
Brugenſiũ tñ atq; cæterarum Flandriæ ciuitatum cõſuetudi
ne introductum eſt, uxorem dici, ac prorſus haberi ſub ma-
riti cura. Imò nonnunquã, (quod omnium turpiſſimum eſt,
ac quàm maximè indecorum) maritũ ſub uxoris curationẽ,
ac tutelam aliquando, ſubijci, quod fit, ex decreto, ordina-
tioneq; iudicis, cũ cognitione cauſarũ, & marito hoc ipſum
conſentiente, quæ tamẽ lex omnino obſeruanda eſt. Nã Iu-
lianus in l. de quibus. ff. de legibus, de uiribus, ſiue conſuetu
36 dinis effectibus interrogatus, cõſultusq; reſpondit. † Quod
37 conſuetudo in his caſibus in † quibus lex non diſponit, ha-
38 bet † uim legis, & ſi aliqua de re nequaquã reperiatur con-
39 ſuetudo, tum † conſuetudinis ſimile ſeruatur, ſic ut ea res ex
tendatur & cenſeatur ad caſum ſimilem. Porro ſi nec ſimile
inueniatur tunc urbis Romæ cõſuetudo obſeruabitur: inuete
rata enim, longoque uſu recepta, & inolita conſuetudo, non
immeritò pro lege ubique ſeruatur, & recte quidem. Nam
40 tam lex, quàm conſuetudo, eodem † à fonte procedunt,
41 hæc enim à cõſenſu populi, † illa uerò ſcilicet lex, ab expreſ
42 ſa, & ſcripta populi uoluntate conſurgit. † Conſuetudo uerò
legi coniuncta, hoc eſt, tacitus populi & conſenſus, & uolun
tas, cum rebus, & factis declarata, & ſcriptis excepta, dicitur
43 ius moribus conſtitutum. † Vbi uerò conſuetudo eſt, con-
tra legem, (ut in caſu præallegato) tum ea conſuetudo legi
uim infert, & ut ita dicam legem uincit, ſuperior eſt, & ſibi
eam poſtponit. Quocirca habet & uim in ſe, & efficaciã qua
ipſam legem aut interpretetur, aut corrigat. Sed de his obi-
ter plus ſatis, ne currente rota, dum urceum facere tẽto, am
phoram fingat manus. Quiſquis plures deſiderauerit quęſtio
nes, huic loco non ingruentes, is Iuris interpretes, & pręſer
tim ipſum Bartolum, lucernam iuris conſulat quæſo, in Au-
then. Matri & auiæ, Atque in l. Si quis ſub conditione: &
in §. Si ante tutelam præalleg. & Ang. in §. Actionum
autem, ad tutelæ materiã. inſtitut. imperialium lib. 4. quæ

breuitatis gratia nunc prætermitto, ꝙ eas aut huic materiæ minimè necessarias existimauerim: aut ꝙ (ut Tullij uerbis utar) ad huius libri institutum eæ necessariò nequaquã ꝑtineant, neq; .n. in singulis locis, omnia particularia dubia, neque omnes minutias, sed summa tantum, & præcipua, imò ea quæ quã maximè necessaria uibebantur, prosequi, & tractare constitui, quod ipsum candidum lectorẽ semel præ
44 monuisse sufficiat. Ad reliqua pergamus.† Gandensiũ porrò, Brugensium, Hyprensium fœlicissimarum, non & reliquarum ferè Flandriæ ciuitatum iure non scripto, siue consuetudine, longoq; usu approbatum, usurpatum, & obseruatum est, matrem, neque tutelæ, neq; curæ munere unquam fungi posse, sed administrationis officio duntaxat, ideòque eam nec tutricem, nec curatricẽ dici posse. Nam pupillis suis atque minoribus, tutoribus, cõstitutis & curatoribus, cõsul-
45 tũ prius & prouisum esse† oportuit, quibus mater priusquã etiam rerum pupillarium administrationem, ac tuitionem adoriatur, tenetur, scripto tradere, & satisdare, res omnes mobiles pupillorum atque minorum, quas custodiendas ha
46 bet, easq; saluas tueri, † idq; propter prolis, aut proliũ usum fructum quem mater habet, & quo quamdiu uiuit gaudet & fruitur. Neq; hic putandum est, quod mater, usucapione bonorum pupillarium teneatur præcise omnia, etiam minima bona conseruare, satis enim est, quòd præcipua atque capitalia pupillorum ac minorum bona salua & in tuto habeat: Neq; ipsi matri obesse potest ad tã exactã petendã rationẽ, quod eorundem omnium bonorum usumfructum, dũ uictura est habebit. Nam talis omnium bonorum ususfructus ipsi matri, & cõsuetudine, & ex statuto omnino cõuenit ipsam concernit, ipsiq; debetur, gratia quoque tenetur suis
47 sumptibus (nõ solũ ex consuetudine, † sed ẽt ex statutis Flandriensiũ potissimũ Brugensium) ipsis pupillis suis, oĩa suppeditare necessaria, eos educare, eos alere, ad literas, ad honesta studia, aut ad officia mœchanica, prouehere, donec adoleuerint, atq; ꝑ magistratum ex tutela liberati suæ restituti fuerint. Quod quidẽ statutũ intelligendũ est de quouis usufructu, siue is grãdis fuerit, siue exiguus. Postquã autẽ iidẽ

pupilli adoleuerint, liberateq; per magiſtratum donati fue rint,tum mater ipſis omnia bona ipſorum cedere cogitur, & uſufructu priuatur eorum bonorum,quorũ adminiſtratio nẽ hactenus habuit,queq; libellis tutorũ inſcripta fuerũt,& magiſtratui exhibita,nõ curãdo an ea bona ullo caſu, aut au cta,aut diminuta fuerint. Nã ea auctio,aut,diminutio,cedit in lucrũ,aut detrimentum matris,aut tutorũ. Quo circa nec eius augmentationis aut diminutionis ullã rationẽ tradere mater debet. Neq; etiã ulterius pupillis ſuis liberatis, ullũ
48 neceſſariò ſuppeditare cõmodũ aut ſubſidiũ. † Ceſſante.n. commodo uſusfructus,rationi maximè conſentaneum, eſt & per humanũ ceſſare quoq; debere ſarcinã, & ea onera q̃ occaſione eiuſdem uſusfructus prius emerſerãt. Cæterum ſi
49 mater obliuioni tradiderit,† eq; ipſius memoria exciderit. Imò ſi aut uoluntarie,aut ſponte quædã prætermiſerit, ad quæ ob uſus fructus cauſam obligabatur. Nẽpe ſi res pupillo rũ nõ ſaluas tueatur,nec eas integras ſeruet, dũ ad uirilem ætatẽ peruenerit,ſed aut diſſipet,aut perire ſinat. Aut ſi pu pillis grãdiuſculis neceſſaria nõ ſubminiſtrauerit, aut ſup peditauerit,ſm ipſorum opulentiam,& ſm perſonarũ quali tatẽ,ſed potius eoſdem otiari,feriarive permiſerit, nec ſtu dio,nec artificio eos operã dare curauerit,iuxta tutorum,cu ratorum,atque proximorum agnatorum, cognatarumq̃; cõ ſilium,tum in eo caſu tutores curatoresve apprehendere po terunt illum matris aut patris uſufructum,emolumenta, & bona illa pupillorum, minorumve, quibus mater admini ſtratrix aut pater gauiſus fuerant. Aut ſi tutores ad hoc ſum mum,& extremum remedium procedere nolint, poterunt prius patrem aut matrem in eo caſu compellere per iuſtitiã ad ſubminiſtranda ea quibus ipſorum pupilli honeſtè edu centur,alantur,literis imbuantur, aut artibus mechanicis p̃ diſcendis tradantur, iuxta capacitatẽ ingenij ipſorũ.ſ.ut in genioſos,& acres,literis,ac ulterioribus ẽt diſciplinis: tar diores uero ac ſtupidiores, aut mercaturę,aut operi mecha nico,tradãt. Nequid temerè in his tẽtẽt, inuita Minerua ac reluctãte natura,aduerſus quã caſſa reperitur, & inutilis oĩs humana ĩduſtria. Iuxta illud. Tu nihil inuita dices facies ve

Minerua: Defectuosos igitur tales & segnes parentes ipsi Tutores ex suo officio patrẽ aut matrẽ in ius uocabunt, in quo libellũ suarũ querelarũ de parentũ segnitia & curandi negligentia exhibebũt. Iuxta quas querelas, Magistratus parẽtibus pœnas arbitrarias cõstituet, & ad maiorẽ, ac diligentiorẽ solutionẽ,
50 † & seppeditationẽ necessariorũ eos obligabit. Atq; hæc faciendo, tutor ueri parentis uices induit, & suo officio dignè perfungitur, qui nõ rebus duntaxat, sed ẽt moribus, uitæ, & saluti pupilli præficitur. §. Certe, qui test. tut. dari poss. Institutionum Imperaliũ, lib. 1. & l. in copulãdis, C. de nuptijs. Igitur in primis mercedes præceptoribus nõ q̃ minimas poterit, sed honestas & dignas pro facultate patrimonii, atque pro dignitate nataliũ constituet, Imò & nomine pupillorũ, seruis libertisq; ipsorũ, nonnunquã ẽt exteris, (si hoc pupillo expediet) gratuita donaria præstabit, solẽnia munera parentibus cognatisq; mittet. Sed nõ dabit dotẽ sorori pupilli, alio patre natæ etiam si aliter ea nubere non posset. In soluendis etiã attendere debet, ne cui indebitum soluat. Præterea, ne nuptiale munus aliquod matri pu-
51 pilli mittat. Sorori tamẽ, † quæ ad uictum necessaria erunt præstare poterit, potissimũ si absq; his semetipsam sustinere nequeat. Ob hoc tamen ei auctoritatẽ ad donationẽ faciẽdã præstare non poterit. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administrat. & pericu. tuto. uel curat. & uulgata. l. tutor. ẽm dignitatem. §. In soluendis. ff. eodem titu. Nec ijs adiicere per peram arbitror. l. 1. §. 1. ff. de tute. & rat. distrah. Sed quid si eodem ex patre sit soror? An tum tutori dotem dare ei so-
52 rori pupilli non licebit, † apparet principio negatiuam partem, amplectendam, quum dotare uel dotem dare pater-
53 num, non fraternum, sit officium, Iustiniano imperat. aperte liquidoque id attestante, in l. fin. ad medium. C. de dot. promiss. Accedat. l. Neq; mater. C. de iure doti. Ex aduerso uerò, affirmatiua responsio se profert à cõtrariò sensu. l. Tutores C. de administratione tut. Præterea à maiori fra-
54 ter sororem alere obligatur, † ergo multò magis & dotare, cũ dotis causa æquè aut plus fauorabilis sit, ẽm D. Cyn. in l. Nõ omni C. de administ. tuto. uel cura. Ad hæc addes gl.

in uerb.alio patre, in l.Cum plures præalleg.& glos.in uer. paternum, in d.l.fin. Ex quibus apparet prætactã quæstiunculam dubio nõ carere, quam tamen hic inserere uolui, quo cæteris diligentius ea de quæstiuncula cogitandi ansã præ-
55 berẽ.† Certũ.n.est tutorem res pupilli citra maioris cõmodi spẽ certã, aut citra excusabilẽ honestatem (ut dictum est paulò ante) donare non posse, cum tale temerarium donare
56 sit pdere,† ſm uulgat.l. Filius familias.ff.de donationibus.
57 Vnde & tutor Dñi loco habetur, † cum bene, fideliterq; administrat, nequaquã cum pupillum spoliat, teste.l.qui fundum §.si tutor.ff.pro empt.Iacobus Brutriga.& Cynus in l.
58 Non omni.C.de administra.tut. uel cura.† In quibusdam enim casibus potest donare, ut dictum est paulò superius, d.l.plures.§.1.& forte ubi donat, exigitur quod Iudicis decretum intercedat, licet sit res mobilis, quod Vlpiano minimè displicet in l.1.§.Sed nonnullos casus.ff.de tute. & rat.distrah.quod neminem latet uiarum omnium tutissimam esse, auctoritas.n.Iudicis aut decretum, cuilibet iustam præbet excusationis causam, Ita uult.l.3.ff.de eo. qđ met. caus. text. in cano. Qui peccat.xxiij. q.iiij. Adde.l. Iustè possidet.ff. de acqu. uel amitt. poss.l. Pomponius.§.Si iussu.ff. eodem titu. &.l. Qui autore.ff. de regu. iur. Ratio est, qđ
60 † quicquid iudex fecerit, aut decreuerit, id rectè, ritèq; fecisse præsumitur, iuxta.l.2.C.de offic. ciuili.iudic. ponderando text.(ut scribẽtium ferre omnes,) in uerb.quod nõ arbitramur. Atq; his opinionibus non male congruit, quod
61 notanter uoluit Bald.in l.Errore,† nume.2.C. de testamẽ. publicum nempe officium, bonæ fidei præsumptionem sem
62 per inducere,† hinc quoq; patet iudicis auctoritatẽ, licẽtiã decrepitumq; regulariter, & plerumq; suos obsequentes, à pœna mulcta, & dãno excusare.Iudicis.n. licẽtia, iussu aut
63 decreto fit licitum,† ꝙ alioqui fuerat illicitũ.l.Ait prætor. §.pe. iũcta gl.in uer. imputandũ. ff. de minorib. xxv. annis.l.2.§.Cassius.ff.de aq pluuial.arc.l.furti.§. Qui iussũ ꝑtoris.ff. de his q notat. infa.qđ accipies, quũ Iudicis licẽtia aut auctoritas, est ritè, & solẽniter interposita adhibita, ut pote parte uocata.Docet.l.meminerit.C.uñ ui, alias secus,

 argumento

argumento eius quod placuit. l.cum putauit §. Non quæuis ff.de bo. poss. cont.tab. ibi text. Non quæuis exhæredatio submouet filiū à contra.tab.bo.poss.sed quæ rite facta est. Adeo quoque ualida est hæc iudicis licentia, ut in Ducatu
64 Burgundiæ, † Fœmina, ut mater & auia tutrix esse possit, si expediens ei uideatur, capiatq; pupilli tutelam, sed non nisi cum Iudicis auctoritate, cui bona cuncta relinquūtur, & traduntur cum repertorio, cumque cautione sufficiente, red dendi computum, & reliqua, ipsis filiis aut filio, siue filiorū aut filii hæredibus, postquam ad legitimā peruenerint ætatem, iure, statuto, aut cōsuetudine statutam, & ordinatā, nisi tamen pater alio id prouiderit medio. Ita habet textus. §. 6. consuetud. Burgund. in titu. *Des enfans de plusieurs lictz*. Hic alia præterea non leuis momenti quæstio discutienda succu
65 rit. † An mater quæ post secundas celebratas nuptias, ilico eodem secundo marito orbatur, poterit sic orbata secundo marito, prioris matrimonii filiorum suorum in se tutelam re cipere, acceptamq; continuare? Certe in promptu dicendū, ac rñdendū est negatiue. Nam simulatq; mater secundas auspicata fuerat nuptias, tutelæ ab officio prorsus exclusa, & de stituta fuerat. Huic assentitur legum interpres Cynus, ad Authenticam, matri, & auiæ. C. quando mul. offic. tutel. fungi potest. Neque uidendum est, quanto tēpore secundis nuptiis mater ea implicata fuerat, sed tantum an secundas amplexa fuerit: His postquam sese tradidit, statim eodē temporis momento, tutelæ priuilegium nullo modo recuperandum, perdidit: secundum l. Cum uxori. C. quando dies lega. uel fidei commiss. ced. l. si quis. C. de Institutio. & substitut. & ita prædicta locum habent, matre stante, & permanente in uiduitate. Assentit Io. Pet. de Ferra. in sua practica, in forma libelli, quo agitur, ad redden. ratio. tute. in uerbo in suo ulti mo testamēto. Sed si hæc mater post secundas nuptias diuitiis abundet, priori ex matrimonio acquisitis, parētes uerò patrueles seu paterni pauperes sint, & multū inopes. Imò si ob improbā uitā dubiæ suspectæq; fidei appareant, quid iuris tunc erit? Poterit ne eo casu mr̄ opulentior, & probior, reiectis pauperculis, & suspectis propinquis, tutelā suorum li

berorum

berorum assumere? In hoc casu, ego existimo, mrem, & suspectos quoque propinquos deserendos esse, & iudicem posse p quirere aliquos alios uiros probos, & fidos, bonæq; cõscientiæ, ipsisq; eorundem pupillorũ tutelã, & curã committere, tutorem uel curatorem idoneum, congruumq; inquisitionis onere à iudice suscepto, paupertatis, inopiæ, propter suspicionem, dari oportere, Ioan. Fabro, & Christo. Por. testib. in §. 1. institutio. de satisda. tuto. quantum enim ad hanc tutelam
66 assumendam † paupertas omnis semper suspecta habetur, secundum Scribentes loco præallega. qui quidem satisdatione nõ onerat, quum ut idoneus electus sit, iurib. uulgaribus. Attamen si mater idoneam præstiterit cautionem, iurauerit, & promiserit suorum liberorum commodum & emolumentum seruare, damnum, incommodum, ac detrimentum
67 uitare: certe † hoc casu ego, matrem alijs præferendam, & anteponendam esse credo, sic tamen ut suorũ filiorum possit esse tutrix, tutela quippe accidentali, non autẽ naturali, qua alijs præferenda est, iuxta scribentes in d. Authentica, Ma-
68 tri & auiæ, hic quoq; quæri põt, † An mater prædicta secundis implicata nuptiis, & à primo marito electa, ipsius testamẽti executrix, eiusdẽ quoq; testamenti executionẽ, pariter cũ scđis nuptiis amittat, sicut tutelã suorũ liberorũ ea causa amiserat. Ad hanc quæstionem negatiuè respondendum esse censet summus ille Bartolus, in l. à filio. ff. de alimen. & cibar. legat. quem insequi haud dedignatur Baldus, in d. Au-
69 thentica eisdem C. de secundis nupt. † Cæterũ hoc loco p̃terire nolui (tametsi id supra expressum oportuit) formã, & modũ inuẽtarij à tutoribus cõficiẽdi, de quo Bart. & Scrib. meminerunt, in l. tutor. qui repertorium, sæpius atque multoties præalleg. & Specul. in titul. de instrument. edit. §. dicto, & Angelus suo in tractatu inuentarii. Sed magister Nepos de monte Albano, suo in libello fugitiuo. in Rub. quõ tutores & curatores inuentariũ formare debeant, scriptorum omnium apertissimè ostendit, & facillimum modum depingit & formam, quam obseruare omnino consulo, ut quæ, nõ raro à magnis quoque legum doctoribus, apud montẽ Pes-
70 sulanũ probata & obseruata fuit. † Tenor cuius propemodũ

hic est. Quum ob doli maculam euitandam, omnisq; fraudis tollendam suspicionem, & ne pupillorum aut minorũ bona, atq; facultates temporis lapsu dispereant, tutores atq; curatores eorum bonorum occasione, repertorium siue inuentarium conficere obligantur, legitimas secundum sanctiones. Ideo in Dei nomine ego Titius, tutor siue curator Sempronij pupilli uel adulti, filij quondam Marcelli, facto à me propria manu sanctæ crucis signo, legitimũ infra tẽpus, bonorũ facultatũq; nicti Sempronij inuentariũ, hunc in modũ conficere adorior. In primis me reperisse manifesto, in pfati pupilli, uel adulti bonis siue facultatibus, modios tritici 100. uineas 4. molendina. 2. clibanos 3. librarũ 20. grossorũ annuũ redditũ, pecuniæ numeratę 200. grossorũ libras monetę Flãdrię, 18. dolia uini, culcitras 4. linteaminatum paria 6. puluinaria 4. boues 8. equos 3. procellos 12. oues siue uerueces 50 man utergia seu nasitergia, 24. mappas 6. argẽteas amphoras 2. cyphos 6. mensas 2. & quæcunq; de pupilli uel adulti bonis siue facultatibus, mei ad notitiã postmodum peruenerint ea oĩa, atq; singula propalare, recludere, & patefacere solicitabo, huicq; repertorio, ac inuẽtario, manu publica ascribi curabo, & Seiũ tabellionẽ, scribã publicũ rogo obtestorq; p me literarum ignaro, huic inuentario subscribat, signumque suũ apponat. Actũ 6. Calẽ. Maij, anno incarnationis Dñicę. 1563. testes 2. aut 3. scilicet ad minus. Et ego Seius apostolica ac imperiali authoritatibus notarius publicus, à tutore, seu curatore præfato adhibitus, ad eius nomine, locoq; subscribendum huiusmodi inuentario subscripsi, ac signum meum apposui, atq; huius rei negocijve testis interfui, alijs cũ supra dictis. Oẽs res eo noĩe enumerari oportere, claret arg. l. fi. §. sin aũt dubius. C. de iur. delib. atq; l. si quis intra C. de bon. pscrip. nec nõ. l. tut. C. de admi. tut. & l. 3. C. de bon. uacãt. lib. 10. Cõsuetudines tñ Flãdriæ, ac maxime ciuitatis Brugẽsis (quantũ huic cõgruunt proposito) memoratæ sunt à me s. ad qõnem illã. Sub cuius aut sub quorũ psentia ueniat repertoriũ cõficiendũ? ad cuius qõnis respõsionẽ haud dissuadeo recurrendũ. Verũ cũ repertorij forma diuersimodè, & sub di-

71 uersis uerbis, ẽm regionũ uarietatẽ cõcipiatur, † nõ põt certa

ta præscribi forma, sed quilibet suę curiæ seruet morē, con-
72 suetudinē, & † stylum: à stylo enim, & ab antiqua practica nunquam est recedendum. Baldus in. l. Illud per illū text. de excusa. tutor. fa. l. Imperatores in fine, de pollicit. l. 1. §. fin. cum. l. seq. de aq. plu. arcend. & latè de stylo, D. Felinus, c. 2. de rescript. in uerb. stylus curiæ, quē si placet, uide. Nobis uerò consulto eā rem hic paucis utcunq; explicuisse suffi
73 ciat. † Deinde post tale innentarium confectū, & ante administrationis assumptionē, fiet omniū pupilli rerum mobiliū
74 appreciatio, per appreciatores pios, & ad hoc iuratos, quos ad talē appreciationē magistratus assumet, decernet, & depu
75 tabit: † maximè hāc cām, ne ultra inuētarij aut appreciationis expressam summā tutores, curatoresq; obligentur. Secūdò ēt ad ipsorum eorundē bonorum mobiliūm regularē conseruationē. Atq; ex his agendi formis (si iuxta prædictū modum cuncta peragātur) statim innotescit utriusq; partis tam tutoris & curatoris, quàm pupilli ac minoris immensa commoditas, utilitas, & securitas: potissimum tutorum, accuratorum, nēpe qđ post defunctum tutelæ officiū, nullus ab ipsis tutoribus, plura, aut maiora reposcere poterit, quā quæ ipsis
76 iuxta appreciationē sunt cōmissa. † Gandensibus autē Brugēsibus atq; reliquis Flandriæ ciuitatibus, alij mores, aliaq; appreciationis fiendæ consuetudo inoleuit: qua plæraq; mobila, publicè, propalamq; per subhastationē uenundant, atq;
77 hastæ (si hoc loco eo uerbo uti liceat) submittuntur. † In quā subhastatione, ultimo appreciatori, & licitatori plus offeren
78 ti, ea bona traduntur. † Atque tum postea tandem redditus, aut prædia, ex pecunijs huius subhastariæ uēditionis confectis coementur, sicuti tutoribus id pupillorum utilitati expedire uidebitur: & ideo eam pecuniam seruabunt, donec aliquid (quod pupillis profuerit) uænale reperiatur.

## *SVMMARIVM.*

1 *Satisdationi idoneæ tutores, ac curatores obnoxij sunt.*
2 *Satisdationis causa.*
3 *Tutelæ, curæve munus, multis res est admodum amabilis, & plausibilis.*

Prouiden-

4 *Prouidendum, ne tutorum, aut curatorum administratio pupillis, adultisve cedat in perniciem.*

5 *Quantò difficilius peccata præcauentur, tantò intensius eadem sunt obseruanda.*

6 *Cautio idonea, quomodo intelligatur, remissiuè.*

7 *In satisdatione iudicio sisti sufficit iuratoria cautio.*

8 *Satisdatio non recipitur in tutelis, & curarum prouincia, nisi per fideiussores roborata.*

9 *Quot casus, in quibus nequaquam iuratoriæ cautioni statur, remissiue.*

10 *Tutor, si non potest idoneè cauere in suscipienda tutela, non statur eius cautioni iuratoriæ.*

11 *Verbum idoneè cauere intelligitur cum fideiussoribus uel pignoribus.*

12 *Verbum cautio, quando profertur à lege, siue ciuili, siue prætoria, ea debet intelligi cum fideiussore.*

13 *Flandriæ urbium statuta, circa cautiones.*

14 *Mutus in casu potest dari fideiussor.*

15 *Tutores, & curatores testamentarii, ab onere satisdationis eximuntur.*

16 *Patris consilium, firmum, & cordatum.*

17 *Matris consilium nequaquam.*

18 *Tutores, & curatores codicillarii, ab onere satisdandi eximuntur.*

19 *Tutores, & curatores, quos prætor constituit, ob inquisitionem, à satisdatione excusantur.*

20 *Tutores, curatoresque reliqui, nisi satisdederint, quicquid minorum nomine egerint, irritum est.*

21 *Magistratus est, minoribus de tutela, curave per idoneam satisdationem prospicere, alias, damnum in ipsum, in hæredes ipsius & in fideiussores redundat.*

22 *Magistratus, si à tutoribus, curatoribusque legitimis, & datiuis, satisdationem rem minoris saluam fore non exegerit, uel si monitus nō dederit, dareve vltrà quàm iustum est distulerit, quicquid detrimenti minores ipsi patiuntur, magistratus ipse luit.*

23 *Ordo conueniendi magistratum, & tutores.*

24 *Actio subsidiaria quare appelletur.*

25 *Tutores, & curatores quanta habeant oportet, priusquam idonei & soluendo*

*soluendo censeantur?*

26 *Locuples, & pauper quis dicatur?*

27 *Fideiussor Iudicialis oportet ex duobus idoneus sit.*

28 *Fideiussor idoneus facultatibus quis dicatur?*

29 *Tutor & curator ad hoc vt dicantur idonei: quanta habeant oportet?*

30 *Testis, ut dicatur idoneus, quantum habeat necessum est?*

31 *Facilitas conueniendi ex quo attendatur?*

32 *Fideiussor abundans diuitiis, rixosus tamen, an dicatur idoneus?*

33 *Iudex quid debeat considerare.*

34 *Fideiussores eiusmodi: nonnunquam sufficere cuiusmodi dari possunt.*

35 *Intellectus limitatiuus Flandriæ statutorum.*

36 *Moderatio duplex.*

37 *Facultatibus manifestè idoneus, ad nullam satisdationem tenetur.*

38 *An manifestè idoneus teneatur satisdare, ex forma legis, vel statuti?*

39 *Pro forma quando aliquid requiritur, debet forma specifice impleri.*

40 *Scholasticus, si uelit doctorari, debet examinari.*

41 *Manifestè idoneus, fideiussorem dare minimè obligatur.*

42 *Si ex forma statuti teneatur potestas accipere fideiussores idoneos ab accusato, &c. sub certa pœna, excusatur, si eos nō recipit, quia principalis erat idoneus.*

43 *Lex licet requirat tutorem legitimum satisdari, si honesta tamen sit persona, & substantia modica, remittitur ei satisdatio, maximè ubi concurrit pupilli fauor*

44 *Frustratoriis satisdationibus non est utendum.*

45 *Tutor principis difficilè idoneos fideiussores dare potest.*

46 *Humilis conditionis, utpote calcifex, habens 50 censetur diues.*

47 *Nobilis habens quinquaginta, uerè egenus est.*

48 *Testator, si leget centum pauperibus puellis maritandis, tum si aliqua pro dote habens, uiginti in bonis, si tamen personæ qualitas consideretur, erit pauper, an testamenti executor, tuta conscientia poterit illi puellæ legatorum quid subministrare?*

49 *Ex uulgi opinione habetur quis diues, quod allegari, & libello inseri sic debet*

50 *Testis, quando diues aut pauper censendus?*

51 *Paupertas sola insufficiens est, ad quem à testimonio repellendum.*

52 *Paupertas, bene corruptionis suspicionem inducit.*

In

## CAPVT SEXTVM.

1 SVfficienti satisdationi, †et idoneæ Tutores, ac curatores prorsus sunt obnoxii, ne scilicet
2 minorum res, † minus diligenti administratione, aut decrescant, aut in uniuersum dispereant: datis, & cõstitutis fideiussoribus res pupillorum, pupillarumve aut minorum tutiores sunt, & omnia tunc magis salua fore confidendum est, ob cõe periculũ cui simul obnoxii sunt fideiussores, si tutores parũ, diligẽter curent. Et certe quomodocunq; tutores se habeant in administratione, pupillorũ res saluæ erunt datis sufficientibus fideiussoribus.l.1.ff.qui satisda.cogan.l.Cum ostendimus.§. fideiussores.l.pupillus.ff.de fideiuss.tuto.uel curato.l. 1. C.
3 de tuto.uel curato.qui non satisde.† Nã quũ tutelæ, uel curationis munus oblatũ, multis qui suæ curæ cõmissorum bona, impiè cupiunt ad se conuertere res admodũ amabilis, & accessu sit plausibilis, queadmodũ etiã attestatur Imperator Iustinianus, in §.Quoniã autẽ, in authentico, ut hi qui obliga.

se hab.

se hab.perhib.res minor.colla. 6. diligẽter prouidendũ est,
4 ne tutorum uel curatorũ administratio, † pupillis,adultisve
sit damnosa, neve cũ patrimonii diminutione, uel dilapida
5 tione,cedat ullo modo in pupillorũ perniciẽ.† Et quãtò diffi
cilius peccata præcauentur, tantò intentius eadẽ sunt obser-
uanda,teste M.T. Cicerone oratorum principe, in oratione
6 pro Sex.Ros.Amer. † Quomodo autem intelligatur,aut fir
metur cautio idonea, D.Iasonem consule,in l. Iubere caue-
re. 1.in colum. ff.de iur.om.iudi.atq; scribentium plurimos
plenissimè in l.sancimus.C.de uerb.signif.& D.Anto. Cor
7 set.suis in singularibus in litera.C.in uerb.Cautio. † Enim-
uero in reliquis satisdationib.utpote,Iudicio sisti, & id ge-
nus aliis, quãuis satisdatio per iuratoriã cautionẽ perficiatᷓ,
8 sufficiensve fiat,† in tutelis tñ & curatũ prouincia non recipi
tur satisdatio nisi per fideiussores roborata, allegata. l.1. ff.
Qui satisd.cogan. l. Non quasi.ff.Rem pupil.uel adolesc.sal.
fore.l.2. C. de tuto.uel curato.qui nõ satisd.l.suspectum.ff.
9 de suspect.tutor.& curat. † Casus autem reperies (opinor)
num. 14.in quibus nequaquã iuratorię cautioni statur, apud
D.Iasonẽ doctorem. V.I.percelebrem,ad l.1.ff.qui satisda.
10 cogan.quem(si lubet)cõsules.† Et ita tutor si nõ potest ido-
nee cauere,id est, fideiussoria cautione in suscipienda tute-
la,nullo modo standum est eius cautioni iuratoriæ,ſm Iaso.
in l.1.in penulti.colum. C.de procuratorib.& in l.1.5.co-
lum.uersi.8.limita.ff.qui satisdare cogan. quod bifariã infe
rius moderabitur. Et huic loco non male quadrat id quod si
11 gnanter uoluerunt Ang.& † Imol.in l.Prætoriæ.ff.de præ-
tor.stipul. Quando quis tenetur idonee cauere, ꝑꝑ uerbum
Idoneè,tenetur dare uel fideiussores,uel pignora, ut inquit
gl.in l.Si mandato Titii.§.fi.ff.mandat. Videre etiã poteris
D. Bartolũ in l.Diuortio.§.interdum.ff.Solut. matrimon.
12 ubi inquit.† Quando uerbũ cautio profertur à lege, siue ci-
13 uili,siue p̃toria,ea debet ĩtelligi cũ fideiussore.† Atq; ideo
huic legi,& decreto conforma sunt Gandensiũ, Brugensiũ,
Hyprensiũ,atq; aliarũ Flandriæ urbiũ statuta seu ordinatio-
14 nes.Sed rogari posset,† quid iuris esset, Si obligatus dare fi-
deiussorẽ, mutũ dederit,opulẽtũ ac locupletẽ tñ? Satis crede

rem

rem fideiussorem mutum (dum tamē alias sit idoneus) ex facultatibus, & conueniendi facilitate admittendum, præsertim si scribere sciat, seseq́; fideiubere uelle suam perscripturam
15 ram declaret, † licet articulatè loqui nesciat. Et ab hoc satisdationis onere, eximuntur tutores, & curatores, qui testamento sunt dati propter fidem testatoris. Sed hoc intelligendum de testamentariis inquam á patre, non autem á matre datis. l. 1. ad calcem. ff. de confirmand. tuto uel curato. & l. 1. C. eodē titulo. Ratio in promptu est naturalis, quia scilicet
16 patris consilium firmum, † ualidum, ac cordatum censetur,
17 & reputatur, † matris uerò nequaquam. Sed id plerunque mutabile, uarium, inconstans, fragile, leue, secreti incontinens, plenumq́; rimarū (ut Terentianus ille seruus) hac atq; illac perfluens, cui seruit. l. pater. ff. de testa. tutel. & l. fin. d.
18 ff. qui pet. tuto. Quod itidem intelligendum arbitror in tutoribus in codicillis datis. l. Nec militem. ff. de testa. tut. ad quod etiam facit. l. de creationib. C. de episc. aud. Similiter
19 de iis quos prætor constituit, † ob inquisitionem, qua ex plurib. sunt delecti. l. In dubium. l. non omnium. C. de tuto. uel curato. qui non satisde. & in tit. de satisda. tuto. uel cura-
20 to. † Quocirca quotquot sunt uel tutores uel curatores, nisi satisdederint, ut prædictum est, hoc totum, quicquid minorum nomine egerint (quantum hoc minores concernat) irritum erit, & nullo modo ratum habebitur. l. 1. & 2. & l. fi. C. de tuto. uel curato. qui non satisde. Sed quoniam magistra-
21 tus est, † minoribus de tutela curare, per idoneam satisdationem commodè prospicere, si tamen id pro officii sui dignitate minimè sit factum, damnum omne si quo minores ob id patiantur, non secus in ipsum Magistratum, & hæredes ipsius redundabit, quam in fideiussores, si fuerint dati, idq; ex Senatusconsulto Traiano, quo actio subsidiaria eius nomine inducta est, per. l. Quod ad hæredem. ff. de Magist. conuen. & in l. Magistratus. C. eod. tit. Huius rationē sic acci
22 pe: Magistratus municipalis, † aut is cui per superiorem cōmittitur, si á datis tutoribus curatoribusve legitimis atq; datiuis, per satisdationē rem minoris saluam fore, non curauerit, uel si monitus, tutores curatoresq́; legitimis modis non dede-

dederit,aut dare ęquo diutius distulerit & procrastinauerit, quicquid detrimenti minores(quorũ intererat id fieri)interim patiuntur, Magistratus ipse luit.l.1.§.Magistratus.ff.de magistratu conuenien.l.aduersus. C.eod.tit.l. Lucius.2.§.pe.&l.Aemilius dexter.ff.de admini.& peric.tut.& cur.Sa
23 ne ordo conueniendi, † siue actionem intendendi, aut citandi magistratum & tutores,hic ferme erit. Si minores ob non debitè præstitam satisdationem in damnum uenerint, primò ex datis tutoribus curatoribusve conueniendus, hoc est, citandus erit ille,actioq; iuridica intendenda illi, qui tutelam absque satisdatione gessit, deinde conueniendi sunt illi contutores, qui conscii non præstitæ satisdationis dissimularunt,& illum,non ut suspectum traduxerunt,nec in Iustitiã conuocarunt.His omnibus ita cõuentis,& excussis (hoc est eorum bonis per publicam auctionem diuenditis)si necdum pupillis ac minoribus plene satisfiat,conueniendus, ac impetendus tandem erit ipse Magistratus, qui satisdationẽ non exegit,actione subsidiaria,in allegata.l. Aduersus, & l.1.§.usque.ff.de tutel. & ratio.distrah.& d.l.Lucius.§.fi.ff.
24 de admin.tut.uel curat.l. si diuisio.C.de diuid.tut. † Actio subsidiaria hinc appellatur, nempe quod excussis primò tutoribus curatoribusq; collegis, tum etiam fideiussoribus, si qui sint horum dati,sed minus idonei,ita ut minoribus necdum plene sit per ipsos satisfactum, tandem ad magistratũ, seu ad extremum subsidium & compensatorẽ perpessi damni recurrendum sit, ut pupillis ac minoribus plene satisfiat, usque adeò legibus uisum est,interesse reipublicæ:ut res minorum prorsus saluas esse uelint. Pupilli autem, uel tutores uel hæredes ipsi aliquando sunt in damno, uel (ut iuridicè loquar)datur subsidiaria actio minoribus, cæterisq; aliena administratione indigentibus,eorumque hæredibus per Senatusconsultum, & quandoque contutori nõ gerenti qui inscius fuit,satisdationem non esse exactam,aut præstitam aduersus magistratum, obseruato rerum ordine, secundum.l. proponebatur,& l.quod si tutor.ff.de Magistrat.conuenien. & d.l. Aduersus. C.eod.tit. Satisdationem uerò idoneam (quod obiter aduertas)accipimus. Si tutores aut fideiusso-
res

res eo tempore quo constituuntur, aut tutelæ finitæ, sunt sol uendo, sic enim magistratus liberatur, quod si constitutionis tempore soluendo fuisse abnegétur, Magistratus est contrarium ostendere, nisi ipse succumbere uelit iuxta.l. 1.§. Si Magistratus, & §. Sed etsi.ff. de Magistrat.conueniend.l.in Magistratus.C.eod.tract. Hæc partim Io. Ferrarius Montanus, iuis in annot. ad.4.instituti. Imperatoris Iustiniani li-
25 bros, sub tit. de satisf. tut.† uel curat. Sed quãta habeãt oportet priusquam idonei & soluendo censeantur tutores curatoresve? Huic quæstioni perutili antequam faciam satis, operæprecium duxi principio unum quotidianum huic quæstiũculæ haud discõueniens examinare, & discutere utpote quis
26 locuples, & quis pauper dicatur? Ad quorum † cognitioné tibi tria sunt obseruanda. Primò expressos in iure casus. Secundò qũo ad Iudicis arbitrium erit redeundum. Postremò cernendum quibus ex causis, rationibus, iudicijs, aut circunstantijs aliquem esse aut fore idoneum Iudex arbitrabitur. Nam in iis casibus, in quibus lex expressit paupertatem, in ijs stare oportebit. Hoc pacto censuit Bartolu. ad exordium.l. Si constante.2. ad.q. primæ partis.ff.solut. matri. &.l.nonnulli.ff. de accusa.& inscrip. Adde etiam casum.§.
27 Sed nr̃a instit.de succe.liber.† Similiter in fideius.qui uult fideiubere in iudicio, quia fideiussor iudicialis esse oportet, necessumq; est, ut ex duobus idoneus sit, nẽpe ut sit idoneus
28 & facultatib.† & idoneus cõueniendi facilitate.l.2.ff.q sat. cog. Sed idoneum fideiussorem dici facultatibus arbitror, qui tot in bonis habet, quot in fideiussione est, quod quidẽ mihi certissimum apparet, & pleriq; iurium interpretes id etiam fixo pede tenent, eoq; nihil uerius haud uerentur asserere, in .d.l.2. Huic seruit, quod dicit Ludouicus Romanus in l.Fideiussor.ff.qui satisd. cog. Quod fideiussor iudicij debet habere tot bona immobilia, quot ad ualorem cau
29 sæ ascẽdant, pro qua intercedit, † haud dissimile in tutore aut curatore, qui ad hoc, ut dicatur idoneus, oportet tm̃ habeat in bonis, quantum pupillus uel minor.§. Sed & propter paupertatem. Et ibi gl. insti. de excus.tut. uel curat.
30 Similiter, in teste, † qui ad hoc, ut dicatur idoneus, requiritur,

tur, quod habeat tantum in bonis, quantũ est ualor causæ in qua deponit Gl. singularis in §. si uerò absunt, in authētico, de hæred. & falcid. licet nõnullis id posset uideri durũ. Faci
31 litas uerò † conueniendi attenditur, inspiciturq́; loci ratione, ita ut munitissimo in loco aut castro sese fideiussor nõ cõtineat. itē attenditur priuilegii ratione, utpote, ne sit scholaris aut clericus, gl. 1. in l. fideiussor. ff. qui satisda. cogan. Sed hoc loco moueri põt quæstio. An fideiussor datus per tu
32 torē, † curatorē, uel etiam alium quemcunq;, ualde opulentus, diues, opibusq́; plurimum abundans, interim tamē magnopere cauillosus, & rixosus, an hic inquam litigiosus diues, meritò censendus sit idoneus. Bartolus ille eximius, negatiuam partem amplectitur, in l. Si quis stipulatus sit Stichum. ff. de uerbo. obligat. quod adeò uerum est, ut idem D. Ludouicus Roma. multum disertè tenuerit, in l. fi. ff. Si cert. petat. Si principalis sit homo multum rixosus, cauillosus, seu litigio plenus, haud dubiè non est necessaria eius excussio, sed potest recta uia deueniri ad fideiussorem, faciunt notata per Bart. in l. Cum satis, in 1. colum. in fi. C. de agricol. & censit. lib. 2. & text. in l. Si conuenerit in fi. quodq́ue ibi uult notabiliter Bart. ff. pro socio Conclusio alia. Quando non reperitur iure expressum, tum ad Iudicis arbitriũ recurrendũ, ita gl. in uerbo locuples, in Authentica præterea. C. unde uir & uxor, placuit, quæ itidem nequaquã D. Bart. displicuit, in l. Si constante præallegata. Arridet idem & Panor. canonistrarum summo, in c. Si qui testiũ extra de testi-
33 bus. † Aduertendum est. Iudicē debere considerare principio id quod placuit iurisconsultissimo Vlpiano in l. Paupertas. ff. de excus. tuto. & tempor. earum, & Imperatori, in §. Paupertas, institutio. ead. tract. de excusat. tuto. utpote, si sit par oneri iniuncto, dicitur sufficientia habere ad negocium subeundum, ita gl. & doctores in locis præal. approbant. D. Alexand. enim, Iason & Dec. aiunt tutorem, curatoremve oneri iniuncto esse imparē, si minus habeat in bonis quã pupillus, quorum sentētiam & opinionē summe admiror. Nã si id ueritatem saperet, pupillus, aut minor opulentus abundansq́; diuitiis. nunq̃ aut perrarò, tutorē, aut curatorem con

sequeretur. Iudicio enim meo (licet tenui) textus præallegati aliter merentur intelligi, quapropter recurrendũ suadeo ad. l. de creationibus. C. de episc. aud. ponderando textum, illis in uerbis, ad fidem gubernationis siue aliqua satisdatio ne nominatio procedat, &c. & id est arbitrium ẜm personæ qualitatẽ. Nã Principes, Reges, Imperatores, & his aũt dissimiles impuberes, tutoribus, aut puberes curatoribus regunt,
34 † & in ea tutela tales fideiussores sufficere censendi sunt, quales tunc cõmodè dari ac reperiri poterunt. Qui etsi oneri iniuncto sint impares, quoad substantias & facultates, si tñ gubernationis fidẽ habeant, prorsus idonei cẽsendi sunt. Alioqui hmõi Principes, Reges, aut Imperatores, minorennes, tutore curatoreve perpetuò carerent. Huic snĩæ & opinioni subscribit Alberi. de Rosa. in l. de creationib. C. de episc. au
35 dien. † Quocirca nostræ Flãdriæ statuta ergo interpretãda, limitãda, atq; intelligẽda censeo, de cautione sufficienti atque idonea, cum fideiussoribus, ẽt idoneis, sed in aliis q̃ in Principibus, Regibus, Imperatoribus atq; id genus aliis personis illustribus & superillustribus. Vnde D. Iacobinus de S. Georgio, suo in feudorum tractatu, in uerb. Carolus, in principio meminit, cum Dña Blancha Francorũ regina, filii sui regis impuberis Huberti de Bobio tutrix esse desideraret, & adniteretur, fideiussoresq; ad eã rẽ quosdã (quos arbitratur idoneos) dedisset, fuerunt nõnulli qui eã nõ admittendã, sed repellendã esse pro tanto regno gubernãdo, aiebant. Alii, uerò cõtra, eã nequaq̃ ob id repellendã censebant, sed fideiussores, quos dare potuerat, imò quos dederat suffice-
36 re, aliquid quod superius tetigi, absurdum, † sequeretur. Ex opinionibus enim p̃cedentibus posteriorẽ esse potissimã iudico, nẽpe ut q̃ plus æquitatis, & rationis præ se ferat. Sed uti illæ opiniones fœlicius cõcilientur, bifaria moderatione distinguẽdæ sunt. Primò, nisi talis esset notoriè idoneus argumento Authenticæ. Cui relictũm. C. de indict. uiduita. toliend. uersi. Si persona est idonea, & ibi Paul. de Cast. & Iason in l. 1. ff. qui satisda. cogan. & in l. Diuortio. §. inter dũ, uersi. Adde ad idẽ. ff. Solut. matrimoni. facultatibus ma
37 nifestè idoneus, † ad nullã satisdationẽ tenetur. Cæterũ nõ absur-

38 absurdū erit hoc locò discutere,† An is qui ex legis, aut statuti dispositione tenetur satisdare, à satisdatione liberet eo qđ sit facultatibus manifestè seu notoriè idoneus? nẽpe quia est homo ducentarū librarū uel amplius, annui redditus, & undiq; opibus affluens, ita ut sit unus ex præcipuis Braban-
39 tiæ aut Flandriæ.† Apparet principio qđ non, idq; pp certitudinẽ idoneitatis, per immensas opes, quibus abundat. Ratio tñ huic multū aduersatur. Nā quoties aliquid requiritur pro forma, debet ea forma specificè impleri, quāuis ét uideatur in aliquo casu nō necessaria. Ita firmat Bald. subtilis in l. 1. ff. de lib. & posth. facit benè. l. Ad testiū. §. si quis ex testi.
40 ff. de testa. Hinc est, † quod licet quispiam Scolasticus manifestè habeatur, & cognoscatur peritus, si tamẽ uelit doctorari, siue laurea doctoratus insigniri, necessum est ipsum examinari, quū id sit formæ. Bald. in c. cōstitutus. 2. in 1. colū. de appellat. Alia est & ratio, q a licet principalis nunc sit soluendo, potest tamen fieri postea nō soluendo: & quia nostra interest habere plures obligatos, dato quod principalis esset idoneus, ut inquit gl. in l. penult. ff. Nequis eū qui in ius uoca. est ui eximat. His tñ atque similibus nō obstantibus opinatur oppositum D. Ioan. Sainxon, iuris utriusq; consultissimus, necnō practicus summus, suo in cōmento, in cōsuetudines totius Præsidatus Turonensis, titulo, *Des droictz de basse iustice*, articulo uigesimoquarto, nempe quod manifestè ido-
41 neus † fideiussorẽ dare nō teneatur, quod quidẽ sequẽtibus fnndamẽtis cōprobat, cuius opinionẽ sequi ipse nō erubeo. Nā principio pro me, & pro hac opinione facit textus, in l. 1. §. Si magistratus. ff. de magistrat. conueniend. quo notat
42 ibidẽ Baldus, Quod † si ex forma statuti teneatur potestas accipere fideiussores idoneos ab accusato, uel inquisito, sub terra pœna, quod excusatur potestas, si eos nō recepit, quia principalis erat idoneus. Facit item pro hac opinione stabilienda. l. mulier. iuncta gl. C. de iure doti. Deinde huc non immeritò adduci potest. l. Legitimos, in principio, & ibi clarius & expressius Bald. ff. de legit. tuto. Quod licet lex re-
43 quirat, † qđ tutor legitimus teneatur satisdare (ubi tñ concurrit pupilli fauor, quod est plus) si persona honesta sit, ab

onere satisdandi releuatur, remitturq; ei satisdatio, quod exordium, d.l. legitimos, inquit. I.C. Vlpianus maximè procedere, si substantia modica sit. Si autē persona uulgaris, uel minus honesta sit, ibi dicendū est satisdationē locū habere. Huic quoq; seruit. l. 1. uers. aut pp amplissimas facultates. ff. de cust. & exhibit. reor. Est & alia ratio haud aspernanda. s. hæc. Satisdatio p̄statur, ut cautū sit, ergo cessante causa, debet & ipsa satisdatio cessare tritissimo. c. Cū cessante, extra
44 de appel. † iuncto qđ frustratoriis satisdatiōibus siue cautionibus nō est utendū. l. Nō cogendū. ff. de procurat. Secūdo, nisi esset tut. aut cur. principis, nā cū is difficile idoneos fide
45 iussores (principatus respectu) dare poterit, † suffecerit dare tales, quales tut. aut cura. obtinere poterit, s̃m Iacobinū de S. Georg. & Alberic. de Rosat. locis prænarratis. Præterea desumitur idoneitas ex personarum qualitate ac statu personæ. l. Sed etsi susceperit. §. 2. ff. de iudic. qđ quasi sub oculos
46 subiicere lubet. † Nā si q̃s sit humilis cōditionis, nēpe calcifex, habēs 50. censetur diues ac pecuniosus: si uero nobilis,
47 insignis, † præclaraq; familia æditus habēs quinquaginta, pauper, inops, & uere egenus est, iuxta. l. In cōdēnatione. ff. de Reg. iur. Bald. & Philosophiæ, & legū peritissimus, inferebat unū, huic proposito satis quadrās, quæstionēq; quotidianam cōplectens, ad Authenticā Præterea. C. unde uir &
48 uxor. † Si testator leget centū, aut mille pauperibus puellis maritandis, tū si aliqua pro dote habēs 20. in bonis, si tn̄ personæ qualitas cōsideretur & animaduertatur, erit pauper, & & inops. Vtrū testamenti executor tuta saluaq; cōscientia, poterit illi puellæ legatorū quid subministrare, & suppedita
49 re. † Tertio sumit̃ idoneitas, ex cōi hōim ac uulgi opinione sniaq;, quia uulgus hēt talē diuitē & locupletē, qđ & iudex considerare hēt, gl. 1. in l. ubi. C. de iu. dot. allegare. n. & li bello inserere dēs, qđ cōis opi. sic hēt. Sed hic suborit̃ alia
50 q̃stiuncula & frequēs, & amplectēda. † Qn̄ testis aut diues, aut paup. dicēdus, ac cēsendus erit, q̃tæq; diuitiæ in eo requirant? gl. in. §. Si uerò absunt, in uerb. substantiā, in Auth. de her. & fal. Mirabilis ad hoc est, q̃ D. Alex. & recitat, & insequit̃ in Auth. Præterea. C. vñ uir & ux. q̃ ibidē nitit̃ conaturq;

turq́; defendere atque tueri, summi & nominis, & iudicij uir D. Philip. Dec. Qui tametsi eam rationibus uerisimilibus & apparentibus suffulcire nequeat, eã nihilominus insequitur & seruat. Quocirca ego existimo & censeo fm D. Panor. in.c. Si qui testiũ præalleg. hoc pacto esse de iure dicendũ, & resoluendum: sententiam cuius omnino & sequor &
51 approbo, scilicet. † Quod paupertas sola insufficiens est, ad quem à testimonio repellendũ, text. Literalis in.c. Si qui te
52 stium, sæpiusculè præall. cx̃ de † testibus & attesta. licet bñ paupertas corruptionis suspicioné inducat, iuxta. l. 3. ff. de testib. Eã ob rẽ Imperator, in. §. Sãcimus, in Authẽtico, de testib. colla. septima, tria cõsideranda ait, quæ cõpendij grã
53 prætereo. † In Gallia tñ, nempe in Frãciæ regno, nunquã paupertatis exceptioné opponũt, nisi aduersus médicum, uti
54 persæpe audiui, cũ † Aureliæ disciplinæ ciuili nauaré operã. Pauperes tñ, & minus idonei testes interdũ audiédi atq; admittédi sunt, népe in illis casibus, in quibus testes alij cõiter nõ reperiunt, ut probatio Iudici cõstet, ut si de delicto quopiã in lupanari cõmisso, & perpetrato agitetur, uiles, humilesq́; testes admittunt. Si de maleficio, aut crimine in hospitali cõmisso, tũ mendici & id genus alij à testimonio ferẽdo nequaq̃ repellunt. Sed horum plus satis. Nã currente rota dum urceum facere cogito, amphorã finxit manus. Ex prędictis igit decisa est prætacta utcunq; qõ, népe quãta habeant oportet, priusq̃ idonei, & soluédo cẽseant tutor & curator: uidelicet ut sint oneri iniuncto pares, sin minus (ob id quod multũ diues sit pupillus, aut minor) ut fidem gubernationis habeãt, quod quidẽ Iudicis in arbitrio præcipuè consistit &
55 residet. † Porro hic oritur qõ; si idoneus tutor, aut curator in ciuitate nõ reperiatur, an ab in idoneo pupillus, aut adultus gubernãdus sit? Hęc qõ respõsioné desiderat negatiuã, nã tũ ad exteros aut uicinos recurrendũ est, si qñ defuerint ĩ ciuitate, ex qua pupilli adultiuè oriundi sunt qui idonei uideant esse tut. aut cur. l. Diuus Marcus. ff. de tut. & cura. dat. ab his, &. l. 1. §. Si qñ desint. ff. de magist. cõueniẽ. Alia hic
56 quoque † nascitur qõ. s. Si tutor aut curator fideiussoribus caruerit, ac propterea Idoneè satisdare nequierit, idoneo-

rum fideiussorum defectu, lapidéque preciosum fideiussoris loco seu pignori dederit, an ab onere satisdandi excusetur? Hanc.q. sicco pertrāseo pede, atq; eiusdem decisionem desiderantem remitto, ac notata in l. Promissor. §. Constitutio. ff de. constitu. pecu. in. c. cum aliquibus extra de sen. & re iudi. Huic decisioni haud disconueniunt, quæ tradit Boerius suis in Apophthegmatib. in cōsue. Bituri. tit. de cōsuet. retract. §. 4 ubi allegat Bart. in l. quicunq;. C. de fund. patri mo. li. 11 & D. Io. Sainxō uir V. I. cōsultissimus, ac practicus absolutissimus suis i cōmēt. in cōsue. p̄sidatus Turonēsis tit.
57 *Des droictz de basse iustice*, art. 24. Liquido † enim cōstat, imò luce meridiana clarius est lapidis preciosi datione in pignus, quē ab onere satisdādi, statutis nostris Flādricis minime ex cusari, ad quod apertius dilucidiusq; cōmonstrandū, duas, & succinctas, & uulgares rationes in mediū adferre cōstitui.
58 Prior. erit hæc †. Quoniā statuta oīa sunt stricti iuris. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. l. Constitutionib. ff. ad munici
59 pa. ideo arctè strictéq; intelligēda sunt, † atq; casus i eis nō expressi, pro omissis haberi debēt, &. l. quicquid astringen dæ. ff. de uerb. obliga. Si ergo Flādriæ statuta de lapide pre cioso, aut de similibus rebus disposita, ac statuta non existāt, cōsequitur ea ad talē lapidē, aut rem similē extendi, porrigi que nequaquā debere. Sed statuta generaliter loquētia ge-
60 neralē intelligentiā habeāt necessum est, † uulgata. l. de pre cio. ff. de publi. in rem actio. Altera ratio est, Quod nō est nostrum, neq; in nostro arbitrio situm, ut leges, consuetudi
61 nes, aut statuta extēdamus, aut dilatemus, † l. Si uerò. §. de uiro. ff. solut. matrimoni. Idcirco quum nostra Flandriæ statuta habeant uim legis (quemadmodum statuta omnia reliqua) nostrum nequaquam est ea extendere, sed statutorum
62 uerba, † proprijssimè, proutq; iacent intelligenda sunt ma-
63 ximè quum legis, consuetndinis, † aut statuti uerba aperta, dilucida, ac clara sunt, atq; ob id seruāda, neq; ulla extēsiua
64 interpretatio assumenda, † aut alia quæuis, qm̄ non recurritur ad interpretationē, quando sensus est clarus, euidens, & apertus, argumēto. l. Cōtinuus. §. quū ita. ff. de uerb. oblig. Huic seruiūt notata Bart. ad. l. oēs populi 18. in colum. ibi.

Tertio

Tertio quæro. ff. de iustit. & iur. ubi inquit. Statuta interpretationé nō recipere, nisi illius uerba sint obscura, ubi uerò sunt clara, interpretatione nō eget. Sunt igit statutorum Flādriæ uerba satis clara, nec mentionis quicquā faciunt de lapide precioso aut similib. ut omnibus est notissimum, & si de eo intellexissent, haud dubiè eadem expressissent. Et hāc opinionē seruat cōmunis Flādriæ usus, stylus, & praxis. Priusquā autē hoc Cap. absoluā adijcere cōstitui duas quæstio-
65 nes. Quarū prior erit hæc. † An fideiussor de iudicio sisti, duret in causa appellatonis? Hæc qō nō caret dubio, de qua nōnunquā uidi plurimū à multis dubitari, resolutoriè tamē negatiuā tandē amplexi sunt partem. Paulus de Cast. & D. Iason in dicta. l. Fideiussor. §. in fideiussorem. ff. qui satisda.
66 cogant. Posterior qō est. † An fideiussor remaneat obligatus, prorogato termino à creditore? Hanc qōnem cēseo multū singularē, in qua nonnunquā fui cōsultus, eāq; nō infœliciter decidi. Huius igitur resolutionis, unicā & cōpēdiosam pono distinctionē, aut fideiussor obligauit se ad tempus, nēpe ad biennium, & non tenetur post tēpus, fine tēpore elapso. Aut obligauit se purè, sed solutio differtur ad certū tēpus, & tunc remanet fideiussor obligatus, etiam in termino prorogato, eo ignorante. Ratio est, nā nulla facta tēporis prorogatione, tenetur & obligatur fideiussor post tēpus, ueluti & reus principalis, arg. c. cū dilecti de dol. & cōtuma. & in. l. Celsus. ff. de arbit. & ita proprijs in terminis tenet D. Panormitanus, (cuius uestigia nullus nō haud immeritò imitatur, æmulaturq;) in. c. Constitutus, in fine extra de fideiussor. quàm quidem distinctionē ibidē ait esse D. Hostiē. & communiter Doctorum, quæ eidem D. Panormitano nequaquam displicet. Non te pigeat quoque hac in re uidere D. Felin. in. c. de causis, col. uersic. limita. Tertiò, extra de offi. delega. qui de hac re copiosissimè ibidē differit, & permulta allegat, ad quæ, ne Lectorē pluribus hic morer, remitto.

## SVMMARIVM.

1 *Tutores & curatores quid & quomodo iurent.*

2 *Tutoris præcipuū officium est, indefensum nō relinquere pupillum.*

3 *Aliud est iurare, aliud promittere & satisdare.*
4 *Tutor non est, qui pupillum, aut pupilli substantiam negligit.*
5 *Tutelæ suscipiens prouinciam, suscipit & defendendi sarcinam.*
6 *Tutoris qualis habenda est diligentia.*
7 *Tutori alleganti se res alienas, ut proprias, custodire nequiuisse, incumbit probatio.*
8 *Tutoris & pupilli rebus simul periclitantibus, utrius à tutore præseruandæ?*
9 *Vbi certo constat non posse, nisi propriam pecuniam exponere commodo, tum proprium commodum præferre iura non uetant.*
10 *Tutelæ curæve munus, tutoribus curatoribusque non æquum est, & se damnosum.*
11 *Gratificationi ac electioni nonnunquam locus est.*
12 *Arbitrio nonnunquam locus est.*
13 *Tutor, aut curator quando excusatur.*
14 *Bartoli auctoritatem in re dubia sequi, tutius est.*
15 *Bartoli laus.*
16 *Tutoribus aut curatoribus, ex eorum officio sollicitos esse congruit, circa omnes & singulas minorum facultates, & administrationes earundem.*
17 *In tutelæ siue negociorum gestorum utile iudicium, quid ueniat?*
18 *Tutor curatorve ratione sinistræ administrationis, doli, latæ & leuis culpæ reus censetur.*
19 *Tutor aut curator latæ duntaxat culpæ obnoxius cẽsetur in duobus casibus.*
20 *Leuis culpæ ratio, his casibus minimè redditur.*
21 *Pupillorum seu minorum defensores, si per eos donationum conditio neglecta est, rei amissæ priculum præstant.*
22 *Tutor & curator rei censentur, si non faciant, quod muneris ratione efficere obligantur.*
23 *Tutorum curatorumq; hæredes ex lata culpa solum conueniuntur.*
24 *Dolus & culpa, hæredis in persona purgari possunt.*
25 *Tutelæ curæve actiones reciprocæ.*
26 *Tutelæ curæve directa actio, leuissimæ culpæ occasione nõ oritur.*
27 *Tutoris & curatoris munus, non uoluntarium, sed necessarium est.*
28 *Tutoris & curatoris munus necessarium, duplici ratione dicitur.*

*Oblatio*

29 *Oblatio siue præsentatio ad munus tutelæ seu curæ, operatur leuissimam culpam.*

30 *Aduersus ingerentes se, ut creentur tutores aut curatores, adulterina militat suspicio.*

31 *Negligentia latæ culpæ an æquiparetur.*

32 *Quilibet in suo officio diligens, & nequaquam negligens esse debet.*

33 *Negligentia omnis lædit.*

34 *Negligenter se gerens in officio, debet & honore, & administratione priuari.*

35 *Tutor aut curator ratione muneris, quo fungitur, rerum pupilli uel adulti fructus tempore perituros, distrahere obligatur.*

36 *Fructus tempore perituri, (uulgo) appellantur fructus, qui seruando seruari nequeunt.*

37 *Patriæ pupilli uel adulti consuetudo inspicienda.*

38 *Tutor aut curator pupillares debitores ac minorum exigere astringitur, loco & tempore cõgruis, alias damnum ex cessatione prouenies resarcire tenetur.*

39 *Tutoribus & curatoribus, casus fortuitus non ascribitur.*

40 *Tutelæ curæ ve munere finito, tutor aut curator ex tunc periculo eximitur.*

41 *Consilium hoc infœlici sæculo perutile.*

42 *Actui pupillari cũ expedit, auctoritatẽ præstare necessitatur tutor.*

43 *Pupillus suam conditionem potest facere meliorem, etiam sine auctoritate, deteriorem minimè.*

44 *Contractus uno ex latere constantes, secundum practicos, contractus claudicantes appellitantur.*

45 *Pupilli minoris ve fauor.*

46 *Fauor ampliandus, non restringendus.*

47 *Odia restringenda non dilatanda.*

48 *Minor iuramento in contractu apposito, redditur maior.*

49 *Iuramentũ vi aut metu præstitum in contractu, eũ non ualidat.*

50 *Cõtractus an, & quãdo uno ex latere cõsistere siue claudicare queãt remissiuò.*

51 *Tutoris curatoris ve præsentia cum taciturnitate minorum, in actibus, an sufficiat?*

52 *Tutores uel curatores adolescentum, si eorum nomine, scientes calumniosas instituunt actiones, expensas è crumena propria persoluere* com-

*compelluntur.*

53 *Pupillis uel minoribus, si non sufficiat eorum substantia, tunc in id in quo fuerint detrimentum perpessi, in integrum restitutionis auxilium eis superest.*

54 *Expensæ quæ ortæ sunt, ex scienter calumniosa instituta actione, pupillis uel adultis, in reddenda ratione computari nequeunt.*

55 *Prælatus ecclesiæ, ecclesiam indemnem suo proprio patrimonio conseruare obligatur.*

56 *Similitudo inter tutores, curatores, hospitalium rectores, ecclesiæ prælatos, fabricæ magistros, mensæ sancti spiritus prouisores, ac similes piorum locorum administrationem habentes.*

57 *Idem dicendum in procuratore generali, speciale mandatum non habente, ad calumniosam actionem intentandam.*

58 *Sunt qui rixis ac litibus instar panis & uini aluntur.*

59 *Iura quæcunque, & denunciatio euangelica præter pacem desiderant nihil.*

60 *Pupilli, minoris, aut prodigi bona inducta in domum conductam, nũ sint tacitè obligata pro domus pensione?*

## CAPVT SEPTIMVM.

1 Recto † ordine nunc subnectendũ erit Iusiurãdum ipsum, ad quod præstandum tutores, & curatores compellendi sunt. Constituti igitur tutores coram Magistratu conuenient, manum sacro euangelio, aut imagini crucis applicabunt, & conceptis uerbis iurabunt, quod rectè diligẽter, fideliter, & utiliter suam assumptam tutelam gerent, & administrabunt cum summa pupilli, aut minoris utilitate, quodq; res pupillorum promouebunt, ampliabunt, & defendent, cum summa diligentia, ac non minori fide, quàm si res ipsis essent propriæ. Nullaque prætermittere, quæ utilia pupillo, ac minori esse putauerint, neque admittere quæ non utilia esse existimauerit. l. de creationib. C. de episco. audien. Aliud superaddũt nouelli, Cyno teste in. l. Sancimus. 2. §. omnem autem dubitationem. C. de admini. tuto. uel cura. quod obligẽtur cũ satisdatione ꝓmittere pupillum

2 pupillum minoremq; † indefensum nequaq̃ relinquere. Tutoris enim præcipuũ est officium, ne indefensum pupillũ relinquat. l. Tutoris. ff. de administ. & peric. tuto. uel curat. sed Franc. Accur. id sub iuramento p̃misso (q̃d hodie p̃stant) cõ
3 prehẽdi aiebat, q̃d † Dyno displicet quũ aliud sit iurare, aliud promittere & satisdare, quod mẽti tenẽdũ plurimũ. suadet, quo haud paucorũ tutorum, curatorũq; facta & gesta reprobabis inquit. Sed salua pace tãti uiri satis arbitror sub iuramẽto præmisso id cõprehẽdi, sicut Franc. Accursius id cupit itelligi, mõ iuramẽti uerba penitius inspiciant. Tutores .n. defensores sunt, s̃m. §. Tutores instit. de tutel. Et tutela potestatem & defensionem significat. D. Vigilio Zuichemio Phrysio Præsidæ uiro minimè pœnitẽdę eruditionis teste, ad cõmentaria tit. insti. de pupil. substit. † Nõ putemus igitur
4 eũ esse tutorẽ, aut curatorem, qui pupillũ, aut adultũ, uel pupilli aut adulti substantiam negligit, ut uult D. Andr. Alciat, ciuilis scientiæ interpretũ facile princeps, ad. l. Tabernæ ap
5 pellatio. ff. de uerb. signific. † Ex quo .n. tutelæ suscepit prouinciã, suscepit & defendendi sarcinã. Quocirca à tutoribus & curatoribus pupillorũ, adultorũq; eadẽ diligẽtia exigẽda est
6 circa administrationẽ rerũ † pupillariũ & adultorũ, quã paterfa. rebus suis proprijs, ac suis ipsis liberis ex bona fide prębere cognoscit. l. generaliter, & l. A Tutoribus. ff. de admi-
7 nist. & pericul. tuto. † uel cura. Quã ob causam si tutor, aut curator prætexerit atq; allegauerit sese res alienas, sicuti proprias custodire nequiuisse, illi probationis tunc onus, prouinciaq; incũbet, quippe cũ in cõtrariũ militet præsumptio iuxta. l. Tutor s̃m dignitatẽ §. nõ est audiẽdus. ff. de admi-
8 nist. & pericu. tut. † uel cura. Sed hic moueri posset qõ. Quid faciendũ si pupilli ac tutoris, aut adulti & curatoris res pariter periclitent, naufragioq; simul exponant, quæ nec simul nec semel custodiri defendiq; queãt, utrius res atque bona præseruari à tutoribus, aut curatoribus merebunt, aut debebunt? Hæc interrogatio difficultate nõ caret, ut de qua magna apud Doctores multos existit controuersia. Quibusdam (Cyno nẽpe eiusque sequacibus) expressim dicẽtibus, in. l. Quicquid C. Arbit. tute. Tutorẽ curatoremve pupilli, mi-

norisve

noris, e utilitati, cõmodo, atq; emolumẽto debere ſtudere oportere, ſuã tñ ac propriã utilitatẽ præferre debere, alleg. l. uideamus. ff. de in litẽ iurãd. Nec eſt ꝙ quis moueat ſcru pulũ & obijciat ex lege Tutor ſm dignitatẽ. §. Non eſt audiẽdus præallegata, nã is modicam præ ſe fert difficultatẽ,
9 quippe quum loquatur in caſu † dubij, ſed ubi certo liquidoq; conſtaret, non poſſe niſi propriam pecuniã exponere commodo, tum proprium commodum pupilli aut minoris utilitati, atq; cõmodo præferre, haud quaquã iura uetant, neque tutor aut curator hoc caſu, culpæ reus erit, ſi ſuorum bonorũ conſeruationẽ præferat, ſm. l. Quicquid, iam iã præ alleg. q̃ quidẽ hoc pacto intelligũt Doct. haud infimi. Pet. & Cy. disſimili haud quaq̃ modo ijdẽ ſcrib. id ꝙ not. in l. Ti
10 tio quũ eſſet Romę. ff. ad municip. † intelligunt. Ne. ſ. tutelæ curęve munus atq; officiũ tutorib. ipſis aut cura. dãnoſum & detrimentoſum foret, ꝙ profecto fieri ratio ipſa ſtatim reclamat argumento eorũ quæ notãtur ad. l. Si ut certò. §. Plane. ff. cõmoda, cuius opinionis apparet Pet. in. d. l. Quicquid alij aũt aliter reſponſum conciliant. Bar. eñ & ipſius aſtipulatores uolunt ut quoties tutores ac curato. conſpiciunt res pupillorũ, aut adultorum prorſus periclitari, ſic ut & ſuas, & pupillorum res ſimul conſeruare nequeant, ſed alterutrius res neceſſum eſt perire, eo in caſu uolunt quod tutores ac curatores debeant, imò compelli poſſint, ut cuſtodiam bonorum pupillorũ, aut adultorum bonorum propriorum cuſtodiæ præferant & anteponant, quod in. d. l. Tutor ſm dignitatem, ut hæc opinio firmæ rationi innitatur, duas recipit ſm Bart. limitationes, quarũ prior eſt, exceptiua, hoc eſt niſi tutoris, aut curatoris res precioſæ, magnæque æſtimationis fuerint. Pupilli uerò aut minoris res uiles, abiectæ, modicæque æſtimationis, ualoris perexigui, & minimi momenti, tum. n. ei tutori parcendũ erit, ſi ſuarum rerum cuſtodiã
11 præferat. Poſterior eſt, † ubi rerũ pupilli minoriſve, & tut. curatoriſve precia ſunt paria, ibi gratificationi ac electioni locus erit, ut ſi utriuſq; rẽ. ſeruare nequeat, cuius uult tunc
12 ſeruet. Nã tũc eius arbitrio res † cõmittit. l. 3. §. 2. ff. ad Silla. S. C. quæ habet, ꝙ illud durum crudelitatiq; proximum

est dicere, si cũ duobus auxiliũ ferre nõ posset, elegit alteri esse auxilio, electione crimẽ eũ cõtraxisse, &c. Glos. est singularis in l. Si ut certò uer. Proinde in uerbo Saluas. ff. cõmo-
13 dati. Ratio quippe est, † q̃a in re pupillari uel adulti tut. uel curat. seu cõmodatarius excusãt, si eã adhibeat diligẽtiã in re aliena cõseruãda, q̃ quilibet diligẽs paterfa. suis rebus adhiberet. Pro tut. est. l. à tutorib. Pro cõmodatorio est. l. ĩ rebus. ff. cõmodat. Sed q̃libet diligẽs id faceret ergo, &c. Ha-
14 rũ opinionũ posteriorẽ amplectẽdã † cẽseo. Nã tutius sanè fuerit, ĩ re dubia (quẽadmodũ hæc) Bart. auctoritatẽ sequi, cuius ẽt opinio receptior est, qui nihil nõ torquet (quũ fieri
15 haud impossibile est) ad ueritatis callẽ, † hãc itidẽ insecutus est Bartholo. Chasseneus iuriũ doctor, atq; nr̃æ ætatis practicus summus, suis in Cõmẽtarijs, ad Burgũdiæ cõsuetudines §. 5. fol. ccxviij. sub tit. *Des enfans de plusieurs lictz.* Huius materiæ ẽt meminit Boerius, huius tẽpestatis practicus haud inferior, in cõsuetud. Bituricen. titul. de cõsuetud. iur. stat. perso. §. 13. in glos. & sic uĩ, q̃ istẽ tutor est, &c. Idem quo-
16 que tractãt passim alij plures nõ solũ antiq, † sed & ẽt Neoterici scriptores. Præterea tutores & curatores eorũ ex officio maximè solicitos esse cõuenit, circa oẽs & singulas pupillorũ, minorũ, atq; p̃sonarũ similiũ, quæ alienarũ gubernationibus subiiciunt̃, res, facultates, & earũdẽ administrationes. Quãdoquidẽ quicquid tutoris, uel curatoris, uel dolo, uel lata, uel leui culpa, minores amiserint, sic ut quũ possint, aut debeãt, res eorũ nõ acquisierint: hoc in tutelæ siue nego-
17 tiorũ gestorũ utile iudiciũ uenire, † nõ est incerti iuris hoc
18 est, tutores curatoresq; rõe sinistræ, † aut indiligẽtis administrationis, doli, latæ, & leuis culpę rei cẽsendi sunt. l. Tutori. C. de nego. gest. atq; l. Cõtractus. ff. de regul. iur. Non tñ id p̃petuũ est, iuxta notata. D. Bart. in l. Q̃d Nerua. col. pe.
19 in 10. q. ff. depositi. Quo loco, † duos excipit casus, in q̃bus tutor aut curator latę dũtaxat culpæ obnoxius cẽsẽt̃. Primò, si q̃n ĩ exactione noĩum cessasset. l. 2. C. Arbit. tut. l. si tutor ff. de admi. tut. uel cur. Scd̃o si ĩ p̃diorũ empt. captio fuisset. His. n. duob. casib. solũ, lata culpa gestũ, tutor resarciet. Atque hoc pacto statuit. l. Tutor qui repertoriũ. §. Competit. ff.

 de

de administrat. tuto. uel curato. Nam aduersus tutores, curatoresq; tutelæ curæque actio competit, si malè contraxerũt, hoc est, si prædia comparauerint non idonea per sordes aut gratiam. Sed quid dicendum; si neque sordidæ, neque gratiosæ sed tm̃ nõ bonã satis conditionẽ elegerint? rectè hic quis dixerit, solam latam negligentiã, latam dicendam esse culpam (iuxta. l. Magna negligentia. ff. de uerb. significa.) eosque hanc latam culpam præstare in hac parte debere, neque leuis aut latæ culpæ hic damnandi sunt, quum specialẽ tunc censeatur, quandò prædia talia cõparauerint. Ideoq; talis lata culpa uel talis lata negligentia ipsis eo casu oberit. Hanc rationem (etsi misellis cõmunem) haud adducere ueretur summus legum interpres Bart. tritam ad. l. tutor qui repertoriũ. §. Competit. præallegatam. Aliã rationẽ & ego addo, salua aliorum pace, ne summi odij, maximiq; periculi circa prædia, aut id genus alia cõparanda; tutelæ curæve munus censeatur. Nam quocunque modo, & quãtũlibet diligenter tutor curatorq; suo fungerentur officio, citò, & perpetuò fere, & per facile leuis culpæ in eos suspicio & iudicium caderet, ob quæ iuxta illos statim in damnum restitutionis reciderent, qđ contra æquitatis rationem esse nemo non clarè perspicit. Quapropter ob hæc & similia iniqua uitanda, non solũ Iurisconsultis, sed & Imperatoribus ipsis (ut
20 ex supra allegatis claret) receptum est, † leuis culpæ rõem prædictis casibus, minimè reddendam esse, ut & tradit Baldus, in l. Quæ fortuitis, colum. penult. C. de pignora. actio. Ange. Aret. in. §. Actionum colum. xxiiij. institut. de actio. Omniũ apertissimè uulgata in l. Quicquid. C. Arbit. tutel. quod quidẽ sanã recipit (gl. teste) interpretationẽ, in uerb. nõ acquisierint, quippe, quum quærendi conditio existeret. Secus uerò esset, si conditio, occasio, ac quærendi ansa nullo unquam tẽpore oblata fuissent. At huic consentiunt. l. Inde Neratius. §. idem Iulian. l. Si seruum meum. ff. ad. l. Aquil.
21 &. l. Pupillorum. C. de administ. † tuto. uel curat. Pupillorum seu minorum defensores, si per eos donationum conditio neglecta est, rei amissæ periculum præstent, facit in argumentum, quod uoluit. l. Si tutoris. C. eodem tit. Vel usu-

ras ex rè pupillari, aut id genus similia non acquisierint, ſm l. Si ſine hæredc. §. Item reſpondetur. ff. de adminiſt. tuto.
21 uel curato. Igitur prædictorũ tutor & curator† tum demum rei cenſendi ſunt ſi id nõ faciant, ad ꝙ ex muneris atq; officij ſui ratione efficere obligantur. Huic ſeruit. l. Dolus, ff. Mandat. Ratio autem cur in tut. quoq; cõtractu leuis culpæ nomine agi poſſe placuit, eſt: ut ſ. minoribus atque id genus
23 perſonis minimè diſſimilibus,† magis ſuccurratur, adeò ut & tutorũ quoq; & curatorum hæredes, ex hac lata culpa cõueniri poſſint. l. 1. & per uniuerſum titulum. C. de hæredib. tuto. uel curato. Diuerſa aũt nec eſt ſnĩa. l. Curatoris. C. de nego. geſt. l. Ex depoſiti. Similiter. l. ex contractibus. ff. de
24 actio. & obligat. tribus caſibus exceptis,† qui ſub dicta. l. 1. cõprehenduntur. Neq; obſtat, quod durum uideatur: tutorũ curatorũve hæredes leuis culpę obnoxios haberi, quũ dolus atque culpa tutorũ hæredis in perſona purgari debent, quẽ-
25 admodum ẽt notat Bald. in l. Curatoris prædlegata.† Atq; ideò hmõi actiones reciprocæ dantur. ſ. pupillo contra tutorem, & tutori contra pupillum, tranſeuntq; in eorum hæredes tam paſſiuè, quam actiuè. l. 1. §. Hanc actionem &. §. fin. ff. de tutel. & rationib. diſtrah. & per uniuerſum titulũ præallegatum. C. de hæredib. tuto. Quapropter pupillo uel adulto actio directa poſtea cõpetet in tutores accuratores ſuos, &(ſi illi obierint) in ipſorum hæredes actio manet ad talis damni reparationẽ. quod dolo, & lata, uel leui culpa tutorũ,
26 aut curatorum obuenerit. Neque leuis culpæ † prætextu talis actio infringenda fuerit, aut habenda inualida, ſed bene leuiſſimæ culpæ. Gloſſa eſt cerebri in l. Quicquid, in uerb.
27 † leui. & ibi. Cyn. ſcribentiumq́ue plurimi. C. Arbit. tutel. Aſsignanda eſt ratio, quia tutoris atque curatoris officium, nõ uoluntarium, ſed neceſſarium eſt cenſendum. Atque hãc
28 rationẽ cõplectitur. l. Tutori. C. de nego.† geſt. Neceſſarium autem officium tutorum dicitur. Primo in ſubeundo, quia ab inuito plerunque aſſumitur & peragitur, uti ſuperius cõmonſtratum eſt. Secundo neceſſarium dicitur, quia ex quo tutor aut curator tutelæ, curęve ſarcina grauatus eſt; tenetur officio ſuo durante neceſſario omnia atque ſingula,

tutelæ

tutelæ curæve oneri congruentia gerere & administrare, gl. est in d.l. Tutori in uersi. muneris, & Glos. notat. in l. Procurator qui pro euictione in uerb. non releuabitur ad finé. ff. de procurato. Cui seruit. l. Post legatum. §. ad notatum. ff. de his quib. ut indignis. ita Bart. in l. Quod Nerua. ff. deposit. uersi. Quæro quid ueniat in actione tutelæ, &c. Verum istud exceptione gaudet, quippe quum ultro sese offert tutor aut curator ad id munus, oblatio enim isthæc siue præ-
29 sentatio efficit, † ut quis leuissimæ culpæ reus, obnoxiusq; censeatur, l. 1. §. Sæpe, & ibi Bart. ff. deposit. Cui nec dissonum est, c. 2. extra de deposit. ubi Do. Abbas Panormit. Notatur per gl. in l. Contractus. ff. de regul. iur. Meminit Bart. doctor insignis, in d.l. Quod Nerua colum. fi. in uer. 12. quæ
30 ro. ff. deposit. Aduersus illos enim qui uolunt † inijcere uel ingerere seipsos ut creentur tutores aut curatores, sinistra semper & fraudis militat suspicio. l. Scire. §. fi. ff. de tuto. & curato. dat. ab his, quod nec displicuit, imò arrisit Philippo Decio iurisperitorum haud minimo, suis in consiliis, consilio cclxxiiij. in 2. parte. Extremam huic materiæ manũ his imponere constitui, tamen si quis eidem materiæ haud incongruentia plura desideret, nempe quid fraus, dolus, siue uerus, siue præsumptus, culpæ species, quot, quæ atque quales, uidelicet, lata, latior, leuis, leuissima culpa, atque id genus alia, is Bartolum consulat moneo, qui nõ minus pruden ter, quam facunde ea depinxit, in d.l. Quod Nerua. Consulat & Baldum doctorem insignem, in l. Quæ fortuitis. C. de pignora. actio. Consulat & Dominum Andream Alciatum, nostræ tempestatis eximium Doctorem, ad l. Magna negligentia. ff. de uerb. signifi. & ad. l. 1. C. de transactionibus. Cõsulat præterea complures alios uiros & doctos, qui hæc fœliciter tractarunt, quos breuitatis gratia in medium producere nolui. Porro huic materiæ interim obiterq; aliquot quæ
31 stiones prius annectere placuit. Primò an † negligẽtia æquiparanda sit latæ culpæ? Secundo an Tutor uel curator ratione negligentiæ obligetur, sicut obligantur ratione latæ culpæ, uti paulò ante monstratum est. De quibus quæstionibus subtilem Dominum Baldũ uidendũ suadeo, in c. Plerumq; ad fi-

ad finem tertiæ colum.de rescript.ubi uult latæ culpæ negli
gentiam esse comparandam,& pari pœnæ subiectam, ob id
quod rationi consentaneũ sit,& † equitas requirat, unum-
quemq; in suo officio diligentẽ ac nequaq̃ negligentẽ esse
debere,uulgata l.Diuus Marcus ad finẽ ff.de offic.præsi. Et
.si duas. §. Minuere. ff.de excus.tu.& cur.l.Quum plures.
§.Nimiũ.ff.de administ. tuto. & cura.l.Si quos C.de offic.
præfect.præto.†Oriẽt.& Illiri.Præterea negligẽtia omnis
lædit,iuxta tex.in Authẽt.de quæsto.in prin.collat. 7. Nec
prætereunda hic est.l.pe.C.de ann.excep.Hinc ait Iac. Re-
buffi in l.† Purpuræ, de uestibus Holoser.lib.11.C.qđ qui
negligenter se gerit officio debet & honore & administra-
tione priuari d.l.Si quos C.de offic.præfect.Præto.Oriẽt.
& Illiri.A pari ratione,tutor,curatorve negligens atque se
gnis,tutelæ curæ ve ab onere,officio, siue munere uenit pri
uandus,negligentes enim atq; segnes administratores, pu-
pillo,minori atq; id genus personis,prorsus inutiles censen
di sunt,& ꝑpetuò miserabilibus personis,(nẽpe pupillis,mi
noribus,furiosis atq; alijs nequaq̃ absimilibus) incommodi
plus q̃ cõmodi adferẽtes,uti hac nr̃a infœlicissima tẽpestate
sępiuscule est cernere. † Præterea, tut. aut cur. muneris of
ficijq; sui rõne quo fungit̃,rerũ pupilli aut adulti fructus tꝑe
perituros(quos uulgo † appellitant fructus,qui seruãdo ser
uari nequeunt) ea sub æstimatione,qua ad prẹsens cõiter uẽ
duntur in eo loco ubi sunt,distrahere obligatur,quod ni fa-
ceret ipsemet in periculũ ac detrimentũ caderet,debuit em̃
confestim officio suo fungi,l.Tutor qui repertoriũ,§.Si tu
tor cessauerit crebro præall.& l.fin.ff.de administrat. tuto.
uel curat.Cui seruit quod alibi notat Bartolus ille summus
legũ interpres ad l. Iubemus de erogatio.milit. anno.lib.12.
C.contra aduersusq; tutorem,qui post Kalendas Nouẽbris
potari facit per familiam suã uinũ uetus,ut de suo teneat̃ re
sarcire,quia debebat facere bibi uinũ nouũ,quum erogatio
ueteris esset damnosa,ratione cuius pupilllo,minoriq; com
petit actio tutelæ aut curæ directa, aduersus tut.aut cura. in
quorum frnctuũ atq; aliorum † bonorũ non dissimilinm pu
pilli aut adulti alienatione,inspiciẽda oĩno est,patrię pupilli

aut adulti cōsuetudo, per facilè enim ruerent in scopulos pupillorum, aut minorum gubernatores & defensores, ex quibus sese absque damno detrimentoq; extricare, subter fuge-
38 re nequirent. † Debēt præterea tutores ac curatores pupillares, ac minorū debitores, maturè, tēpore, & loco admonere de debitò, illud diligenter exigere, & per iustitiam exoluendum curare. Nam si ob suam negligentiā in exigendo commissam, effecti sunt illi debitores in idonei, & nō soluendo, à tempore susceptæ tutelæ, aut curæ omne damnū quod ex cessatione pupillo, minorve accidit, præstare & resarcire tenetur. l. 2. C. Arbit. tutel. ubi gl. in uerb. Negligentia, interpretatur negligentia, quæ est lata culpa, cui interpretationi subscribunt non pauci. Accedit quoq; dilucida claraq;. l. Si tutor constitutus. ff. de administra. tuto. uel cura. Cæterum si nulla pcedente tut. aut cura. negligentia statim post assum
39 ptam tutelam aut curā casu fortuito † deficiāt, siue desinant debitores esse soluendo & minus idonei, id periculum tutoribus aut curatoribus non erit ascribendum, secundum. l. Etiam contutoris. ff. de administrat. tuto. uel curato. Cui seruit. l. litis. §. Si pecuniæ. ff. de nego. gest. atque. l. Si sine hærede. §. Modestinus priori. ff. de administratio. tuto. uel cu-
40 rato. Quinimo si tutelæ, curæ ve munere finito & † absoluto desierint hi debitores esse soluendo, quos tutor aut curator eius officio durante non exegit, tunc tutor ipse, aut curator ex tunc periculo absoluitur, quod attestatur. l. Quum post mortem in princip. ff. de administrat. tuto. uel curato.
41 Atque ob hæc † cautè ac prudenter hoc infœlici seculo ambulandum est, uidelicet cum personis qui soluendo sint idonei, à quibus tutores aut curatores, citra periculum & damnum debita recipere possint, uulgata. l. Tutor qui repertorium. §. competit. sæpiusculè præallegata. Alioqui ipse tutor aut curator conueniendus esset, modo quo supra commonstratum est, & ad damni reparationem, &c. Necessum etiam
42 est, actui pupillari aut minoris quū † expedit, auctoritatem suam tutorē aut curatorem prǫstare. l. Si tutor pupillo nolit. ff. de auctorit. & consens. tutor. uel curator. ad quam authoritatem tū præstandam per Iudicem, Prætorē, aut Præsidem

cogi

cogi compellique minimè poterit, quia iniquum est, etiam si non expedit pupillo aut minori auctoritatem præstare. Deinde & si expedit, tutelæ aut curæ iudicio, pupillus aut minor hanc iacturam incommodum, & detrimentum consequitur. l. Si tutor pupillo nolit. præallegata. Et Imperator institut. de auctorit. tuto. ad principium, quo quidem in loco rationem annectit ac subiungit. Nam placuit meliorem quidem conditionem licere eis facere etiam sine tutoris aut curatoris auctoritate: deteriorem uerò non aliter, quàm cũ tutoris uel curatoris auctoritate, unde in ijs causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, ac prodeunt: ut in emptionibus, uenditionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, depositis, atque id genus haud dissimilibus: si tutoris aut curatoris auctoritas nõ interueniat, ipsi quidem qui cum his contrahunt, obligantur, at inuicem pupilli, minoresve, non obligantur, nec astringuntur. l. Pupillus. §. Pupillus. ff. de au
44 cto. tuto. & curato. † Ex qua. l. notandum est contra Contractus (quos practici contractus clandicantes appellitant) non nunquã uno ex latere constare exempli causa. Si quis à pupillo aut minori, sine tutoris, aut curatoris auctoritate quid emerit, uno ex latere constat contractus. Nam qui emit obligatus est pupillo aut minori, pupillus uerò aut minorennis non obligatus est emptori l. Iulianus §. Si quis à pupillo. ff.
45 de action. empt. quod speciale est, † Angelo Aretino teste, ad initiũ tituli de auctorita. titu. institut. pupilli, minorisve fauore cui ius cõe in contrarium est, ac repugnat, l. Ratas
46 C. de rescindend. uendit. † qui quidem fauor non restringendus, siue coarctandus, sed ampliandus ac dilatandus perpetuò est, sẽm uulgatam ac tritam iuris pontificij regulam.
47 Odia restringi, † fauores cõuenit ampliari, nisi pactũ seu cõ
48 tractus sint iuramẽto firmati ac muniti. † Nam tum iuramẽtum reddit eum maiorẽ ac firmiorẽ, pulchrè Innocent. in c. 2. de iureiurand. Paul. Castr. cons. ccxvij. incipient. Si non interesset iuramentum, quod quidẽ procedit quando li
49 citè ac sponte præstitũ † fuerit secus si ui aut metu præstitũ extiterit, tum enim minimè confirmat ac ualidat eum cõtractũ, cui ad ponit, sed id iuramẽtũ, per Authẽt. Sacram. pub.

C. Si aduerſ.uendit.reprobatur, nulliusq; eſſe momenti a-
50 pertò ſtatuitur.† An autem & quando contractus uno ex la
tere conſiſtere queat, ſiue claudicare, ad plenum D. Cynus
Doctor inſignis ad l.unicam C.Si ſeruus extero, ſe emiman
da. Sed quæret forte aliquis. An ſufficiãt, ac ualidæ ſatis ſint
51 minorum † actiones, factæ in tutorũ aut curatorum præſen
tia, ſi iſti obticeſcant, & minorum actibus uiua uoce non ob
ſiſtant. Ad hanc quæſtiunculam uarie à iuriſperitis reſpon-
ſum eſſe comperies ut oſtendit D.Bartolus in l.1.§.tutor ſi
inuitus, & in l.Etiã ff.de aucto.tut & curato. Sed reiectis eo
rũ opinionibus ac ſententijs qui affirmatiuæ parti aſſentiũt:
ego eorum opinionem ſequendam atque amplectendam cẽ
ſeo, qui negatiuæ parti adhærent, quorum è numero eſt Do
minus Dynus, trita in regula. Qui tacet, de regu.iur.lib.ſex
to, inquiens licet tutor ſit præſens his rebus quæ per pupil-
lum aguntur, & quamuis ita præſens taceat, ob id tamen nõ
eſt dicendus conſentire in eodem pupilli aut minoris actus,
niſi expreſſe loquatur, & dicat ſibi gratum & ratũ eſſe quic-
quid per minorem agitur aut actum eſt l. 1. §.tutor ſi inui-
tus, & l.2. & l.3.ff. de auctoritat. & conſenſu tuto. & curato.
Neque huic repugnat, (tametſi prima fronte ita appareat)
communis iuris canonici regula. Qui tacet, is conſentire ui-
detur, ſicut expreſſe demonſtrat Dñs Dynus, in præallega-
ta regula, is qui tacet, ad quem breuitatis gratis gratia lecto
rem remitto. Huius Dyni opinioni apertè ſubſcribit D.Bar
tolus in l.1.§.Tutor ſi inuitus, & in C.Etiam præallegatis.
Secus, inquit, ibidem, Mutus tutoris munere fungi quiret,
& auctoritatem conſenſumq; præſtare haud prohiberetur,
cuius contrarium expreſſim ſtatuit l.1.§.Mutus tutor. ff.de
tutel. Quorũ opinioni negatiuè tanq̃ æquiori ac receptiori
prorſus aſtipulor. Inſuper perſpicuũ eſt, tutores uel curato-
res adoleſcentium, ſi nomine pupillorũ uel adultorum ſcien
tes ac uolentes calumnioſas inſtituãt actiones, aut ſi à iuſta
ſententia contra pupillum aut minorẽ lata obſtinatè appel-
lent, eoſdẽ tutores eodẽ nomine condẽnari oportere, quod
ſub nomine & prætextu pupillorum ſuas ſimultates, odia at
que propriã litigandi libidinẽ exercere præſumãtur, ideoq;
&

& expensas à condemnatione è propria crumena & marsu-
pio persoluere compelluntur, atque breuiter omnem iactu-
ram, quæ hoc quoq; pacto oritur, ad tutores, curatores, & fi-
deiussores eorũ, hæredesq; & res eorũ, & ad oẽs quorũ in
causa legitimè interest redundare, legibus sancitum est, imò
si non sufficiat pupillis, uel minoribus eorum substantia, tũc
53 in id in quo fuerint † detrimentum perpessi, in integrum
restitutionis auxilium eis superesse, uulgata l. Properan-
54 dum C. de iudic. † Nec eas pupillis uel adultis in reddenda
rõne cõputare queunt, imò apertò eis prohibitum reperi-
tur, uulgata l. non est ignotum C. de administrat. tutorũ &
curato. Cui nec discordat glosa, in c. placuit, in uerb. cau
55 sæ xvj q. vi. † Quæ tamen qõ extensione gaudet, ut ad Præ
latũ ecclesiæ quoq; ex simili ratione intelligatur, qui eccle-
siã indemnẽ ex suo proprio patrimonio conseruare obliga-
tur, & astringitur, glosa est celebris & ordinaria, in uerb.
suas in d. l. Non est ignotum, cui assentiunt ibidẽ Cyn. Bal.
56 Ang. Salic. & doct. alij multi. † Similiter dicendum arbi-
tror de hospitalium rectoribus, fabricæ magistris, mẽsę san-
cti Spiritus prouisoribus, ac similibus piorũ locorũ admini-
57 strationem habentibus, imò dicẽdum † puto de procurato
re generali, qui speciale mandatũ ad calumniosam actionẽ
intentandam non habuit. Ita singulariter D. Salice. in d. l.
Non est ignotum præallegata, quem insequitur clarissimus
uir D. Nicolaus Eucrardi à Middelburgo, insignis Louaniẽ
sis Academiæ quondam. I. V. Doctor, suo in Topicorum li
bro, in loco, A pupillo ad Rempublicam, folio trigesimono
no. Quæ omnia ac singula momenti quidem plurimum ha
bent, contra tutores, curatores, ecclesiæ prælatos, hospita-
liũ rectores, fabricę magistros, sancti Spiritus prouisores si-
nistros adulterinosq;, qui rixis atq; litibus ꝑpetuis gaudẽt,
& ijsdẽ ita oblectantur, ut sine ijs omnis uita ipsis parum dul
cis uideatur aut suauis. Talemq; uoluptatẽ ex litibus capiũt
(quas plerunq; cũ alienis pecunijs ac sumptibus instituunt)
ut ex ijs quodãmodo uiuãt, & si suis litibus diffidant aut cõ
trariã sñiam metuant, summis meroribus sese macerẽt, aut
duram mortem sibi ex ijs plerumque contrahant. Sed quid

istis quæso hominibus misellis infulsius? quid deploratius? aut quid magis impiũ: Nã iura omnia, & naturalia, & gentiũ, & ciuilia seu cæsarea, & canonica siue pontificia, similiter sa
59 crosancta Euangelia, nihil præter pacem, † nihil præter animorum, mentiumq; amicam tranquillitatem crepant, & prę cipiunt, quapropter eos fatuos, uesanosq; arbitror, qui rixã saluti suæ anteponant, quales sunt quorum iamiam memini
60 mus. † A superioribus nõ extranea erit hæc quæstio. An pupillorũ, minorũ, aut etiam prodigorum bona delata in conductam aliquam domum, tacitè obligata sint pro domus pensione? Pro huius quæstionis elucidatione animaduertendũ, Quod res quæ alienari nequit (quia prohibita est alienatio) nõ põt expresse obligari pignori, cum subalienationis nomine etiã pignoris obligatio haud dubiè cõtineatur, uti placuit Imperatori Iustiniano in singulari ac notabili. l. Sancimus. C. de reb. alie. non alienand. Ex qua nonnulli colligere uolunt, quod si pupillus, minor, aut prodigus, autore tutore, aut curatore domũ conduxit, & in eã pupillus, minor uel prodigus res suas intulerit, quod tunc res illæ tacitè obligatæ non erunt. Nã sicut expressa obligatio nõ uidetur posse ualere in rebus istius pupilli, minoris aut prodigi, ita nec ualebit obligatio tacita, s̃m l. 1. §. ultimo & l. sequent. ff. de reb. eod. qui sub tutel. uel cura. sunt. Sed tamen contrarium istius sustineri potest. Quia sicut per authoritatem tutoris aut curatoris cum adiuncto iudicis decreto, pupillorum minorũ, uel prodigorum res alienari permittuntur. l. 1. C. de præd. & aliis rebus minor. nec non. l. Lex quę tutores. C. de administrat. tut. Ita quoque uidetur, quod auctoritate legis (l. Item. ff. de pact.) tales res alienari possint. Quia tacitè pupilli ac similiũ personarum res obligari possunt, Præterea si aliquando autoritas solius iudicis sufficiat, ut. l. Bonorũ. C. qui admit. ad bo. pos. possunt. multò fortius uidebitur, quod ipsius legis auctoritas sufficiet. Præterea quia prædictus pupillus, ac minor in prædicto facto usus est non iure pupilli, sed minoris, sed iure maioris uel iure communi, ob id non uidetur iuuandus quin ipsius bona ita alienari possint, & per tutoris auctoritatẽ defendi non possint. l. ultima. C. de in integ. restit. minor.

nor. Sed prior opinio communiter à multis approbatur, tametsi Dñm Rofredum posteriorem opinionē magis approbasse compererim. Nam ex sola inductione siue potius ex sola illatione, rem suam obligare pupillus non potuit, qui eandem rē prius simpliciter, & per se obligare nō potuit. l. Obligatione generali. ff. de pigno. & hypote.

## SVMMARIVM.

1 *Prodigorum ubique terrarum magnus est numerus.*

2 *Pupillorum minorum, prodigorum eadem est ratio.*

3 *Prodigi definitiones.*

4 *Prodigus ex factis, non ex uerbis, censebitur.*

5 *Quæ requirantur, ut quis prodigus habeatur?*

6 *Testificatio de animi qualitate fieri debet per actus exteriores.*

7 *Curatoris datione aliquis prodigus uel furiosus probatur.*

8 *Prodigus quando à foro seu iudicio arcendus.*

9 *Prodigus ante iudicis interdictionem contrahere, obligare se ac sua potest, antequàm ei expresse interdictio à iudice fiat.*

10 *Non est facile recedendum à uulgata, communique Doctorum opinione.*

11 *Prodigo bonorum administratio per iudicem interdicitur.*

12 *Auctoritate legis fit interdictio.*

13 *Prodigi ante interdictionem an ualeat donatio?*

14. 19 *Prodigus notus licet ante interdictionē, contrahere alienareq; possit, læsus tamen restitutionem petere poterit.*

15 *Prodigi curator per restitutionem reuocare & infringere poterit, quod inutiliter antea fecit prodigus aut male peregit.*

16 *Lex actum prodigi ante interdictionem ratū habet, tametsi postea subsequatur interdictio.*

17 *Testamentum à prodigo conditum ante bonorum interdictionē, ualet.*

18 *Notoriè prodigus ante interdictionem contrahere potest.*

20 *An præconaria iudicis interdictio sufficiat, ne quis cum prodigo contrahat.*

21 *Prodigus ex maleficio obligatur ut quiuis alii.*

22 *Vitium uitio coniunctum, maleficium non excusat.*

23 *Alienatio quando prohibita est, fauore alienatis, tunc alienatio quæ*

fit deliquendo, non est prohibita.

24 Iudex si interdicat alicui tanquam prodigo administrationem qui in ueritate non est prodigus, talis interdictio indistincte non ualet.

25 Tutoris uel curatoris datio est nulla, si causa ex qua dati sunt non subsistat.

26 An prodigus resipiscens, ipso iure, à bonorum interdictione & cura absoluatur.

27 Prodigus cui fuit bonis interdictum, si postea ad Magistratum aut ad ciuitatis decurionem assumatur, per talem assumptionem aut honorem non extinguitur bonorum interdictio.

28 Commissarii Comitis Flandriæ, in renouatione senatus omnia agunt cum sufficiente examinatione.

29 Prodigus si post bonorum interdictionem cum aliquo contrahat & iuramento interposito, iuret se contractum seruaturum nunquid ratione interpositi iuramenti, ualebit contractus?

30 Iuramentum interdicti non ualet nec tenet.

31 Iuramentum debet habere tres comites.

32 Prodigus discretione caret.

33 Venire contra superioris præceptum, est peccatum mortale.

34 Iurans super contractu prohibito, iurat obseruare quod est peccatum mortale.

35 Prodigi personam lex inhabilitat.

36 Minorum contractibus lex non resistit, sicut prodigorum.

37 Mulieri non est prohibitum uendere, sed ipsa alienatio, hoc est, dominii translatio, à iure bene est prohibita.

38 Lex aut statutum quoties prohibet aliquem contrahere, uel aliquid facere, ille hoc faciendo, & super hoc iurando non obligatur.

39 Prodigus contrahens & iurans cum auctoritate sui curatoris, obligatur secundum quosdam.

40 Statuta Flandrica, si quando curator prodigo contrahere consentit.

41 Prodigus contrahens cũ iuramento & auctoritate iudicis obligatur.

42 Prodigus non potest uendere, etiam cum iuramento interposito.

43 Iuramentum prohibiti contrahere non ualidat contractum.

44 Prodigi censentur insensati.

45 Cum prodigo tractantes quomodo fallantur financiarii.

46 Prodigus in ecclesia non est eligendus.

47 Prodigi electio, ecclesiæ multum est perniciosa.

Prælati

48 *Prælati ecclesiarum quales instituì debeant.*
49 *Prælatus negotiorum secularium peritia carens repelli potest.*
50 *Prodigus testari non potest, nec testis ad testamentum adhiberi.*
51 *Prodigus inter liberos testari potest.*
52 *Prodigus acquirere potest, obligari non potest.*
53 *Prodigus debet citari, quando iudex ei uult dare curatorem.*
54 *Declarare aliquem prodigium res est magni præiudicii.*
55 *In actu præiudiciali debet pars ipsa citari, alioqui actus esset inualidus.*
56 *Prodigus furioso æquiparatur, quantum ad curatoris dationem & administrationem.*
57 *Prodigo etiam recusanti curator dari potest.*
58 *Furioso quemadmodum substitui potest, ita etiam prodigo.*
59 *Prodigus nequit administrationis interdictionem, aut curatoris dationem impedire.*
60 *Vbicunque absenti incumbit sui defensio, ibi eiusdem necessaria est citatio.*
61 *Quando sumus in notorio, in quo nulla defensio potest competere reo, tunc non requiritur citatio partis.*
62 *Furiosi ad prodigum æquiparatio procedit quantum ad hoc, ne prodigus faciat deteriorem eius conditionem*
63 *Prodigus declaratus non censetur capite diminutus neque condemnatus.*
64 *Prodigus iudicio uulgi uilis persona censetur.*
65 *Sententia lata à principe qua aliquem declarat prodigum sine citatione caret robore.*
66 *Citatio est introducta de iure diuino.*
67 *Princeps ex certa scientia & de plenitudine potestatis, nequit procedere ad sententiam, sine partis citatione.*
68 *Princeps potest procedere ad sententiam, sine citatione ex causa apparenti, uel expressa.*
69 *Consuetudo quæ non est cum ratione, & æquitate coniuncta, prorsus est inualida.*
70 *Mulieri nimium sumptuose uiuenti, Curator dandus est, & bonis interdicendum.*
71 *Viuere in luxu, uel luxuriose, quis dicatur.*
72 *Taxantur luxus & prodigalitas mulierum nostri sæculi.*

Qui

## CAPVT OCTAVVM.

DE prodigis eadem est quæ de pupillis & minoribus ratio, sic ut quæcunque de pupillis atque minoribus ante commemorauimus,
1 eadem quoque prodigorum curatelæ facilè attribui, & † applicari possint, quorum, Brabantia, Flandria, Hamnonia, Arthesia, Hollandia, Zelandia, alijsque in regionibus similibus (quod deplorandũ est) magnus est numerus. Germani enim sunt, & in plerisque nõ
2 solum iurisconsultorum, † sed etiam & Imperatorum testimonio, pupillus, minor, prodigus, & generaliter omnes, qui curatorum adminiculo, patrocinioque reguntur, æquiparãtũr, queàdmodum ad oculũ cernere est apud Vlpianũ notabili ac uulgatissima in l. Fulcinius. §. Adeò & seq. quodque ibidẽ Alex. Imol. adnotare haud ꝑtermisit. ff. Quib. ex caus. in poss. eatur. Idẽ in l. Qui neq; ibiq;. D. Bal. ff. de reb. eo. q sub tut. uel cur. sunt. Quibus accõmodabit Imꝑatoris Iustiniani l. Properãdum. §. fi. C. de iudic. atq; apertò & pulchrè in authẽtica minoris debitor, ad finẽ C. Qui dare tuto. uel curat. Nec nõ in corpore, unde de Authentica deprõpta est, in Authẽtico, ut hi qui obliga. se hab. perhib. res minor. §. Sed & si quis. colla 6. cõstitu. 2. Porro quis ꝓdigus dicatˀ, ipse Cicero 2. offi. lib. apertè expressit, ubi ait. Prodigi sunt q epulis & uiscerationibus, & gladiatorũ muneribus, ludorũ uenationũq; apparatu pecunias ꝓfundũt, in eas res quarũ memoriã aut breuem, aut nullã oĩo sint relicturi, ꝓter morem

tamen

tamen hoc in libello ad obseruatum. Et certe prodigus est,
3 qui non † obseruat uel tépus, uel finem, uel rationem expé
sarum, sed bona sua inutiliter dissipat, & dilacerãdo profun-
dit, cui descriptioni uerbotenus subscribit Vlpianus in l. Ad
exordiũ. ff. de curat. furio. Vel qui expẽdit plura q̃ ferant fa
cultates suæ, idq; sine causa & necessitate, ut implicitè asti-
pulatur imperator Iustinianus in §. Cum uero Deo ambiles
Episcopi uersic. Nam si nõ aliquis ferret libẽter eũ qui ultra
substantiã suã expendit. &c. in Authentico ut determina. sit
nu. cleri. ibi Angel. notat illum textum. Qũo debeãt forma-
ri positiones ad probandum aliquẽ esse prodigum. Cuius di
scriptionẽ statui in præsentiarũ (quantum huic proposito cõ
ducere uidebitur) explicatius distinguere & tradere, népe
4 ut † prodigus dicatur ex factis operibusq;, & nequaq̃ ex ser
monibus siue elocutionibus dinoscatur, sicuti id quoq; notã
dũ ait eximius iuristarum antistes Bart. ad l. his qui. §. Di-
uus. ff. de tut. & cura. dat. ab his. Qui quidẽ textus sic habet.
Qđ Diuus Pius matris querelã de filijs prodigis admisit, ut
curatorẽ accipiãt in hæc uerba: Nõ est nouũ quosdã & si mẽ
tis suæ uidebuntur ex sermonibus cõpotes esse, tñ sic tracta-
re bona ad se pertinẽtia, ut nisi subueniatur his, deducãtur
in egestatẽ, eligendus itaq; erit, qui eos cõsilio regat. Nã æ-
quũ est prospicere nos etiã eis qui quo ad bona ipsorũ perti
net furiosum faciunt exitũ, cõcordat glos. in uerb. tuto. & cu
rato. ibi. & interdum maiori furioso uel prodigo. in Cle. de
Religio. domi. c. Quia cõtingit. uer. illi ẽt. Exteriora indicãt
5 Iteriora. † Sed hic dispiciẽdũ est, quæ nã potissimũ requirã
tur, ad hoc ut quis prodigus habeat, & ex eo in curatelã con
ijciat. Principio igit requiritur ut affines, cõiuncti, & ꝓpinꝗ
qui illũ pro prodigo habeãt D. Ang. in. §. Itẽ furiosi. instit.
Quib. nõ est permiss. facer. testa. Verùm hic nõ sufficit simꝑ
plex cognatorũ iudiciũ, & assertio, sed præterea requirit, ut
ijdẽ ipsi testesve certã rõnem & cãm ꝓdigalitatis assignẽt.
Népe quod eũ uiderint sua bona quotidie dilapidãtẽ, abligu
rientem & profundentẽ fusius, q̃ ipsius facultates perferãt, ut
inquit excellentissimus D. Bald. ad. l. ubi adhuc col. antepe-
6 nult. † C. de iur. dot. Hinc est quod quandocunq; de qua-

dam

dam animi qualitate quęritur aut interrogatur testis, is testificari debet per actus exteriores, quos uidit alias eius testimonium leuis censebitur momenti, quod D. Bart. iuris ciuilis interpretatori acutissimo placuit in l. Is qui. in §. Diuus
7 præal. Secũdo † aliquis prodigus aut furiosus cõstituitur, per dationem alicuius Curatoris, sic enim pro decreto præsumitur, quemadmodũ Bald. Ang. Salic. eorũq; sequaces, notant
8 ad. l. Cum te. C. de prob. † Cæterũ quod prodigus arceatur à iudicio & foro, id sane intelligendũ tunc est, quando ipsi bonis à iudice esset interdictũ. Si uero non esset bonis ei interdictum à iudice, posset iudicio interesse, quemadmodũ tunc ẽt contrahere & alienare posset. Est enim approbata &
9 cõmunis doctorũ opinio: Illum † qui palam, certo & manifeste sit prodigus, cõtrahere, obligare se, suaq; alienare, posse antequã sibi expresse bonorum interdictio à iudice fiat ſm gl. primam in l. Is cui bonis. ff. de uerborum obligat. & gl. in uerb. lege in l. 1. in principio. ff. de curat. furio. & hoc tenẽt. Bart. Bald. Ang. Paul. Cast. Ludo. Roma. Ioã. Imol. & Ang.
10 Aret. dicentes † hanc opinionem esse seruãdã in practica & foro, quum non sit facile recedendũ à uulgata, & cõmuni doctorum opinione Vlpiano test. in l. unica uersi. & sane crebrior apud ueteres opinio est. ff. de offic. quæsto. & hac pro opinione firmanda, est text. in l. Si curatorem habens, in uersic. cui à prætore, curatore dato, bonis interdictũ est. C. de in integ. restitu. minor 25. annis. Accedit his. l. Sed si unius permissu. §. filiofamilias ibi curator à prætore constituatur. ff. de iniur. Atque. l. Certi condictio. §. quoniã, in fine, ibi cui postea bonis interdictum est. ff. si cert. petat. Ex quibus
11 probatur, † Prodigo bonorum administrationẽ, per iudicẽ interdici, ergo priusquã illa interdictio fiat, bona sua administrare, & de his, ut uelit, & pro suo arbitrio disponere poterit. Nec his refragatur qđ ab ipsa lege interdicatur administratio prodigo, & qđ ita bonis ei censeatur interdictũ, ẽt si iudex nõ interdicat, quemadmodũ placuit. l. 1. ff. de curat. fur. in principio habenti: lege duodecim tabularum prodigo interdicitᷣ bonorũ suorũ administratio. Nec nõ. l. Is cui. lege ff. de test. & qui test. facer. pos. Ad has enim leges respõdendum.

dum est secundũ Doctores, & gl. in præallegata. l. 1. ff. de curat. furio. quod quum dicit tex. lege interdicitur, hoc dictũ
12 non † simpliciter intelligendum est, quasi lex per se statim quibusuis rerũ suarũ profusoribus administrationẽ interdicat, sed hoc intelligendũ est sic. Lege interdicit, hoc est, lege, siue authoritate legis declaratur, siue fieri debet, ut per Iudicẽ fiat interdictio ipsis prodigis, nempe ut per talẽ interdictionem factã, postea ipsorũ prodigalitas coerceatur, & incipiant esse frugi, qui prius fuerant prodigi. Atq; hanc interpretationem cõfirmant leges aliæ, paulò ante citatæ, quæ expresse uolunt prodigo debere fieri bonorũ interdictionem à iudice, quæ si aliter intelligerentur, ex diametro pugnarẽt cum d. l. 1. ff. de curat. furio. Potest adhuc & alio modo cõciliari d. l. prima si dicatur, scilicet, quod imò non refragetur, uerum suffragatur potius opinioni nostræ. Dicit enim ibi in principio text. Quod prodigis. l. duodecim tab. interdicitur bonis. Et postea subdit, sed solent hodie prætores, uel præsides eis dare curatores, exemplo furiosi & sic text. in illis uerbis. Sed hodie innuit mutatum esse illud, quod olim cauebatur lege duodecim tab. quare opinionem nostram solidat & cõfirmat, quam etiam tenet eximius ille Iason de Maino in
13 præallegata. l. Is cui bonis, † qui refert inter cætera Bald. cõsuluisse. Quid si prodigus ante bonorum interdictionem, alicui omnes suas possessiones, prædia, agros, uillas, & arcẽs dederit, deniq; totum ac uniuersum suũ patrimoniũ, nunquid ualeat ista donatio? Et primo dicit uideri, quod non ualeat. Nam quis omnium magis prodigus esse possit, q̃ is qui omnem suam substantiam alteri inconsultè donando dissipat & & profundit. Contrarium tamen secundum eum concludit Bald. uidelicet, quod talis donatio omnium bonorũ ualere debeat, si tempore donationis, nondum illi bonis à iudice fuisset interdictum, modo tamen fraus, & dolus tali donatio
14 ni non interuenissent. Ad hoc † tamen unũ est obseruandũ, qđ licet notorius & manifeste prodigus, ante interdictionẽ factã à iudice, possit cõtrahere & alienare, tñ poterit prodigus in integrũ restitutionẽ petere, de bonis alienatis ante interdictionem, si reperiatur grauiter læsus, & deceptus, ſm glos-

gloss. notabilem in l. Patri pro filio, in principio in uerb. interdici. ff. de minorib. ubi uult gloss. Quod curator prodigi
15 per restitutioně in integrū,† poterit reuocare, & infringere omne id quod inutiliter antea fecit prodigus. Ita. n. consuluit Bald. & notat Ludo. Roma. in singularib. suis, singulari 223. qui tñ dicit illā gloss. loqui de prodigo minore. Nihilominus si tñ prodigus maior allegaret iustā suæ læsionis & deceptionis caussam, esset eo quidem casu in integrum restituendus, alias uerò minimè l. 7. & l. Nec non §. Quod eis ff. Ex quibus caus. maior xxv. ann. integ. restitut. Sed Ang. Aret. & Ias. contra in d. l. Is cui lege bonis. Mouetur. n. Ias.
16 hac rōe,† quod lex (ut dicit) habet ratum omnem actū prodigi ante interdictionem factum, licet postea subsequatur
17 interdictio. l. Is cui bonis,† ubi testamentum à prodigo conditum ante interdictioně bonorum ualet. ff. de testa. Et cōmunis omnium pene Doctorū conclusio est, Notoriè prodi-
18 gum ante interdictionem † posse contrahere, & idcirco cū eo contrahentes per auctoritatem legis decipi non debent, l. 1. in fine C. de his qui ueni. æta. impet. Fatetur tñ Iason, magnam esse Bal. & Ludo. Rom. auctoritatě. Fredericus tñ Schenck ex Baronibus de Tautenburch. iurisconf. nequaquā penitendus, atque sacræ Cæsareæ maiestatis consiliarius, & libellorum magister in senatu curiæ supra modū meritissimus, suo in libello, cui Triadis foren. titu. pfixit, æqui
19 tate motus arbitratur tali prodigo † per restitut. in integr. uel contrac. rescissionem subueniendum esse, si ex contractu enormiter esset læsus, & ultra dimidium iusti precii fraudatus: nō. n. uidet (inquit) quare huic succurrere non debeat beneficiū l. 2. C. de rescind. uend. cuius opinioně ego quoq; laudo, approbo, & plane sectandam censeo, ut quæ æquitati sit maximè consentanea. Porrò hic alia suboritur non inutilis qō. Nempe, si iudex per præconem, nuncium, ostiarium,
20 aut per (uulgo uocant) Amannum,† publicet, & interdicat, nequis cum tali, ac tali ullo modo contrahere tentet ac præsumat. An eo uidelicet in casu, satis efficax esset interdictione prodigus contrahere posset & quæ contractum ipsius dirimeret: ad hanc quæstionem fere Doctores omnes respondent

dent affirmatiuè, nēpe si iudex id præcepisset præuia causæ cognitione, sicuti apertò cōmonstrat l. Obseruare.ff.de cura. furio.ad prædicta est argumentum in l.uerò procuratori §.Sed & si quis.& ibi Bart.ff. de solut.ſm Iasonem,ubi su-
21 pra.Sed hic obseruandū est, † prodigum teneri obligariq; semper ex maleficio, sicuti quiuis alius, atq; eundem ideò delinquētē, tā pœna corporali, q̄ pecuniaria puniri deberi. Itaq; prædicta sibi locum dumtaxat uendicant in contractibus & nequaquā in delictis siue maleficijs, prout not. Ang. ad d.l.(iā sæpius allegatam,)Fulcinius.§. Adeo circa finē, Tale.n.posset esse prodigi commissum, ut ob id ēt ad mortem condemnari possit,quia uitium uitio coniunctum, ma-
22 leficium minimè excusat,†sed magis aggrauat.D.Bald.Doctorum subtilissimo teste, in l. furiosum, ad finem C. Qui test. facer.poss.& Paul.Cast.ad sæpiusculè præalleg.l.Is cui bonis: traditq; ibidem Alex.Imol.colum. 4. Nam qñ alie-
23 natio prohibita est,† fauore alienantis, (ut est in prodigo) tunc alienatio quæ fit delinquendo non prohibita, quia ob delictum, fauorem perdit & amittit, iuxta notata D.Bart. ad.l. Si quis in tantam colum. 3. uersi. Quæro an Dominus C.unde ui, Videndus etiam D.Iasōn loco supra alleg. Et inter cætera ubi cōcludit Iason memorabili cū glos. Quod si
24 iudex interdicat alicui tanquā † prodigo administrationē, qui in ueritate non est prodigus,talis interdictio indistinctè non ualet, & glos.1.in l. Si putas. & ibi Cynus C.de petit. hæred.& gloss.super uerb. Palā,ad finem,in l.2. & ibi Cy. C.quando prouoca.non est necess.& Angel. Imol.& Alex. in d.l.Is cui bonis & Io.Fa.in §. furiosi instit.de curat. per
25 tex.in l.fere.& in l.Tutor † si petitus.ff. de tut.uel cur.dat. ab his, ubi datio tut. uel cur.est nulla, si causa ex qua dati
26 sunt,† non subsistit,Sed hic rursum quæri posset. Si prodigus in curatela constitutus,postea tandē frugi uir fiat, atquē ad sanos mores reuersus resipiscat,an eo casu ab eodē tollatur bonorum interdictio, & curatela sub qua prius positus fuerat.Huic satisfacit D.Bar.uir toto orbe celebratiss.atque affirmatiuam partem amplectitur per d.l.1.ff. de cura. furio.ibi.Quod si euenerit ipso iure desinunt esse in potestate

curator. modo tamen sit notorium eum sanos ad mores rediisse, alioqui requireretur sententia iudicis declaratoria. De consuetudine tñ, nec non statuto nonnullarum urbium Flandriæ, nêpe Gandensis, Brugensis, Hyprensis, ac similiũ indistinctè ac semper sñia declaratoria utuntur iudices, quã tuncunque ẽt quis ad sanissimos rediisset mores, antequam bonorum interdictio tollatur, & cura sub qua est positus. Nã queadmodum dñs iudex ei prodigo adminis. prius interdixit, ita ipsi denuo eandẽ concedat oportet, ob testificationem proborum uirorũ, qui ipsum frugi factum esse cõprobent, iuxta tritissimam. l. Nihil tam naturale est. ff. de re. iur. & c. 1. extra eod. titu. de reg. iur. quod securitate quoq;
17 minimè uacat. Alia quoq; hic qõ moueri posset, † scilicet. Si aliquis prodigus, cui fuit bonis interdictum, postea ad magistratũ & reipublicæ gubernationẽ administrationẽque assumatur, uel ciuitatis decurio efficiatur, an per talẽ assumptionem, & promotionem ad honorem liberetur ab omni interdictione, ac curatela, quasi illa pub. offi. per se satis testentur, ac comprobent ipsum frugi factum, & ad probãdos rediisse mores. Nã si per commissarios dignus & idoneus censeatur, ad administra. bonorum pubilicorum, multò magis dignus censendus erit, qui suas priuatas administret opes. Ad hanc quæstionem respondent negatiue, quod per talẽ officio. promotionem nullo modo soluatur à bonorũ administrat. interdictione, neque curatela liberet, argumento l. 1. ad finem C. Qui & aduers. quos integ. restit. nõ postul. ubi D. Bart. eum text. ad hoc notat, dicitque se de facto ita uidisse: Contrarium tñ in præclarissimis Gandauo, Brugis, Hypris, nec non alijs Flandriæ ciuitatibus, undique tñ statutis, ordinationibus, consuetudinibus, atque comitũ, ducũ, principum, regum & imperatorum priuilegiis adornatis & munitis, usurpari nullus ibit inficias. Cuius quidem consuetudinis rectitudinem, firmitatẽ, robur, aut infirmitatẽ, siue imbecillitatẽ perscrutari, sciscitarique hoc loco nolui, ne rixatoribus litium uiam aperirem aut saltem ansam occasionemque & litigandi & calumniandi illis præberem, quãdoquidẽ humana natura sui ex natura, ad ea summè prona, procliuisque

procliuisq; existat. Excusari tamen dicta l. & Bartoli sententia poterunt, si cuiuis persuasum fuerit, quod res est. Nempe prodigos per dicta publica officia satis esse purgatos & probatos de resipiscentia certa, ideoq; ab interdicto, & curatela liberatos, ob id quod nobiles uiri, Commissarij Comitis
28 † Flandriæ nullos ad talia publica munia assumere cēsentur nisi præcognitos, fidelibus testimonijs cōprobatos, & ad talia officia dignos, & maximè habitos idoneos, sicuti ipsorum quoq; habet à principe accepta commissio quā quātum pos
29 sent diligentissimè perficere iurarunt. † Cęterū occurrit & alia hæc qō. Si prodigus post bonorum interdictionē cū aliquo cōtrahat, & iuramēto interposito, iuret se contractū seruaturum an rōne interpositi iuramēti ualebit cōtractus? Hęc qō ex communi doctorum conclusione negatiuam responsionem desiderat, sicuti meminit eximius D. Iason, qui eam responsionē negatiuā quinq; præcipuis rōnibus cōfirmat, atque argumentū in contrariū soluit sicuti uidere licebit per eum in d. l. Is cui bonis, uersic. Tertio quærit Bart. An pro-
30 digus, &c. ff. de uerb. obligat. † Iuramentū enim interdicti non ualet, nec tenet. prout perpulchre Bald. ad l. 1. ff. de cur. fur. ad l. qui habet ff. de tutel. atque per Barto. in præal. l. Is cui bonis hac in materia. Quando iuramentum pariat aliq̄ actionem uel obligationem de iure canonico uel ciuili, uide bis in l. 1. de oper. libert. nec non per Barto. in l. Si quis pro eo. in principio ff. de fideiussorib. per Inno. & doctores canonistas, in c. Nouit. de iudic. In contrarium tamen est, decisio Capel. Tholosa. ccccxcviij. & ibi latius ī additione. Et ut nō nulla recenseā: Eximius Bart. in d. l. Is cui. ff. de uerb. obliga, utrāq; partē & constructiuā, & destructiuā disputādo discussit, sic tamē ut tandē negatiuā partem potius amplectatur, & cum Iaco. de Arena dicat prodigum nō arceri seu teneri adobseruātiam iuramēti, quū ei bonis sit interdictū:
31 iuramentū eñ non necessitat, nec aliquē cogit, nisi in se cōtineat iustitiā, ueritatem & discretionem seu iudicū ut in c.
32 Animaduertendū, xxij. q. ij. & in c. † Et si Christus extra de iureiurand. Sed prodigus non dicitur habere discretionem seu iudicium l. 3. ff. de cura. furio. ergo nec obligat̄ ad obser-

uantiā iuramenti: & ſic ait Bart.reſpondiſſe quendā ualentē canoniſtā. Itaq; ſe cōſuluiſſe ibidē aſſerit idē Bart. ratione & argumento ſequentibus. Quum talis actus ſit prodigo in-
33 terdictus,† & prohibitus p ſuperiorem. Sed uenire contra præceptum ſuperioris,eſt peccatum mortale. Qui.n.nō obe dierit principi, morte moriat.c.2.extra de maior. & obed. intelligiturq; principi ſiue eccleſiaſtico,ſiue ſeculari, ut ubi
34 notat. Prodigus ergo qui iurat † ſuper cōtractu prohibito, iurat obſeruare,q̄ eſt peccatum mortale, ideoq; ad eius ob ſeruantiā nō aſtringitur,cui ēt conſentit text.ſingularis, in
35 Autentica. Quod eis. Et ibi notatur. C.de nupt. †& c. Non eſt obligatoriū.de reg.iur.lib.ſexto.lex.n. prodigi per ſonā inhabilitat. Cum his ēt conuenit quod non notatur in c.licet.in ultima gl.de iureiurand. Nec obſtat uulgata autenti-
36 ca. Sacramenta puberum C. Si aduerſ.† uendit.quia lex nō reſiſtit contractibus minorum,ſicut prodigiorum. Quia mi nori eſt factū præceptū ne contrahat,licet lex eius cōtractui nō aſſiſtat. Nā contrahendo non facit contra legis pręceptū. Idem in c. Cum contingat extra de iureiurando , &c. licet.
37 eod.tit.lib.6. Atque ob hanc † rōem mulieri non eſt prohibitum uendere,ſed ipſa alienatio , hoc eſt dominii tranſlatio,à iure bene eſt ꝓhibita. Et rōe haud diſſimili adſtruit idem D.Bart. in.d.l.is cui.ff.de uerbor.obligati. Quotiens
38 lex aut ſtatutū prohibet aliquē contrahere, † uel aliquid fa cere,ille hoc faciendo,& ſuper hoc iurando , nō obligatur, fatetur tamen quod imponetur ſic iuranti pœna,rōe iuramē ti temerarii, quod ait ſignandum & notandum. Quam quidem Bartoli opinionē. Ang. Aret. doctor excellentiſſimus ſuper.d.§. Item prodigus inſtit.quibus non eſt permiſſum fa
39 cere teſta.cenſet † intelligendā. Si ſolus iuraſſet. Si enim contraxiſſet prodigus & iuraſſet cum auctoritate,& conſenſu ſui curatoris,tum firmiter ualeret cōtractus,& p iuramen
40 tū † interpoſitū ipſe obligaretur . Verum contrarium ſeruatur in noſtra Flandria , ubi per ſtatuta confirmata non permittitur prodigo interdicto cum conſenſu Curatoris ſui aut contrahere , aut iurare , idque ob crebra pericula , quæ ex eo ſæpe orta ſunt, ut prodigi per exiguum lucellum , & cō-

modum aliquod, Curatores suos, aut nimiũ faciles, aut nimiũ auaros callidè corrupuerint, & ab iis consensum impetrauerint cũ summo suorũ prodigiorũ detrimento, qui talẽ consensum nacti statim sua ab alienare, & abligurire cœperunt. His atq; similibus periculis, & malis, statuta Flandrica repagulum, & hanc cautelam obiectam esse uoluerunt, ut
41 Curatoribus.s.talẽ consensum præriperent † & inualidũ cẽserent. Verũ enimuero prodigus si cõtraxisset & iurasset cũ decreto siue auctoritate supremorũ curatorũ, hoc est, Senatorum siue Iudiciũ, haud dubiè obligaretur, quod quidẽ decretum iudex seu iudices interponunt, præuia causæ cognitione, quo casu dolus ab esse præsumitur, propter iudicis decretum, facitq; cessare omnẽ fraudis ac doli præsumptionẽ. Paul. Cast. in cõsi. clxxv. & Bart. in l. 1. de prędi. curia. Similiter & actionem de dolo, metus, & pleraq; alia Bart. in l. 1. C. de p̄di. decur. lib. 10. & i l. frater à fratre. ff. de cõdict. in debit. Præsumitq; semp decretũ interpositũ, ex iusta causa, & soléniter Bald. & Alex. uiri p̄ cũcta egregij in l. fin. C. de p̄di. minor. & per eundẽ. D. Baldũ in l. Quæcunq;. §. fin. de
42 publicia. Et sic prodigus non põt quicquã † uendere ẽt cum suo iuramento interposito (nisi forte modo dumtaxat iam iam præscripto de consensu magistratus) uti dicit Iacob. But. in l. habet. ff. de tutel. quem refert, & sequitur D. Bal
43 dus in l. Sciens. ff. eod. titul. † de tutel. Quia iuramentum prohibiti contrahere, non ualidat contractum, ut in l. Cum quis decedens, in §. Titiæ. ff. de lega. 3. & l. Qui testamentũ ff. de prob. Idem habet & tenet Bart. in d. l. Is cui bonis. Addi potest & alia ratio, scilicet, quia prodigorum nullus est
44 sensus, † ut in l. mutum § 1. ibiq; glos. & Bald. ff. de acqui. hæredit. ideoq; taliũ prodigiorũ actus omnes forenses, meritò irriti sunt & inualidi, non secus quam aliorum insensatorum hominum, & desipientium facta. Quocirca hæc quo
45 que attentè sunt obseruãda, † contra huius sæculi calidos & astutos mercatores, & quos honestiori Financiarios, iustiori tñ uocabulo usurarios appellamus, arbitrantes sese perbelle assecuratos, quum contractum inierunt cum aliquo prodigo, qui iurauit se contracturũ seruaturũ, putantes idẽ esse,

& æquè ualidum, si cum prodigo contra hanc cũ iuramento interposito,ac si cũ minore transigerent,qui minor,iuramẽti rõne efficitur habeturq́; maior,iure authenticorũ,potissimũ,cũ licite sponteq́; præstitũ fuerit. Verũ tales financiarii toto errant cœlo de utrisq; in contractibus idẽ existimantes esse iudiciũ. Quum de prodigis longè aliter hic censendum atq; statuendum fuerit,q̃ de minoribus.Ideoq́; si res in contentionem uenerit censemus suademusq́; iudicandum ac diffiniendum secundum præallegata. Sed hoc loco præter-
46 mittendum omnino non est. † Prodigum haud quanquam posse eligi ad prælaturam, uel ad fraternã societatẽ canonicè factã,quod attestatur D.Bal.in c. Cum in cunctis de electionib. Potissimũ si insigniter seu notabiliter sit prodigus.
47 † Nam tũ talis electi gubernatio,ecclesiæ esset luctuosa,perniciosa & exitialis: Ideoq́; huic quoq; cõsentit Imperatoris Constant.egregia.l.fi. C. de sentent.pass.& restitu. Prælati
48 enim ecclesiarũ tales debent institui,†qui nõ solũ de animarũ salute, uerũ etiã de ecclesiæ extrinseca utilitate sint solliciti,ut Gregor.inqt,cuius uerba Gratianus citat in c.Petrus
49 Diaconus 19.dist.& ibidẽ haud dissentit Archi. † Prælatũ posse repelli,quia secularium negotiorũ peritia caret. Et certe non uideo qũo ei alicuius ecclesiæ cura,aut animarum salus cõmitti debeat, cui rerum temporaliũ cura nõ permittitur. Quod uelim exactè perpendant Episcoporum officiales,qui nõ raro suos sacerdotes prodigos, & in curatela cõstitutos, intrepidè ad parochias regẽdas admittunt,ipsisq; curas animarũ cõmittunt, quibus ne modi tũ quidẽ bonorũ temporaliũ cõmittere uolunt. Cæterũ sicuti prodigus non potest ad
50 pub.offi.eligi,sic etiã nec põt testari,†ne testis ad testamentũ adhiberi, sicut apertissimè in l. Is cui. ff.de testament.& ibi Bart.Necnon in §.Itẽ prodigus institu.quib.non est permis.face.testa.& ibi Angel.Quæ certe intelligenda sunt nõ
51 absolutè,sed conditionaliter,† scilicet.Nisi testaretur inter liberos,ut consuluit Bal.in consilio ccxxxv. primò lib. & est decisio Rotæ in antiquis decisi.866. de testa.quæ hanc materiã,q̃ sincere tractat. Præterea hoc quoq; de prodigis no
52 tandũ est,qđ quamuis prodigus acquirere possit,† non põt tamen

tñ obligari tex.& ibi Bart.in d.l.Is cui.ff.de uerb. obligatiô ni. Quæri hicquoq; posset ſm Angel. in d.l. Is cui bonis.
53 † An qñ iudex uult curatorẽ dare prodigo, citari debeat ipſe prodigus? Ad qđ affirmatiuè respondendũ est, & huic responsioni pleriq; interpretum accedunt,utpote.Paul. Cast. Imol.aliiq́; quamplurimi notæ prudentiæ patres familias, quorum opinionem non solũ ob id quod communis sit, sed etiam quod ipsam ueritatem,æquitatemq́; exprimat,in ſequendã censeo. Nam aliquem inauditũ declarare prodigũ, res est magni præiudicii. Quandoquidem per talẽ declarationem, omnis rerum administratio ab ipso prodigo aufertur,iuxta D. Alex.in d.l.Is cui bonis,ad finẽ post alios.Quã obrem necessariò requiritur etiã ipsius partis citatio. Atque hoc confirmat plurimum tritissima.l. Nam ita Diuus. ff. de
54 adoptio.l. † Tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex.l.Si quando.C.de testib.&c.Quum olim extra de testib.cum fine numero,similibus iurib.ex quibus omnibus iu
55 ribus,colligitur regula trita,& † uulgata,nẽpe,quod in omni actu parti præiudiciali,debet ipsa quoque pars citari,alioquin inualidum esset quod ageretur.Huic cõgruit.l.de unoquoq;.ff.de re iudic. quæ habet.De unoquoq; negotio præsentibus omnibus,quos causa cõtingit iudicari oportet, aliter enim iudicatũ tantum inter præsentes tenet,&c.Præsentibus(inquit gl.Ibidem)uerè uel interpretatiuè, propter cõtumaces,secundum uulgatam.l.Contumacia.ff.eo.de re iudica.& Authent.ut oẽs obedi.iudicib.prouincia.§. Si uerò neq;,collat.quinta, q̃ restringit Bald.in l.1.ff.de curat. furio.nisi esset notoriũ illum esse prodigum, quæ quidẽ Baldi restrictio, Alex.displicet in d.l.Is cui bonis,quẽ ibidẽ cõsu
56 las:† Sed hic forsitã alicui leuiusculũ subrepere posset dubiũ de citando prodigo.Nã prodigus(quantũ ad cura.dationem & ad rerũ suarũ administrat.)planè in iure æquiparãdus est furiosè iuxta l.furiosi.ff.de regu.iur.atq; Fulcinius.§. Adeo uersi.idemq́; in prodigo.ff.quib.ex causa.in posses.eat.Nec
57 nõ.l.Is cui bonis, ꝑallegatã & l.1.C.de cur. fur.† Igit̃ nõ apparet ꝓdigi citationẽ prorsus esse necessariã, sicut nec furiosi.Deinde qđ furioso cõparetur in hoc,utriq; nõ petẽti. Cu

ratores designentur, Baldo teste in. l. Qui habet in principio, uersi. Quid in prodigo. ff. de tutel. quoniam furioso (ut patuit prius) æquiparatur & assimilatur. Bart. in l. Hæc aût. ff. Quibus cauſ. in poſſ. eat. Simili modo, pariq; rône post antiquos concludit, idê Bart. in l. Post facto, colu. sexta, uersi.
58 † Quæro utrum, de uulga. & pupill. ſubſtitu. Quod quemadmodum furioso substitui potest, ita êt prodigo, &c. Præterea in his conueniunt, quod neuter eorũ posset administrationis interdictionẽ aut curatoris dationẽ impedire. Atque
59 ideo citatio, siue (ut Galis uulgo placet) † adiournatio prodigi nequaq̃ censebitur necessaria, non magis, quã furiosi. l. Ergo. §. 1. ff. de fideicõmissa. libert. Sed his omnibus (quæ iã diximus) attentè perpensis, perfacilis erit superioris dubitationis solutio, potissimũ cùm in hoc atq; in id genus similibus, & ordo, & iuris, statuti, cõsuetudinisq; solennitas ad-
60 obseruari debeant. † Vbicunq; enim absenti cõpetit, aut cõpetere potest in iudicio defensio, ibi necessariò quoq; semper requiritur eiusdẽ absentis citatio præuia, êt in notoriis, iuxta. c. finale, de offic. delega. lib. sexto, &. c. Tua, de cohabita. cleric. & mulier. Huic annotant Doctores in. c. uestra eo. tit. atq; in. c. Ad nrãm. 3. de iureiuran. Fieri eñ pôt, ut aliquis fallo, & ex odio de prodigalitate apud Iudicem deferatur, de qua facilè sese posset defendere, modo ad defensionẽ sui personaliter citaret. Quamobrẽ Iudex non debet temere ob quorundã fortassis maleuolorum traductionẽ, ad condemnationem prodigalitatis descendere, nisi accusatũ
61 prius coram se citari iusserit. † Sũt tñ qui dicãt: Quoties aliquis palã oĩbus certò & manifestissimè prodigus cognoscitur, & oĩum Iudicio talis cõdẽmnatur, quod tũc is prodigus in quẽ nulla cõpetit defensio ob fida proborum testimonia, ab Iudice condemnari prodigalitatis potest, citra omnẽ ipsius prodigi citationem præuiam. Ita tenet D. Abbas in consil. suo. 3. incipiẽt. Nitar, in. 2. col. in. 7. uolu. in conf. lxviij. incipiẽt. Quanquã super uocatione, in. 2. colum. Idemque uoluit Specul. in titul. de Noto. cri. in. §. 1. uersi. scias ergo, & in. d. tit. in. §. Iam de Notorio, in. 7. colum. necnõ Bal. in
62 d. l. Nã ita Diuus. ff. de adoptio. † Sed hic rursum oritur qõ.

An

An talis furiosi ad prodigum æquiparatio sit ualida, ubi eadem militat ratio? Ad quam dicendum est quod sic, quantum ad bonorũ suorum dissipationẽ, ob quã illis bonorũ administratio interdicta est, ne scilicet eadẽ bona sua ulterius dissipare pergant. Ita. l. Iulianus in princ. ff. de cura. furio. & l. His qui. §. Finali. ff. de tuto. & curato. dat. ab his, & eo indubitato pacto loquitur. d. l. Furiosi. Secus uerò statuendum est de furioso & prodigo, quo ad rerum acquisitionẽ, ad q̃ neutri eorum sit interdictio, scilicet, ob rerum suarum (per interualla) argumentationẽ, sed ob damnosam & immodicã rerum profusionem, dicta. l. Is cui bonis. Adde. l. certi cõditio. §. quoniã, uersic. Itẽ quæri potest. ff. si cert. peta. Atque ideò acquisitionis respectu Prodigus pupillis uerius æquiparatur, quia (uti superioribus locis memini) nõ potest se obligare sine tutoris auctoritate, tamenq; aliqui sibi acquirere citra tutoris auctoritatem põt, iuxta. §. final. institutio. de aucto. tuto. & l. Pupillus. ff. de acqui. re. do. Et certè prodigis in eorum fauorem omnino bonis interdicĩt. l. 1. ff. de cura. fur. Glossa in uerb. expendit, in. §. Si quis autẽ in Au
63 thentico, ut determi. sit numerus † cleric. collatio. 1. Quocirca tametsi aliquis prodigus declaretur, nõ tamen ob id cẽsebitur capite diminutus, aut condemnatus etsi declaratus sit prodigus, sicut notat Baldus in. l. finali, colum. penulti. uersic. Hic dubitabitur quid de prodigo. C. unde legi. Aesti
64 matione † tamẽ & iudicio uulgi, oĩs prodigus uilis persona censetur, ut attestatur expresse. l. Non dẽt. ff. de dolo. Sed
65 quid dicendum putas si † Princeps ex sua authoritate, absque ulla citatione aliquem declarasset prodigum, ea ne Prĩcipis snĩa, ac declaratio satis habebitur ualida? Ad quã quæstionem ego (ne lectorem superuacaneis onerem) negatiuè respondendum arbitror, ob id quod sentẽtiæ ẽt latę à Principe habeantur nullæ, cum partes nõ fuerint ad hoc expresse citatæ, ut est text. in Clemẽtina. Pastoralis. §. Cæterum de re iudi. & in. c. 1. de caus. pos. & propriè, & est glos. notabilis, quã Baldus ibi multum notat, in l. finali. C. de legi. Ludo. in. l. 1. in. 6. col. ff. de arbit. D. Abba. in. c. In caus. in. 2. notabili de re iudi. Seruit huic quod uoluit Bart. in. d. l. Nã

ita Diuus.ff.de adoptio.& in l. Diui.ff.de libe.cau.atq; in l. Gallus.§.Et quid si tantum.ff.de liber.& posthu.Bal.in l. 2. C.de tempor.appellat.Docto.in c. cum olim, de re iudica. & in c. In nostra de procura. Huic præterea conuenit & alia
66 ratio,† scilicet, Quod citatio uideatur esse inducta de iure diuino.Deus.n.citauit Adã primũ nostrum parentem, hoc est,ad se uocauit,de mandati transgressione cum eo expostu laturus,ut & pro facto nefario,pœnam irrogaturus, ut patet ex lib. Genesis, & est text. in c. Deus omnipotentis.2.q.1. Et firmat Bart.in Extrauagant.ad reprimendũ in uerb. sine figura.in 2.colum. Ioan.de Imol. in Clement. sæpè in xlij. colum.de uerb.significat.Quocirca ne per principẽ quidem
67 citatio omitti põt. Quin potẽs princeps † ex certa scientia & de plenitudine potestatis, non põt procedere ad ullã sententiã,sine citatione partis ut est text.in.d. Cle. Pastoralis §.cæterum, de re iudica. ubi summus pontifex expressè declarat,quod princeps nõ põt ex certa scientia, citationis defectum supplere,non quidem contra suum subditum, quia hoc esset in iudicio tollere defensionẽ sui, quæ est de iure naturali,quo in iudicio alteram aurẽ accusatoribus, alteram defensoribus relinquamus.Ita adstruunt, & tenent D. Cardinalis Flor.in c.1.de caus.poss.& propriè. Et D. Abbas in d.c.Cum olim de re iudicat. & notabiliter Areti.in consil. clxiiij.incipient.Sicut Ioannes dicit in Apocalypsi, in xiij.
68 colum.in fine & sequent.Et licet Princeps † possit procedere ad sñiam sine citatione ex causa apparenti, uel expressa, ut est gl.not.in l.Antepen.ff.ex quibus caus. maio. Bald.in l.2.C.qũo & quando Iudex,& in l.Nec causas.C.de appell. sicut fuit in c. Cum olim de re iudica.ubi exprimitur causa omissæ citationis.s.quia liquido cõstabat de surreptione.Itẽ licet in principe in dubio præsumatur causa,sm Cy.& Bal. in l.Rescripta.C.Si contra ius,uel utilitat.public.Bald.in l. Si testamentum C. de test. D.Anto. & Imol. in c. cum inter.de renũ. & in c.constitutus,de relig.domib. Facit quod uoluit Gl. in l.Relegati.& ibi Bart.ff.de pen.Tamen ob has duas prędictas causas in actibus, in quibus Princeps procedit ꝑ uiã iustitiæ,sicut est in sñia,in illis si tollitur citatio,&

per

ꝑ consequens sui defensio, & ordo substantialis, inductus de iure, ꝑfectò non illud factũ principis factũ, sed priuati cuiusdã ausum, qui temeraria ex præsumptione audet ꝓcedere contra solennitatem iuris substantialem, inductam de iure naturali. Vnde à simili uidemus, quod quoties cõsuetudo
69 † aliqua, nõ est cũ rõe naturali, neq; cum æquitate cõiuncta (sic ut ratio prægnans, & rerum æquitas eam potius abrogatã requirent) quod ea certè cõsuetudo tum non est magni facienda, sed inualida æstimanda potius, & prorsus reprobanda, ut in c. 2. de consuetud. lib. 6. Ita ad literã signanter dicit Aret. in præal. consil. clxiiij. in 14. colum. Adde ẽt nõ ualere principis sñiam, sine partis citatione, ẽt de plenitudine potestatis, nisi ex causa uerè apparenti uel expressa: tenet D. Feli. in c. Quę in ecclesiarum, in xliij. colum. de cõstitu. Præfatorum ẽt meminit eximius D. Iason, doctor non minus eruditione, integritateq;, q̃ stemmate clarus, suis in cõsilijs, consilio clxxvij. in 2. uolumine. Superioribus adiicies
70 † & notabis. Mulieri luxuriosè uiuenti dandum esse curatorem, & bonis debere interdici, expressa. l. Et mulieri. ff. de curato. furios. ubi luxuriosè uiuens non intelligitur prostitutæ pudicitiæ, & quæ corpore quæstum facit, ut illic in prima expositione, (salua eius pace) delirat gl. & barbarorum triumuiri illam sequuti. Sed ꝫm genuinam illam puritatem Romani eloquij luxuriosè uiuens dr̃, qui in luxu, hoc est,
71 nimia † rerum omnium lautitia & sumptu superuacaneo, & superfluitate abundanti uitam agit. Ita secundum Ciceronem, Defluere luxuria, est molliter ac delicatę uiuere. Et in oratore Lætas segetes, & luxuriosa frumenta, & fælicius expectatione exorta dixit Cicero, Ita uiuere in luxu, est nimia abundantia, & uitæ splendore uiuere. Luxus.n. non ueneræ libidinis spurciciẽ, sed splendidã & magnificã prodigalitatem significat, quippe liberalitatem, uel potius aureã mediocritatẽ plurimũ excedit. De tali luxu meminit & Virgilius cum ait: At domus interea regali splendida luxu. Sed hæc ad Grãmaticos mittamus. Certè isthæc mulierũ Curatela & bonorum interdictio parũ arridẽt quibusdã nostrę tẽ
72 pestatis † uiduis matronis, plus æquo ꝓdigis, & luxu ꝑditis, ut

ut quibus prædicta coertio, & restrictio plurimum aduersetur & acerba uideatur. Quæ tamen potius sui sexus ratioñe habentes cõsiderare deberent, quantopere ipsas dedeceant, decorent, & perdant quotidianæ commessationes, epulationes splendidæ, conuiuia, grandia, illustria & opipara, atq; ad ea accessus frequentes, conuiuarum conuocationes & inuitationes mutuæ, quæ illustribus sumptuosisq; huiusmodi conuiuiis, sic sua prodigunt semel, ut trimestri toto sæpe egeãt, & impudenter mensas alienas captare cogantur, & postquã sua imprudenter dilapidauerint, imò decoxerint, tũ & alias
73 quoque ad similem prodigalitatẽ, †aut alliciunt, aut insolenti (penè dixeram meretricia) improbitate cõpellunt: nihil aliud studentes, quàm ut omnem uitã suam in luxu, & uoluptatibus transigant, nihil interim de sumptibus & gubernatione familiari, nihil de honestate, nihil de maritorũ, aut de filiorum uel honestate uel salute cogitantes, ita ut ob huiusmodi inertiam, & dedecorosam uitam, sese suamq; familiã dehonestent, & (si uiduæ fuerint) honestissimum uiduarum nomen haud immerito amittant, atque sibi luxuriantiũ nomen quàm optima de ratione potius asciscunt, per quarum quidem prodigalitatem, & luxum immoderatissimum, innumera conspicimus oriri mala, ueluti impudicitias, impudicitiæ expugnatores, prodigiosa oscula, amplexus meretricios, fornicationes, occulta adulteria, & quod enormius est, suppositios partus, & ex alieno semine conceptas proles, eiusq; generis, notæ ac farinæ ueneræ libidinis innumeras spurcicies, quæ omnia cœlesti. Deo & Imperatori omnipotenti q̃ maxime displicent, adeò ut ob hæc, & similia hoĩes uariis & cognitorũ & incognitorũ morborũ generibus, insigniter puniat, & flagellet. Sunt porro à cordatis uiris huiusmodi ui
74 duæ admonendæ, †ut suæ conditionis meminerint, ut nomen uiduarũ, nomen plausibile, & amabile esse cogitent, q̃d frugalitate, quod continentia, castisq; moribus gaudeat, ut omnes sumptus inordinatos, conuiuia, põpas, luxus, & quicquid est prodigalitatis constante euitent, Quin potius Viduas eas studiose imitentur, quæ sacro eloquio commendatæ leguntur, ueluti Annã prophetissam, quæ (ut Lucæ in suo

cap.

cap. secundo, uerbis utar) ieiuniis & obsecrationibus uiduitatis suæ tempora expleuit, & D. Pauli admonitionem sectentur, qui uerè uiduas describit, & regulam constituit. Debēt
75 enim uiduæ assiduè in Dei opere esse, † & orationibus uacare, sicuti innuit Siricius Papa, lxxj. dist. c. ult. Quæ uerò uiduæ secus faciunt, sed luxuriosa prodigalitate sese, suosq; dedecorant, his proculdubio curatores sunt pernecessarii, simul & bonorum interdictio, (ut ex supra deductis clarissimè liquet) Verum huiusmodi uiduæ, imò etiam perditi quidam uiri, metuentes ne huiusmodi curatelis coerceantur, & ne nimis liberè suis (non dico utantur) abutanť, solent huic repagulo obiiciendo aliud antidotum obtrudere, & suo malo peius malum adiungere. Cōspexi enim, qui adiunctus essem Senatui Brugensi à secretis, & à consiliis, nōnullos prodigos esse, adeò maleuolos, ac peruersos, ut quū resciscerent suos parentes, propinquos, necnon amicos, summo studio ac conamine adniti, ut ipsos in curatelā coniicerent, priusquā omnia bona sua aut maiorem partē (prout cœperunt) inutiliter dissiparent, ac dilacerādo profunderēt & antequā in grauem, & miserandā paupertatē conciderent (quum nulla sit alia nec expeditior, nec cōmodior ad paupertatē uia, quàm huiusmodi prodigalitate omnia sua absumere) Hi inquam præposteri ad propriam ruinam grassatores, ne non potirentur suis desideriis, sua omnia, aut præcipuam bonorū partē in alios transferunt, priusquam per Iudicē declarentur prodigi, Interim exultantes sese id egisse, in parentum, propinquorum, aut amicorum contemptum ac despectū, deq; hoc gloriantes. Ah miseros & perditos homines, qui sibiipsis potius q̃ aliis obesse, & officere tantopere gaudent, & gestiūt. Quocirca ne hęc clam committantur, Parentibus, aut cognatis, uel affinibus prius euigilandum est, ut tales statim in cu-
76 ratelam coniiciant. † Noui ego cōplures, curationi subiectos fuisse circa principium dissipationis, ac dilapidationis, qui omnium fœlicissimi in suo genere sunt habiti. Alii circa mediū decoctionis curatelæ subiiciuntur, Atq; hi partim fœlices, quod aliquā bonorum partē sibi reseruatam postea conspiciant, partim infœlices, quod bonorum magnā partē sibi

depe-

deperisse (uelint nolint) doleant. Sunt postremò, qui nõ nisi ad finem aut post finẽ, dilapidationis omniũ bonorũ Cura
77 telæ irretiuntur, & hi sunt omnium infœlicissimi. † Nam omnium miseriarum summa est miseria fuisse fœlicem, uel ipso Boetio teste. Sed quo minus tempori quidam curatelæ subijciant, per uxorũ aut amicorũ inertiam non rarò contingit. Noui enĩ multas uxores, quarũ mariti suum patrimoniũ ac bona fortunæ inutiliter dissiparũt, & dilacerando ꝓfuderunt, inter quas nonnullæ adeò superbæ ac elatæ fuerunt,
78 alię tam pusillanimes † ac meticulosæ, ut quoties illi suadebatur ac consulebatur ut de sinistro regimine maritorũ conquerentur, quo ipsis certius prospectũ maneat, & ne postea eas penuria præmi, & egestate rerum angi, accruciari cõtingeret, non solùm coertionem prodigalitatis, tunc suorũ maritorum procrastinando differrent, ut potius ad curatelę mẽtionem incandescerent, eã ęgre ferrent, eamq́; reijcerent. Verũ huic suæ meticulosæ ignauiæ, uel potius malè sanę beneuolẽtiæ pœnã postea dederũt grauissimã. Et q̃d uxoribus hac in parte contingit, idem sæpe contingit uxorum aut maritorum parentibus, propinquis, & affinibus, ut simili pusillanimitate corripiantur, & indigna tandem conspiciant. Vt igitur tum uxoribus, tum liberis hac in parte prouideatur,
79 consuetudine † Gandensi, Brugensi, atq; aliarũ Flandriæ ciuitatum receptũ est, ut uxor, parentes, propinqui, & nonnunquã etiã amici curent, & sollicitent, cum citari coram Senatu seu Iudice, ibidemq́ue compareant, & ipsi allegantes causas dilapidationis ac dissipationis facultatum ac diuitiarum mariti prodigi. Sed talium maritorum prodigorum nonnulli tam sunt faciles, ut rationibus & consilijs obtemperantes statim consentiunt sese poni ĩ curatelam, quod non habeant quod excusent suæq́ue prodigalitati prætexant. Alij sunt q' sese excusare contendant, nihilominus Iudex, qui sentit & uidet expediri, ut in curatelam ponatur, eisdẽ (si põt) persuadere conatur, ut in curatelam consentiant, quod si faciant curatela declaratur. Sin uerò tam sint pertinaces ac rigidi, ut nullorum consilijs obtemperantes curatelæ ꝗuelint irretiri, tum Dominus Iudex debet perpendere utrorumq; tã accusantium,

ſantium, quàm excuſantium cauſas, ac rationes, & ſecundũ illas iudicare, prout de iure, conſuetudine, uſu, uel ſtylo, expedire uidebitur. Sed priuſquam hanc curatelæ materiã ab
80 ſoluero, libuit prius hãc quæſtionẽ diſſoluere, ſcilicet, † Qñ curatela prodigorum ſit finienda? Ad hanc quæſtionem uarij uariè reſpondent, eam autem Bartolus diſtinctiuncula abſoluit: hoc modo. Aut prodigum ſanos ad mores rediiſſe manifeſtum eſt, tum cura deſinit aut incertum eſt, tunc Iudicis declaratio requiritur. l. 1. ff. de curato. furio. Sed Pet. & Bald. ibidem aiunt. Quamuis omnino manifeſtum nõ ſit eum reſipuiſſe, ſi tamen teſtimonio fido probetur, eũ ſanos ad mores redijſſe ac reſipuiſſe, quod tunc ex curatela liberãdus erit, quemadmodũ dicimus de furioſo qui habet dilucida interualla, quod contractus qui fiunt tempore ſanæ mentis, ſuo robore nõ careant, iuxta præallegatã. l. 1. quia nõ debemus plura requirere, quã uelit ille textus, quod credit & opinatur uerius Ang. Areti. ad finem. §. Item prodigus, inſtitu. Quib. nõ eſt permiſſ. facere teſta. Interim tamẽ contractus effectu carebit, donec probatio facta fuerit, perfidos teſtes, qui teſtentur, ipſum ad ſanos mores redijſſe, & ex certis indicijs colligere eũ fore ſanæ mentis, iuxta uulgatam. l. 2. quàm frequenter aduocati atq; cauſarũ patroni allegant,
81 tã in iudicijs, q̃ extra iudicia, ff. de probationib. † Propter ſtatum enim priorem prodigalitatis, ſemper præſumit eundẽ futurũ prodigum, præſumptione quidẽ iuris tm̃, & nequaquã iuris & de iure. Quia præſumptio iuris tãtùm, illa eſt, ſuper quam legiſlator, animum ex ueriſimili applicat, & onus probandi in aduerſarium transfert. Huius præſumptionis effectus eſt, ut ex ea, is contra quem præſumptio eſt condemnetur, niſi per eum, contrarium aliqua legitima probationis ſpecie probetur. Præſumptio enim quam lex facit, eſt liquida probatio, donec contrarium appareat, ſignanter Gloſſ. ordinaria. in lege Si tutor petitus. C. de pericul. tutor. ibidem per Bald. Salicet. & Doctor. approbata, quod legum probationes liquidiſſimę ſunt. Huius præſumptionis iuris tantum, habetur exemplum in. l. Quicunque. C. de apoc. public. libro decimo. Vbi eſt caſus ſingularis

ac

ac quotidianus, de qua si uis abundantius instrui, Bart. in tractatu præsumptionum, necnon Baldum in Rubrica de præsumpt.ex. Quos Doctores legendos non dissuadeo. Præsumptio aũt iuris & de iure, quæ est gemina p̃sumptio, dr̃ qñ ius præsumit, & præsumendo statuit, huius præsumptionis iuris & de iure effectus magni æstimatur, quia in cõtrariũ probatio nõ admittitur, ex quo minimè ineptè sequit̃, quod ex tali præsumptione is aduersus quem præsumptio est, condemnetur. Huius præsumptionis iuris & de iure exemplum ponitur in l. final. C. Arbit.tutel. & in l. Antiquæ. C. ad Velleia. necnon utrobique notata p gl. Hinc est, qđ periti aduocati anxiè laborant ad colligendas præsumptiones seu coniecturas per se ét satis frigidas & fragiles, ut per eas moueant animũ Iudicis. Vtriusque præsumptionis passim sine numero exempla, nõ solũ in canonico seu pontificio, sed & Imperiali siue ciuili iuribus reperiuntur, quæ referre mihi prolixum, lectori uerò tædiosum foret, quam obrè ad ea Lectorem auidum (si uelit) remittimus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Prodigus pater, & in curatela proclamatus, an possit promittere filiæ suæ dotem, sine suorum curatorum consensu?*
2 *Prodigus contrahere, obligare se suaque bona alienare non potest.*
3 *Prodigus & furiosus in iure æquiparantur.*
4 *Prodigus & furiosus à Iudicio arcentur, ut nec agere nec conueniri possint.*
5 *Actus redditur nullus, ob solennitatum requisitarum defectum.*
6 *Consensus curatorum in obligatione prodigi, requiritur tanquam solennitas, quæ est de forma actus obligatorii prodigi.*
7 *Actus censetur nullus, si non seruetur solennitas.*
8 *Consensus curatorum est necessarius, ad efficaciam actionis prodigi.*
9 *Contractus prodigi, si insignem patiatur læsionem, non tenet.*
10 *Prodigaliter contrahens, etiam ante missionem in curatelam, restitutionem reposcere potest.*
11 *Bona feudalia alienari nequeunt, nisi solennitates ad hoc requisitæ seruentur.*

*Pater*

12 *Pater obligatur, de iure, dotare filiam, & ad id compelli potest.*
13 *Paternum officium est, dotem, uel ante nuptias donationem pro sua dare progenie.*
14 *Qui suum exoluit debitum, sua bona amplificat, & non diminuit.*
15 *Rescriptum contra legem indultum, non ualet, nisi dicatur, non obstante tali lege.*
16 *Clausula derogatoria iuris uti, solius principis est.*
17 *Alienatio bonorum ad liberorum elocationem est prorsus necessaria.*
18 *Alienatio utilis & necessaria non uidetur prohibita.*
19 *Non alienat, qui suis, & inter coniunctas personas confert.*
20 *Causa ob quam pater proclamatur prodigus semper consideranda est.*
21 *Pater dotando filiam, non sua dilapidat.*
22 *Filia obligatur patrem alimentare, si egeat.*
23 *Bona patris censentur esse filiorum.*
24 *Filius dicitur possidere, possidente patre.*
25 *Pater etiam prodigus, obligatur filiam alimentare.*
26 *Alimentatio est iuris naturæ.*
27 *Alimenta & dos, eodem iure censentur.*
28 *Habilitas personæ, ante omnia quærenda est.*
29 *Quum quid non reperitur cautum iure, remanet sub regula.*
30 *Prodigus non potest alienare, nec promittendo se obligare.*
31 *Prohibito aliquo, intelligitur prohibitum omne id, per quod ad illud peruenitur.*
32 *Prodigus non potest pro anima sua legare magnam sui patrimonii partem.*
33 *Prodigus non potest testari, etiam si relinquat ecclesiæ.*
34 *Alienare prohibitus, alienare nequit in ecclesiam.*
35 *Prodigus testari nequit, etiam inter liberos.*
36 *Defectus solennitatis, testamentum inter liberos non uitiat, dispensatiuè.*
37 *Testamentum imperfectum ratione uoluntatis, an ualeat ad pias causas, remissiue?*
38 *Statutũ, decretum, aut proclama, generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*
39 *Statutum, decretum, aut proclama, quando non distinguit, distinguere non debemus.*
40 *Casus non exceptus, debet manere sub regula.*

41 *Statutũ poteſt limitare, reſtringere & tollere ius cõmune & ſcriptũ.*

42 *Semper & ante oĩa actus debet ſubſiſtere ex perſona, alias corruit.*

43 *Melius eſt enim, ut filii tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum.*

44 *Filius nequit paciſci de bonis patris, patre uiuente.*

45 *In alimentis non ſit propriè alienatio.*

46 *Ab alimentis ad dotem argumẽtũ robore caret, ubi diuerſa eſt ratio.*

47 *Dos ſi fuerit promiſſa, & non ſoluta, maritus uxorem alere non tenetur, nec maritali affectu proſequi.*

48 *Dotare filiam pater etiam inuitus cogi poteſt.*

49 *Pro dote, in dubio ſemper eſt iudicandum.*

50 *Dotando pater dicitur ſoluere debitum naturæ.*

51 *Debiti naturalis ſolutio, non eſt liberalitas.*

52 *Prodigus poteſt matrimonium contrahere, ẽt ſine curatorũ conſenſu.*

53 *Dos eſt ſequela matrimonii.*

54 *Idem ius in acceſſoriis, quod in principali eſt.*

55 *Legare eſt meræ uoluntatis, dotare uerò neceſſitatis.*

56 *Dotis cauſa fauorabilior, quam alimentorum, uel etiam pia cauſa.*

57 *Dotatas eſſe mulieres & uirgines, Reipublicæ intereſt.*

58 *Vtilitas communis, neceſſario præfertur particulari.*

59 *Aliquid nõ facere, & aliquid facere, nõ tñ debito mõ, paria ſunt.*

60 *Non facere, & facere, ſed male, & perperam paria ſunt.*

61 *Conſuetudo ac uſus famigeratæ ciuitatis Brugenſis.*

62 *Vbicunque in aliquo actu requiritur auctoritas ac conſenſus, illis deficientibus actus eſt nullus.*

63 *Requiſito aliquo ad eſſentiam, formam ſiue ſubſtantiam actus, requiſito deficiente, corruit actus.*

64 *Mos & ritus, & ciuitatis Brugenſis.*

65 *Solennitate requiſita non ſeruata, actus cenſetur nullus.*

66 *In omnibus promisſionibus & priuilegiis, obſeruari debent ſolennitates de iure conſuetudine, aut uſu neceſſariæ.*

67 *Bonum fieri non ſufficit, niſi bene fiat.*

68 *Remunerator aduerbiorum & non nominum eſt Deus.*

69 *Inter oẽs ſolennitates, præcipua eſt perſonæ habilitas & idoneitas.*

70 *Qui cũ alio cõtrahit, eſt uel eſſe debet non ignarus conditionis eius.*

71 *Ignorantia non habet locũ, neq; præſumitur eo quod publicè agitur.*

72 *Scire & ſcire debere, paria ſunt.*

*Con-*

73 *Consuetudo ciuitatis Brugensis.*
74 *Actus quando peccat in forma, si non ualet, quod ago, ut ago, nec ualere debet, ut ualere potest.*
75 *Debitum principale, si non ualet, nec etiam ualet constitutum.*
76 *Pater prodigus & in curatela, cum causæ cognitione positus, necnon edicto publico proscriptus, filiæ dotem promittere, dare, aut tradere sine curatorum consensu, nequit.*
77 *Pater an teneatur dotare filiam, quæ sine eius consensu matrimonium contraxit?*
78 *Filia sine patris consensu matrimonium contrahēs, facit ei iniuriam.*
79 *Lis nulla esse potest, inter patrem & filiam.*
80 *Pater filiam dotare non obligatur, sed Iudicis officio duntaxat compelli potest.*
81 *Officium Iudicis cessat postquam filia seipsam maritauit.*
82 *Dos & alimenta æquiparantur.*
83 *Pater nō tenetur filiam alimentare, qñ aliundè habet, unde se alat.*
84 *Pater quando filiam nubere distulit ad uigesimumquintum annum usque, eam nequit exhæredare, neque alimenta ei denegare, si postea in suum corpus peccet, aut si se liberè, sine patris consensu, copulauerit.*
85 *In contrahendo matrimonio, iure canonico, patris consensus, non est necessarius, sed illorum consensus, de quorum matrimonio agitur, sufficit.*
86 *Quæ lege permittente fiunt pœnam non merentur.*
87 *Correctio uitio, intelligitur etiam correcta pœna.*
88 *Delictum quotiescunque esse desiit, desiit & pœna.*
89 *Pater ad duo copulatiuè obligatur, ad filiā maritandā, & dotandā.*
90 *Ad ueritatem copulatiuæ, requiritur utramque partē esse ueram.*
91 *Filia, si etiam nubat indigno, non potest ei pater dotem denegare, quum non sit sufficiens exhæredationis causa, etsi eo casu, minor dos constitui possit, secundum Ioan Imolens.*
92 *Filia ex quibus causis possit exhæredari, ex eisdem possint ei alimenta & dos denegari.*
93 *Mulier indotata à uiro contemni consueuit.*
94 *Pater uidetur prohibere nubere, qui conditionem non quærit.*
95 *Malum facere uidentur, qui non student ad bonum:*
96 *Mulieris nuptias non oportet accelerari, ne quid committat turpius.*

97 *Mulieres sunt de his rebus, quæ seruando seruari non possunt.*
98 *In materia spirituali & canonica, iuri canonico standum est.*
99 *Patri non facit iniuriam filia, quæ canonica utitur permissione.*
100 *Iniuria remittitur uocatione ad cœnam.*
101 *Filia, quæ in corpus suum peccauit, si in uita patris, ante ultimum conditum elogium, pœniteat, & se humiliat exhæredari nequit.*
102 *Filia quando aliunde habet, unde se alat, nequit petere à patre alimenta: filia tamen diues, quæ habet aliunde, quo se posset dotare, est nihilominus à patre dotanda.*
104 *Testator, si suo in testamento relinquat certum Bertæ, pro ea maritanda, quæ tempore conditi testamenti iam erat maritata, quamuis causa relicti uideatur cessare, tamen debet habere legatum.*
105 *A communi doctorum opinione in iudicando, nequaquam est recedendum.*
106 *In iudicando, non est ab opinione glossæ, habente post se unum famosum doctorem recedendum.*
107 *Statutum Brugensis & aliarum Flandriæ ciuitatum, Si quis prodigo certam crediderit summam* 10. *aut* 100. *lib. grossorum, aut aliud quicquam, quod eo casu illi plenariè satisfiet quinque solidis Parisiensibus.*
108 *Curatores frequenter dantur bonorum dissipatoribus.*
109 *Forma ædicti publici, seu proclamationis Brugis ac aliis in Flandriæ locis in prodigo ad obseruata.*
110 *Vxor prodigi simili curatelæ mancipatur, uno anhelitu, eadem sub forma & modo, Brugis potissimum.*
111 *Statutum de prodigo præallegatum, an obliget, non solum in foro fori, uerumetiam in foro poli.*
112 *Ciuitatum rectores & magistratus statuta concedere possunt.*
113 *Magistratus omnium Flandriæ ciuitatum & oppidorum, indies statuta condere, eademq; publicare cernimus, quæ perpetuò obligant.*
114 *Statutum factum à capitulo, sede uacante, durat creato nouo episcopo, nisi reuocetur per episcopum creatum.*
115 *Publicatio, est quoddam notorium, qua probata, probatur statutum.*
116 *Statuta in foro conscientiæ an seruanda?*
117 *Qui a lege excusatur, non peccat, nisi sit legi diuinæ contraria.*
118 *Statuta ēt in foro conscientiæ, pœnitentiali & animæ, seruanda sunt.*

*Statutum*

119 *Statutũ quo ad loci subditos ubi uiget, apostolici uim habet.*
120 *Statutum unumquemque subditorum à peccato, in foro etiam conscientiæ, eximit.*
121 *Ignorantia nõ habet locũ, neq; præsumitur in eo quod publicè agitur.*
122 *Paria sunt scire & scire debere.*
123 *Edicta publica non debent singulorum auribus inculcari.*
124 *Qui cum alio contrahit, debet esse certus de contrahentis, & conditione, & qualitate.*
125 *Filiofamilias pecuniam mutuans, mutuum non recipit. S.C. Macedoniano refragante.*
126 *Exceptio Macedoniani, licet in foro ciuili habeat locum, nequaquã tamen in foro conscientiæ.*
127 *Minori pecuniam mutuans, mutuum etiam non recipit.*
128 *Prodigo pecuniam mutuans, mutuum recipere non potest, edicto publico prohibitiuo pugnante.*
129 *Contrahens, notitiam cum quo mercatur, habere præsumitur.*
130 *Forensis seu exterraneus, cum prodigo contrahens, non excusatur, propter statutum præallegatum.*
131 *Iusta causa in conuentionali pœna, minimè excusationem tribuit.*
132 *Duo mercatores quum societatem quinquennalem fecissent, finito quinquennio, alter ex contractibus cum alio celebratis, non obligatur, licet contrahentes finitam esse societatem ignorarent, quia perscrutari, seseque de societatis qualitate informare debuerunt, secundum Paul. Cast.*
133 *Statutum, licet uideatur durum & asperum, est seruandum.*
134 *Statuta inutilia esse non debent, neque seruire de uento.*
135 *Theologorum scrupulosorum opinio, circa ignoranter prodigo credita, quando & quando non solutioni obnoxia.*
136 *Confessio prodigi, an & quando ualeat, nec ne? remissiuè.*
137 *Tutor aut curator, an alicuius actionis cessionem suscipere possit, contra pupillum aut minorem? Et si illam receperit, an illa uti possit?*
138 *Administrator domino insidiari non debet, qui ad eius custodiam datus est.*
139 *Authentica minoris debitor. C. Qui dare tuto. uel curato. possunt, non solum in tutore aut curatore administrante, sed etiam in non administrante, locum habet.*

140 *Maior factus, si tutori aut curatori aliquid soluerit, id potest ab eo repetere.*

141 *Tutor aut curator suscipiendo cessionem contra minorem, ipso iure & facto ab actione cadit.*

142 *In minore omnis tam ciuilis, quam naturalis obligatio, auctoritate legis, est ipso iure sublata.*

143 *Ius præsumit & fingit contra tutorem aut curatorem, actionis cessionem suscipientem, aduersus pupillum, uel adultum, contra quam in contrarium probatio nequaquam admittitur.*

144 *Tutor aut curator non potest contra pupillum uel adultum, etiam si uelit eam officio finito exercere, cessionem recipere.*

145 *Tutor aut curator tantam diligentiam pupilli adultiue in rebus quã tam in propriis adhibere proculdubio debet.*

146 *Tutori curatoriue non licet fundos, redditus, id genusque alia, clã secretò, malaque fide, maximè sine contutoris aut curatoris auctoritate, paruo, uilique precio, emere, & comparare.*

147 *Cauillationibus, & captiosis subtilitatibus, plerunque ueritatis inumbratur.*

## CAPVT NONVM.

ERit fortasis qui hic immodicam meam reprehendere perget prolixitatẽ, quod prodigorum materiam æquò diutius, ac prolixius protraxero. Verum huius morsus ego susque deque fero, utpote contentus sincera mentis propriæ intentione, qua utilissima quæq; in cõmunẽ usum proferre perpetuò studui. Huius aũt materiæ ubertas adeò animo meo arrisit, ut eã leui brachio trãscurrendã esse nõ putauerim. Quin potius eidẽ diutius immorandũ. Ideque hic uarios casus non rarò incidentes, quã potero clarissimè explicare contendã, in quibus ipse à multis sæpe consultus fui & consului. Primò igitur huuc casum explicabimus. Prodigus quidã, filiã suam unicam, cuidam uiro nuptui tradidit eidẽq; in dotem promisit, diuersa bona mobilia, immobilia, feudalia & allodialia, quæq; præcipua suarum facultatũ pars fuere. Nuptijs aũt celebratis necnon mensibus aliquot elapsis, suo à genero ad dotẽ promissam exoluendã monitus, & interpellatus fuit. Verum is pater pœnitentia nõ exigua ductus eãdẽ promissam pecuniã sibi retinuit, traditionẽ

promis-

promissorũ renuit,& recusauit, asseruitq́; sese ad dotẽ promittendã ac stipulandã inhabilẽ esse,& fuisse. Gener uerò talẽ tergiuersationẽ,ac promissorũ uiolationẽ,indignabundo(ut æquũ erat)aĩo pertulit, ringebatur acriter, cũ socero odiosè de non seruata fide expostulat,& promissionẽ dotis debere nihilominus esse ualidã cõtẽdit. Socer cõtra impotentiã promittendi constãter prætexit, & promissa ideo debere esse inualida asserit. Hac in re nunc oritur qõ. An pa-
1 ter ꝑdigus,& in curatela(cum causę cognitione, † prout de iure,ac ẽt cõsuetudine fieri debet)positus,edictoq́; publico proscriptus,seu proclamatus, possit promittere filiæ suę dotẽ,sine suorũ curatorũ cõsensu? Pro cuius quæstionis decisione,respondendũ est, Quod sicut prodigus cui bonorum
2 † interdictio debitè & legitimè facta est, contrahere,obligare se suaq́; bona alienare nõ põt,per glos. in uerb. lege in
3 l. 1. in principio. ff. de cura. furio. quum † prodigus & furio-
4 sus in iure æquiparentur, † adeò qđ uterq́ue à foro & iudicio arceatur,adeò ut nec agere, nec ẽt conueniri possit text. est admodũ notabilis, in l. Fulcinius. §. Adeò in fine uersic. Idẽ quoq; in prodigo dicendũ est,&. §. seq; ibiq́; Alexan. de Imol. notat. ff. ex quibus caus. in posses. eat. Textus non aspernãdus, in l. Qui neq; & ibi Bald. ff. de reb. eor. qui sub tutel. uel cur. sunt,& pulcher textus, in l. Properandũ, ad finẽ C. de iudic. cũ fine numero similibus iuribus. Si nec ullam dotem filiæ promittere aut tradere potuit. Quãobrem etsi alienasset hic pater prodigus, cessisset, aut dedisset certa quędam bona in dotẽ filiæ, illa eadẽ per curatores reposci poterunt, citra ullã promissæ dotis consideratiõẽ, ob id ꝙ illa cedere, obligare, alienare aut quouis mõ disponere nõ potuit. Ideòq́; sic cessa, obligata, alienata & disposita, de
5 iure sunt nulla, † atq; hoc ob causas uarias. Primo. n. inualida est dotis sponsio ob defectũ solẽnitatũ, quæ necessariò & de substãtia iuris, in sponsione, siue alienatione bonorũ requirit, iuxta. l. Iuli. §. Si quis ĩ fine. ff. ad exhibẽ. Cõsensus
6 n. curatorum, ut prodigus sese obliget oĩno requiritur, † tan-
7 quam quædã solennitas quæ est de forma actus † obligatorij ꝑdigi, ideoq́; censet actus nullus, si isthæc cõsẽsus nõ serue-

tur solénitas.Ita in l. 1. C.q admit.ad bono.possess.pos.Bar. suis in cõsilijs,cõsil. 12.in 3.col. in 1.uol. Soci.suis in cõsilijs,cõs.cxij.& clxxij.i 6.col.uer.6.difficultas.Qui quidem
8 † consensus curatorũ ꝓculdubio necessarius est,ad in rẽ uel ad rẽ ut efficacẽ cõsequatur actionẽ, ẽt si ẽt talis contractus prius cõfirmatus,ac munitus fuisset iuramẽto, ut singulariter inquit D.Iason,in l.is cui bonis,uer.3. quærit Bart. An prodigus,&c.soluendo argumẽta in contrariũ facientia.ff.
9 † de uerbo.obligat. Scđo inualida est, pp insignẽ seu enormem lęsionẽ sui. Per hmői enim alienationes (ut manifestũ est) p̃fatus pater uerissimè ac omniũ cũ iudicio,maiorẽ prodigalitatis labẽ cõtraheret,,& certò & de nouo censeret prodigus,qui per præfatas sponsiones ac alienationes,præcipuam & potissimam suorum bonorũ, tã feudalium, quàm allodialium partem cederet,& alienaret, adeò ut ẽt si inter dictio bonorũ à Iudice,& per sñiam declaratoriã facta non
10 fuisset,† p̃dicta nihilominus alienatio adhuc esset inualida, pp læsionẽ tam enormẽ.Imò quod maius est,ẽt si quispiam ante missionem in curatelam prodigaliter eo modo contraxisset,is releuandus ueniret ad restitutionis beneficiũ,aut p l.2.C.de rescindend.uẽdi.subueniendus.Notatur in l.1.§. Pro filio,ad exordiũ,in uer.interdici.ff.de minorib. & Doctores in l.1.ff.ex quib.caus. maior. Angel.Aret. & D.Ia-
11 son,in d.l.Is cui † bonis. Postremò quãtũ attinet bona feudalia alienari nullo modo possunt nisi solẽnitatib. (quæ ad hoc requirunt)legitimè seruatis, p Inuestiturã corã paribus curiæ,à quib.ea feudalia tenẽtur. Qua hac solẽnitate prorsus omissa,inualida & irrita sunt, quæcunq; sine ea peragun tur.Istis tamẽ nõ obstãtibus, apparet de iure, dictũ patrem prodigũ effectualiter potuisse tractare de dote ꝓ sua filia in
12 matrimoniũ elocãda,De iure.n.clarũ & †notorium est,patrẽ obligari & debere,&de iure ad id cõpelli posse,testat.l. Final.ibiq; doctores. C.de dotis promiss. Et.l. Qui liberos,& ibi Bart.ff. de ritu nupt. dicit enim textus, d.l.Fin.
13 Neque enim leges incognitæ sunt,quibus,† cautum est omnimodo paternum esse officium ,dotem uel ante nuptias donationem, pro sua dare progenie. Liberalitas itaque talis manet

manet uera, & irreuocabilis, & puro nomine liberalitas, & debitum suam sequatur fortunam, &c. Et quod pater tenea tur filiam suam dotare tenent Doctores in Authentica. Sed quamuis dos. C. de rei uxo. actio. Ego si præfatus pater obli gabatur dotare suam filiam, eam dotando, ac promittendo ei in dotem dare nonnulla bona, duntaxat fecit id quod te-
14 nebatur & obligabatur † facere. Et quisquis suum debitum exoluit (ut est in uulgari prouerbio,) is nõ prodigit nec mi nuit: sed sua bona amplificat & auget. Nec omnino credendum uidetur decretum illud (quo dictus pater in curatela fuerat positus, edictoque publico proscriptus) extendere ad prohibitionem dotis, scilicet ut pater licet in multis alijs prodigus, in hac tñ causa frugi, & sapiens, non suam posset dotare filiam. Et quamuis certè idem decretum eo se exten disset, ex mente tamen Iudicis adhuc huiusmodi decretum in tam fauorabili cã, suũ effectũ sortiri non deberet, sed tan quam inefficax & nullum à Iudice declarari posset, qđ hãc clausulam aut similem non habeat additã, non obstante iuris dispositione, quæ dicit: Patrem debere dotare filiã suã. Ita notatur per Glos. in uerb. ualere, & Doctores in autenti-
15 ca: hoc inter liberos. C. de testa. ubi dr̃ † quod rescriptum contra legem indultum, non ualeat, nisi dicatur: Non obstã te tali ac tali lege, &c. Est præterea & alia ratio, in fauorem dotis contra prædictum decretũ, scilicet, Quod nec fuerit, nec est in potestate & auctoritate Iudicis cum suo decreto
16 derogare dispositioni iuris præallegati † disponẽtis, Patrẽ teneri filiam dotare. Nam talis derogatio ad solum spectat principem. Quocirca etsi præfatũ decretum clausulam dero gatoriam præallegatam contineret, esset adhuc nullũ & inef ficax, tanquam à non habente auctoritatem legis tollendæ uel derogandæ positam. Quas ob causas, si præfatus pater te nebatur filiã suam dotare, consequitur necessariò, quod & tenebatur sua bona alienare (si hoc alienare esse uelis, & nõ po tius iustissimè usurpare, & in rẽ dignissimã, & iustissimam expendere) quibus filiam suam dotando prudenter eloca-
17 ret. Alienatio enim † hæc in filios prorsus est necessaria, ut inquit l. In suis. ff. de liber. & posthu. Et si (ut dixi) hæc alie-

natio est necessaria, igitur à iure non uř esse prohibita, aut prohibenda, sicuti uult l. Alienationes. ff. famil. hercis. Et quod notatur in .l. Si quis prioris. §. Si quis certū. C. de se-
19 cund. nupt. † Et si uerius, ac æquius rē considerare uelimus non dicendus est in bona sua alienare, qui inter coniuuctam personam confert, ut Alexander Imperator in. l. Voluntas pr̄is C. de Fideicom. Ad hoc facit quod notatur in Authét. de rest. fideicom. §. Manifestū, &. l. In suis. ff. de Liber. & posthu. præallegat. &. l. Nihil. C. de usucap. pro hæred. Itē in hac causa tam æqua, & in quauis alia (ut certius de casibus
20 obueniētibus iudicetur) † semper cōsideranda est causa, ꝓpter q̄ pater in curatela fuerit positus, quæ profectò, hæc est, ne sua scilicet bona dilapidaret, & ne ijs prodigaliter dissipatis, tandē in grauissimā redigeretur paupertatem, ac rerum omnium egestatē & penuriam, ut statuit. l. His qui. §. 1. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. Sed in hoc casu memorato ꝓrsus hæc causa, & periculum cessat: & cessante causa, meritò cessare debet & effectus, uulgatissimo in c. Cum cessante, de appella. in antiquis. Quod autē in ꝓdicto casu, nec prodigalitatis ratio, nec ēt futuræ ègestatis periculū prætexti pote-
21 rint, ex duobus manifestū est. † Primò em̄ pater per prædictā alienationem, & filię suę dotationē, non dicēdus est sua (ut diximus) dilapidare, sed potius cōseruare, utiliter expēdere, & qđ maximè ex paterno officio efficere debebat, sapienter ꝓstare, & suū munus & officiū diligentissimè adimplere, & à naturali debito sese liberare. Quisquis aūt debitū suū fideliter exoluit, is sua nō dissipat, sed cōseruat. Secūdo in hoc casu nullum egestatis periculum rōne talis dotatio-
22 nis patri metuendū fuerit. † Quia hac in re pr̄i satis per leges ꝓspectum est, quibus filij, ac filiæ parentes (si postea egere acceperint) alere, alimentare, seruare, ac ab egestate defendere debent, ſm. l. 2. C. Qui ætat. uel profes. se excus. li.
23 10. Bal. in. l. Qui se patris. C. unde lib. † Et ut filius dr̄ possidere, possidente patre, l. Isti quidē. ff. de eo quod met. caus. Sic & pr̄ lege naturali, & legibus humanis dicendus ēt pos-
24 sidere, quę possident † filij aut filię, s. in casibus necessitatis, ac egestatis, de quibus nunc sermo est. Præterea prædictus

pa-

pater prodigus dando filiæ ſuæ nonnulla bona ,non uidetur alienaſſe,qñquidem permittit pr̃,& dat filiæ id, quod ad ipſam pertinet. Nulli aũt perſonæ in curatela exiſtenti interdictũ eſt,alteri dare,quod ad ipſum modis omnibus pertinet, Imò perſpicuũ eſt,ſi tutores dicti prodigi uoluiſſent impedire dotationem filiæ ſuæ,prodigus pater, & ipſa filia potuiſſent coegiſſe ſuos curatores ad conſentiendum,in hanc tam æquam & dignam dotationem . Et ideo tantò magis potuit dictus pater prodigus ſine conſenſu uel auctoritate ſuorum curatornm,filiã ſuam dotare,& tradere illud,quod contractu antenuptiali ,pmiſſum fuerat. Alia prætere a ratio occurrit manifeſtiſſima,pro fauore dotationis filiæ à patre prodigo,hæc,
25 †Pater quantumuis prodigus, iure naturali tenetur alere ſuã filiã,igitur & eandem dotare tenetur, quoties eam elocare ſtatuit, nempe
26 † ut per talem dotationem ſeſe quodammodo ab ulteriori alimentatione redimat, & eam in futurũ generum trãsferat.
27 † Atq; hinc fit ut doctores alimentationem & dotem pari iure cenſeãt Baldus in l. Neq; mater C.de iure dotiũ. Vlterius ex hoc argumento nr̃am ſic elicimus cõcluſionem,per Entymema dialecticum . Pater ẽt ,pdigus filiã ſuã alere põt,imò dẽt,citra ullũ curatorũ ſuorũ cõſenſum,igit̃& filiã ſuã citra curatorũ ſuorum cõſenſum dotare põt,& debet.Et quãuiſs allegetur prodigum contrahere non poſſe,per gloſ.in uerb.lege,in l.1.ff.de cura.furio. Hoc intelligendũ eſt ſic,quod non ſit permiſſum facere contractus ſibi dãnoſos,quia cõtractus per eũ utiliter geſti, ualent,ut notatur per D.Iaſonẽ,in ſæpe allegata.l.Is cui bonis in.1.notabi. ff.de uerb.obligat.In caſu autem prædicto,Pater prodigus nõ prodigaliter , ſed utiliter cõtrahere dicendus eſt, q̃d per dotis collationẽ ſibi generũ & filiæ maritum acquiſiuit.Imò & medium, & occaſionem ſibi comparauit, per quam & filiæ, & ſibi proſpexit , ſi ipſum ad inopiam redigi contingeret, ob id quod filia iſthæc cũ ſuo marito patrẽ in neceſſitate alere deberet,ut paulò ante mõſtrauimus. Quod aũt ſupra diximus prodigũ furioſo æquiparari,&c.Dicendum eſt id quidem uerùm eſſe,quo ad diſſipandũ , ſiue oblıgãdum inutiliter.Secus uerò quo ad ſtipulandum , ſiue ac-

acquirendum,aut utiliter obligandum.Ita D.Iason in prædicta.l.Is cui bonis in 6.notab.Et ideo ubi uidetur præfata antenuptialis promiſſio ſeu contractus,propter ipſius immẽſitatem reſcindenda eſſe,aut reijcienda, ad id reſpondendũ erit,quod licet pater cõſtituat filiæ maiorem dotem,quam debeat ant liceat,non poteſt tamen ob id Iudex eam reuocare,neque uenit ab eo reſcindenda,ſicuti textus expreſſus eſt,in præallegata.l.Finali.C.de dotis promiſſ.Et D. Philipp.Decius,ſuis in conſilijs,conſilio xxxv.in fine. Et ſic nõ habet hic locum.l.2.C.de reſcindend.uenditio. ſæpenumero præallegata.Cæternm hic obſeruandum eſt ad illud ſæpe allegatum. Patrem de iure teneri dotare filiam. Id non uniuerſaliter eſſe intelligendum.Nam quamuis officium patris ſit,dotare filiam,per iura latius prolixiusq; ante allegata,hoc tñ intelligendũ eſt in filia nondũ nupta, ſecus enim ſit in filia iam nupta aut defuncta,ut per Bartolum in quæſt. incipiẽt. Mulier habens amplum patrimonium per tex. in §.Si mulier,in Anthentic.de nupt.collatio.4.& cæt. Quocirca non ualet hæc conſequentia.Omnis pater tenẽt dotare filiam.Ergo & præter prodigus tenetur aut poteſt dotare quamlibet filiam,abſque auctoritate curatorum, per regu-
28 lam,†Nam ante omnia prius de habilitate & qualitate perſonæ,& filiæ,& patris quærere debemus,ſecundum.l. Si q̃ramus.ff.de teſtament.Notant & hoc recẽtiores in Rubric. C.Qui admittit.ad bonorum.poſſ.poſſ.Dicunt enim quod iſte pater prodigus(ſolennitatibus ad hoc requiſitis publi-
29 cè proclamatus)† nõ potuit ſolus abſque authoritate curatorũ filiæ ſuæ dotẽ cõſtituere,ob id quod hoc nõ reperiaẽ iure
30 cautũ.†Et ideo ſub regula remanendum eſſe cenſent, ſcilicet:Quod prodigus nihil ualidè poteſt alienare uel promittere ſine auctoritate. Imò non ſolum non poteſt prodigus quicquã à ſe alienare,qui ne promittendo quidem ſeſe obli
31 gare põt.† Et quãuis promiſſio,uel obligatio,non ſint omnimoda alienatio,aut patrimonij diminutio, tamen prohibito aliquo,intelligitur prohibitum oẽ id,per quod ad illud ꝑuenitur,tritiſſima.l.Oratio.ff.de ſponſalib.D.Iaſon in d.l. Is cui bonis in.4.notab.Sic à ſimili cauſa prodigus cui legi-

timè per sñiam Iudicis cum causæ cognitione fuit bonis in-
32 terdictum (ut hic)† nō pōt pro aīæ suæ salute legare magnā
sui patrimonij & substātiæ parté, eāq; relinquere ecclesiæ,
tametsi id facere cupiat in causa pia & fauorabili per D. Bar
tolū eiusq; sequaces, in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. ubi inquit, q̄ prodigus tanquā inhabilis ex defectu surgente à rōne uel iure naturali, non possit ad pias causas testari. Eā quoque opinioné ēt tenent Pet. de Ancho. & Ioan. Immolensis
33 in. c. † Quia ingredientibus, de testa. ubi expresse tenēt, & firmāt prodigū non posse testari, ēt si relinquat ecclesiæ,
34 quia † ꝓhibitus alienare, non pōt alienare in ecclesiam, allegant notata per glosam, in l. Si ita quis §. ea lege. ff. de uerbo. obligat. Tenet & Baldus in d. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. quia non hēt administrationē bonorū suorum, ergo minus poterit (maximè sine consensu, & auctoritate curatorū) doté
35 filiæ suæ constituere. † Præterea ob eandem rōnem prodigus non pōt testari, ne inter liberos quidem, quia solum re-
36 peritur dispensatum, quod † defectus solennitatis non uitiat testamentum inter liberos: uti placuit, uulgatæ. l. Hac cō sultissima §. ex imperfecto. C. de testa. necnō. l. Fin. C. famil. hercisc. Atq; hoc argumēto utitur Baldus in Repeti. l. 1 C. de sacrosanct. eccles. in 1. q. dum quærit, An dānatus ad morté possit testari ad pias causas, hoc argumento ēt utunt. Pet. de Ancho. & Ioan. de Imol. in d. c. Quia ingredietibus,
37 de testa. in ea. q. † Qua quærūt, An testamentū imperfectū ratione uoluntatis, ualeat ad pias causas? Et ideò tātò magis ualida sunt argumenta prædicta, quibus ostendimus Prodigum citra authoritatem curatorum non posse ꝑ se cuiuis filiæ suæ, & qūocunque uelit, doté constituere. Nā si talis ꝓdigi uotū & mentem proprius introspicias, statim animaduertes ipsius indignā, indebitā, & imprudentem dotis promittendæ uoluntatem, qui potissimam, & maximam bonorum suorum partem in filiam transfundere cupiat. Quod si ipsi facere fas esset, non prudenter sed stultè, & prodigaliter rursum faceret, filiā suā taliter dotādo, & seipsum depauperando, Actus eñ talis satis indicat nouā, ipsius prodigalitaté, & ob id ipsius quoque promittētis inhabilitaté. Sicut in

simili

simili(inquit)Bald.in.l.Furiosum.C.Qui testa. facer. pos. cũ similib.Nec huic refragatur,si quis dicat, quod præfatũ decretũ,statutũ seu proclama,sese non extendat ad casum ꝑ
38 senté,&c.† Quia illud statutum, decretum aut proclamatũ factum & celebratum cum soleunitatibus ad hoc necessarijs (ut hic)generaliter & in terminis generalibus loquit̃, ac ẽt prohibitiue,ergo & generaliter & prohibitiue dẽt intelligi. l.1.§ generaliter.ff.de leg.præstan.c. Solite ex̃ de maio. &
39 obed.†Et quia statutum,decretum,aut proclamatum nõ distinguit,sed indistinctè disponit: ideo nec nos distinguere debemus.Textus est passim ad hoc allegatus,in.l. de ꝑcio. ff.de publi.in rem actio cum haud dissimilib.iurib.Itaq; ca
40 sus non exceptus debet manere sub† regula, per iura ad hoc uulgatissima.Quod aũt supradictũ ẽst,nequaq̃ fuisse aut esse in potestate Iudicis,suo decreto derogare iuris scripti dispositioni,disponenti,Patrem teneri filiã dotare, sed id solum ad principẽ spectare,&c.id à ueritate prorsus alienũ est, si
41 iura introspiciamus.† Certùm enim est,statutum posse limitare,restringere,& tollere ius commune & scriptum, iuribus ad hoc uulgatissimis,quorũ meminerũt Dñi Feli.Bar bat.& Panor.in.c.1.de Rescript.In hoc itaq; præsenti casu tantùm limitatur & declaratur ius commune & scriptum. Non ẽm prohibet statutũ,ne hic pater prodigus omnino dotet filiã,sed ne dotet citra authoritatẽ curatorum. Nã si id faciat cum curatorum authoritate,cessat statutũ, & sic superior obiectio soluitur.Porro quod spectare ur̃ ad iura prius allegata,mentionem facientia de alienatione necessaria in filios,&c.Respondendũ est eadem iura esse ƒm hanc limitationem intelligenda,scilicet quum illa alienatio necessaria, fit à persona habili,& non ab inhabili,hoc est, non à prodigo,qualem hactenus depinximus.Nã à tali inualida est alienatio,nisi curatorum accesserit authoritas. Præterea illa iura intelligenda sunt in actu ultimæ uoluntatis,dummodo pater etiam tunc sit habilis, & ƒm has limitationes,& intelligentias prædicta iura non obstant.Cæterum omnia allegata per actorẽ bene procedũt in parte habili uel inhabili, ẽt
42 prodigo, dotante tñ † filiam cũ curatorũ authoritate, quia

semper

ſemper & ante omnia actus omnis debet ſubſiſtere ex perſo narum,qualitate,alioqui erit inualidus. Pater enim prodigus tam peccare poteſt in dotando filiã exceſſiuè, quàm in alia quauis alienatione. Et tũc ſtatuti uigor non clangueſcit: quin potius ipſum corroboratur,per illud Eccleſiaſtici, capi
43 te trigeſimotertio.†Melius eſt enim,ut filij tui te rogẽt, ꝙ te reſpicere in manus filiorum tuorũ. Reliqua eodẽ loco ꝑlege. Cæterùm ubi dictum eſt, ꝙ bona patris cẽſentur eſſe filiorũ,&c. Perfacilè ad id reſponderi poteſt, id quidẽ uerũ eſſe,non propriè,ſimpliciter,& in effectu,ſed tñ quoad ſpẽ
44 & expectationẽ.† Et ideo filius nõ põt paciſci de bonis patris,patre uiuente, quod ea necdum habeat.l.fi.C.de pactis cum innumeris ſimilibus iurib. Quocirca ſuperius argumẽtum,quod colligit quemuis prodigum pro ſuo arbitratu ꝙlibet filiã dotare poſſe,ex eo, quod bona parentũ cenſeantur eſſe filiorum,prorſus eſt inualidum. Sic etiam inualidũ erit,ſi aduerſarius quiſpiam quemlibet prodigum tueri conabitur,& argumentetur ab alimentis,ad dotẽ,ſic, Pater ꝓdigus filiam alere tenetur,ergo & eandem dotare tenetur.
45 †Ad hoc.n.dicẽdũ eſt,quod non ſit utrobiq; eadẽ ratio. Pater eñ prodigus alendo filiam nihil alienat, & non decipitur. Exceſſiuè uerò eandem dotãdo,decipitur, & ſua alienat,unde ipſemet in ſenectute uiuere poſſet. Quãbrẽ ſic ſua citra curatorum conſenſum alienãs,irritũ facit, & inualidũ,
46 & ſic nõ eſt bonũ in iure argumentũ †ab alimentis ad dotẽ, ubi eſt diuerſa ratio,ut per clariſſimum uirum D. Nicolaũ Euerardi præſidem,in loco ab alimentis ad dotem,ad finẽ. Porro ubi aduerſarius nitebatur ſoluere illud allegatũ, prodigũ contrahere non poſſe,&c. Intellexit hoc de contractu dãnoſo,& non de utiliter geſto,&c. Hic aũt contractus pr̃is prodigi,potuit eſſe damnoſus, & maximè caſu quo promiſſio dotis exceſſiua(cuius nunc uertit quæſtio) ſuum ſortiatũ effectum. Et D. Iaſon in loco ab aduerſario allegato, loquitur in caſu,quo nullum damnũ poſſit habere ipſe prodigus, & ſic hic,& ibi argumenta ſunt diuerſa, non aduerſa. Verũ enimuero,ſi pater nõ prodigus aut pr̃ prodigus cũ cõſenſu ſuorum curatorum, quamlibet ingentem & exceſſiuam dotem

tem constituat,ualida erit tunc ea constitutio & nullo modo rescindenda,ut cui non obstet talis dotis immensitas. Verũ ut generaliter loquamur,nulla bona nec mobilia,nec immobilia,nec feudalia,nec allodialia,nec ulla alia his similia poterunt ualide & efficaciter promitti,aut constitui in doté à patre prodigo, quia nõ solum prodigus non potest alienare, sed nec etiam potest se promittendo obligare,Nã licet promissio,uel obligatio non sit alienatio,aut patrimonii, diminutio,tamen(ut & dictum est ante) prohibito aliquo intelligitur prohibitũ omne id , per quod ad illud peruenitur d.l. Oratio.ff.de sponsalib.Iason.in d.l.Is cui bonis, in 4.notabili.ff.de uerb.obligat. Actor enim,scilicet,Gener , his uisis,pro se sumpsit aduersæ partis confessionem (inquantum pro se facit,alias minimè) qua confessi fuerunt præfati curatores prodigi in hac causa rei.s.patré de iure obligari & teneri dotare filiam.Nec aliquid operari,quod hoc esset intelligendum,de filia primum nubenda, & nequaquam de aliquando nupta. Manifestum est enim ibi præfatam dotis promissionem fuisse factam ante nuptiarum celebrationé ; imò ante aliquam obligationé matrimonialem , prout apparere potuit per dotale instrumentum,Et actor hic non agit ut sua uxor dotetur, sed ut reus condemnetur tradere dotem promissam,finatq; ipsum eam dotem complecti, ob id quod sustinuit & pertulit matrimonij onera,tenendo eam & sanã & ægrotam uestiendo, atque id genus alia ad eum statum per-
47 tinentia & spectantia, † Nam de iure,si dos fuisset promissa,& non soluta, maritus uxorem alere non tenetur, per Bal. in d.l.Fin.C.ad Velleia.Imò ne maritali quidem affectu eã prosequi tenetur.Bald.in l.de diuisione.ff.solut.matri.& in l.Pro onerib.ff.de iure dotium. Ad hoc autem ubi procuratores rei sustinent patré teneri ad filiam dotandam, idq; fieri non posse,per patrem prodigum sine curatorum authoritate,&c.Dicendũ est , quod in rebus quas aliquis necessariò facere tenetur & obligatur,non est necessarius,nec requiri-
48 tur consensus aut curatorum authoritas,† ob id quod de iure pater ipse cogi posset,etiam inuitus,ad dotandum filiam, per.d.l.Qui liberos.ff.de ritu nupt. Ergo si ad hoc cogi inuitus

tus poteſt, non requiritur conſenſus nec au&oritas, quia ſiue conſenſus interueniat, ſiue non, poteſt in omnem euentũ pa ter ad id cogi. Quamobrem ſi ipſe pater poteſt ad dotatio nem cogi, poterunt ſimiliter & cogi ipſi prodigi curatores, ad conſentiendum in eam dotationem, hoc eſt, ad id, ad qđ pater prodigus iure tenebatur & obligabatur, nõ obſtante ul la curatorũ oppoſitione ac contradictione. Imò deberent dictam dotationem, ratificare, & approbare, necnõ tenere eam tanquam ratificatam & approbatam, ob id quod per talẽ do tationis actum, negari ab actore genero poſſit pater eſſe pro digus, aut in curatela poſitus. Sed potius contra quod tẽpo re conſtitutionis præfatæ dotis habuerit liberã adminiſtrationem ſuorũ bonorum, ea dando in cenſum, emendo, uen dendo, locando, conducendo, necnon alios contractus celebrando, nõ ſoluentes debitores in ius uocando, inſciis & inconſultis ſuis curatoribus: Aut negare poſſet. Gener patrem fuiſſe tẽpore conſtitutionis dotis in curatela, ſaltem ſibi acto ri genero tunc non conſtitiſſe quicquam de ſoceri curatela, aut illius certã notitiam habuiſſe. Deinde replicare Gener poterit. Tametſi ſocer prodigus proclamatus fuiſſet, quod habuerit tamen liberam adminiſtrationem omnium ac ſin gulorum fructuum ſuorum bonorum, tam mobilium, q̃ immobilium, feudalium, & allodialium. Ita ut ad minus liberè potuiſſet diſponere de fructibus. Sic ut quamuis non potuerit alienare ſuorum bonorum proprietatem, tamẽ licitum ei erat diſponere de fructibus, & id genus aliis, ipſis quidẽ annexis. Quare ex his inferet quod debeat præfata dotatio ſuũ effectum ſortiri, inquantum fructus dotis promiſſæ concernat, ne illa dos ſit uel inofficioſa, caduca, aut nihili: & hoc
49 propter dotis fauorẽ, † pro qua indubiò ſemper eſt iudican dum. c. fi. extra de ſentent. & re iudic. facit textus in l. 1. ff. ſo lut. matrimon. Item quando aduerſarius infert ſic. Prodigus alienare non poteſt, igitur nec dotare poteſt: ad hoc reſpon dendum eſt, quod hoc intelligendum eſt, de extraneo prodigo, cui adminiſtratio uel alienatio interdicta eſt, Nam ille non poteſt, ſine curatorum conſenſu, dare ſua bona mulieri extraneæ in dotem, ut alteri nubat. Secus autem cenſendũ

eſſe

esse monstrat ratio naturalis in patre dotante filiam. Nam quamuis extraneus non tenetur dotare extraneam, pater tamen tenetur dotare filiā, & hoc iure naturæ: atq; sic dotan-
50 do, pater dicitur soluere† debitum naturæ, quemadmodū ait Bal. in l. Si pater. C. de dot. promiss. & non est liberalitas,
51 quando naturæ debitum† soluitur & in l. unica. C. de impo nend. lucra. descript. lib. 10. uti in casu subiecto, ubi dotauit prodigus suam filiam unicam, promittendo ei præfata eadē bona, (de quibus orta fuerat quæst.) ad quæ iure successionis uenire debuerat. Quo autem loco curatores prodigi supra subnectunt, prodigum furiosis æquiparari, ac propterea non posse contrahere, uel promittendo se obligare. Respon dendum id non procedere in omni casu, quia prodigus bene
52 potest † matrimonium potest cōtrahere, etiam sine curatorum consensu, poterit etiam sese bene & efficaciter obligare sine curatorum cōsensu pro dote, quæ dos est sequela ma
53 trimonii, & idem ius est in accessoriis, † quod in principali
54 argu. l. † Inter. §. cum interdicatur. ff. de pact. dotalib. Cum uerò rei allegant, quod sicut prodigus non potest pro anima sua, & in pias causas legare, ita non poterit citra curatorum consensum dotem suæ filiæ constituere Dicendū, diuersas esse in iure Doctorum opiniones contrarias. Nempe prodigum posse legare in pias causas, etiam sine curatorum cōsen su. Sed ut largiamur quod nō posset legare in pias causas, tamen non sequitur, quod non possit dotare filiam suam sine curatorum consensu, quia non tenetur neque obligatur quis legare in pias causas, sed tamē pater tenetur & obligatur do
55 tare filiam suam, † per iura supra allegata. Præterea legare est liberæ uoluntatis, sed quod pater dotet filiam est meræ
56 necessitatis. † Nam ad hoc potest etiā inuitus cogi. Ad hæc est causa dotis fauorabilior, quam alimentorum uel etiā pia causa. Vt per Baldum in l. legatum. C. de condit. insert. Vel
57 sic responderi potest, quod intersit Reippblicæ, † mulieres & uirgines esse dotatas, ut facilius maritum inueniant. Sed dicto prodigo fuit interdicta alienatio in particularē profe-
58 ctum ac utilitatem sui. Et de † iure profectus ac utilitas cōmunis necessario præfertur particulari. Ita Bald. in Authen

tica.

ticà. Res quæ. C. Cõmunia, de lega. Quo circa prædicta interdictio (inquantũ facta fuit) contigit non solum in fauoré dicti prodigi, sed etiam in fauorem & commodum dictæ filiæ suæ, utpote ad eum finem, ut pater prodigus aliquid sibi retineat, partim ut filiam suã nuptui tradat, partim ut ipsemet habeat unde in senectute uiuat. Ideóq; quod dictus prodigus promisisset litigiosa bona filiæ suæ, in hoc sequutus est effectum & finẽ, propter quẽ interdictio ipsi facta fuisset, hoc est, ad finẽ, ut sua filia nuptura quicq̃ nancisceret. Quocirca quicquid dedit aut ꝓmisit dictus prodigus in dotẽ suæ filiæ, id omnino præstare obligatur. Atq; ob hãc causam negant curatores prodigi rei, aliquã confessionẽ fecisse, sibiipsis prçiudicialẽ aut nociuã. De in ubi actor duplicando, meminit promissionis dotis & dicit, quod ea facta fuerit ante aliquod matrimonij uinculum, uti constabit si opus fuerit per instrumentum dotalitium. Dñi rei id expresse inficiabuntur, & dicent quod id non cõstabit, potissimũ ut iura, consuetudinẽ, aut usum inclitæ Ciuitatis Brugẽsis sequãtur. In qua nõ solũ prodigus, sed ẽt sui curatores sẽpꝑ fuerunt, & sunt adhuc incolæ & ciues. Et in qua dotis promissio, (ut auctor fatetur) stipulata fuerat à notario publico, & sic corã & à nõ Iudice, siue Iudice incompetenti, argumento glossę notabilis in uerbo. Scd̃m in fine institu. de obligat. in. §. 1. Quę glos. Bald. teste, il. Actori. C. de reb. credit. In aliis aũt ciuitatib. nõ fit ita publica stipulatio. Verũ non rarò constituuntur à patre prodigo dotes in absentia curatorũ & sine eorum consensu, aut authoritate, aut sine ullo propinquorũ permissu aut consensu, quæ tamen omnia ad talẽ actum ac dotis cõstitutionẽ prorsus sunt necessaria, adeò ut eorum omnium, aut singulorũ omissio, totum actum infir-
59 met, nulliusq; momenti efficiat. Paria. n. †sunt iure: Aliqd non facere, & aliquid facere, non tamen debito modo, hoc est omissis omnibus aut quibusdam ad actu necessarijs. l. 1.
60 §. Quod ait Prætor. ff. Quorum leg. †cum similib. iuribus. Similiter paria sunt. Nõ facere, & facere, sed malè & ꝑperã facere. Iason in l. Quotiés. ff. Qui satisda. cogant. cum aliis similibus iuribus uulgaribus. Et ideò instrumentum illud

præfati cõtractus antenuptiali(super quo actor sese fundat) quod per notarium stipulatum ac editum fuit in absentia, &
61 sine consensu,†ac authoritate curatorum,propinquorũ, & amicorum,illud(inquam) non solum de iure,sed etiam con suetudine,ac usu Ciuitatis Brugensis, censendũ est esse nullum,ac nullius roboris,& efficaciæ, sed tanquã æditũ & stipulatum coram non Iudice,sine consensu,auctoritate, ac in absentia curatorum,propinquorum & amicorũ, sine quibus omnibus,aut aliquo illorũ fieri non potuit.Certũ enim est, prodigum maximè publicè,iuxta morem & ritum Ciuitatis Brugensis proclamatum(quod indubiè factum est)nullã om nino alienationem posse, aut potuisse facere aliquo modo, absq; curatorum auctoritate.l.1.ff.de cura.furio. Necnõ.l. Is cui bonis.ff. de uerb. obligat.cũ innumeris aliis iuribus. Ad hanc opinionẽ faciunt notata D.Bart.in l. Si quis mihi
62 bona.§.Iussum.ff.de acquiren.hæred.ubi uult.†Quod ubicunque in aliquo actu requiritur auctoritas,atq; aliquorum consensus,illo deficiente, actus est nullus.Huic etiã conue-
63 nit.†q̃d quãdocunq; requiritur aliquid ad essentiã, formã, siue substantiam alicuius actus,illo requisito deficiente, cor ruit totus actus,uulgata.l.Iulianus.§.Si quis in fine.ff.ad ex hiben.Sed hoc in proposito,curatorũ auctoritas, ac consen sus,necnõ eorundẽ præsentia,Iudicis cõpetentia,præsentia
64 necessariorũ propinquorũ,atq; amicorũ,†hinc inde necessariò iuxta morẽ & ritũ Ciuitatis Brugensis requirebantur ad hoc,ut dictus tunc & adhuc nunc prodigus,publicè,iuxta præfatæ Ciuitatis Brugensis,cõsuetudinẽ proclamatus,edictoq; publico proscriptus, ualidè potuisset cõstituere atque promittere filiæ dotẽ.Igitur curatorũ auctoritate, cõsensu, necnon eorundem atq; propinquorum & amicorũ præsentia deficientibus:(ut reuera defuerunt,) quoniam nunquam constabit de illis,aut illorũ aliquo:deficit actus & est nullus, quæ omnia,atq; singula requirebantur, & similiin actu ad-
65 huc requiruntur,tanquam solennitates, quæ sunt de forma actus,ideoq; censetur actus nullus, si non seruetur solennitas,aut si non seruentur solennitates.Ita Bal.in l.1.C. qui ad mit.ad bo.poss.pos. And.Barb.suis in consiliis,consil.12.in

3.co-

3.col.in 1.uol.Soci.suis in cōsil.consil.112.& in cōsil.172.
66 in 6.colum.uers.6.difficultates,† &c. His seruit, qđ in omnib.promissionib.& priuilegiis obseruari debent solennitates, de iure, cōsuetudine, aut usu necessariæ, per notabilē.l. Si qñ. C.de inoffic.testa. necnon Authent. Oēs peregrini, iuncta ibi gl. C. Cōmunia.de succes. Vnde dicere solemus.
67 † Non sufficit bonum fieri, nisi bene fiat, & alibi dicit glos.
68 Deum Opt.† Maxi.esse aduerbiorum & non nominū remu
69 neratorē.† Nec dubium est, quin inter oēs solennitates præcipua sit, præcedereq; debeat personæ habilitas, & idoneitas, per.l. Si quæramus.ff.de testa.ibi text. Si quæramus an ualeat testamentū, in primis animaduertere debemus, an is qui fecit testamentū, habuerit testamenti factionē. Et per.l. Vt gradatim.§.1.ff.de mu.& honorib. Ibi text. Si lege municipali cauetur, ut præferant in honoribus certę cōditionis hoīes, attamē sciendū est, hoc esse obseruādū, si idonei sint, & sic tales præferri poterunt, idq; sine alterius præiudicio. Quando autē dr̄ Patrem necessario teneri ad filiā dotandā, id intelligi debet, actū esse in casu subiecto, cū iuris ciuilis, uel municipalis solennitate, nēpe cū cōsensu, auctoritate, atque præsentia curatorum, propinquornm & amicorum, quę nunquam poterint constare inreruenisse. Quare, &c. Atque ob hanc rē licet demus dotationis actū præsenti in casu esse necessariū, uel uoluntarium, semper tamē necessaria est illa solennitas, id est, personæ habilitas & idoneitas per iura ꝑallega.& per hæc non est magni facienda actoris distinctio, quā nec probat, nec docet, quo ad subiectū casum. Deinde apertè cōstare potuit, imò notoriū erat, prodigū fuisse publicè proclamatum, omnibus ad hoc solennitatibus requisitis. Nec poterit actori suffragari, sua, (ut agit) ignorantia, quæ fuisset tpe, quo actor dicit dotē constitutā, prout adhuc est,
70 in curatela, edictoq; publico proscriptus, † seu proclamatus, cuius ignorantiā nullo modo prætendere pōt, quia qui cum alio cōtrahit est, uel esse debet, nō ignarus cōditionis eius, expressa & uulgata.l. Qui cū alio cōtrahit.ff.de reg.iur. Facit & cōfirmat hanc sn̄iam cōe hoc dictū, qđ in re quæ publicè agitur, nō habet locū ignorantia, imò ne præsumitur qui

dem ignorantia, quemadmodũ notat gl.in c. 1.de postulat. prælato. & in l. Sed etsi pupillus.§.de quo in uerb. Ne quis excusari possit ignorantia.Qui quidé text.semper ad hoc al
72 legatur.ff.de instit.actio.† Paria enim sunt in iure scire, & scire debere.l.Iulian.ff.ad S.C.Macedo.Notat Bal.per illũ text.in l. Si duo.ff.de acqui.hæred.cũ nonnullis iuribus mi nimè dissimilibus.Imò inquãtũ opus fuisset,cõstitisset acto
73 rẽ sciuisse prodigum in curatela fuisse.† Et sic ex prædictis claret,qđ cõtractus antenuptialis,seu is actus peccauit in for ma pp iudicis incompetentiã,& curatorũ,propinquorũ, & consanguineorũ absentiã,q̃ oĩa pro forma ĩteruenire debue rũt, ut hẽt pdicta cõsuetudo, & sic ubicunq; actus peccat in forma,nõ ualet principalis constitutio dotis, quoad pauper tatẽ, ideoq; minus etiam ualere debet quo ad usumfructũ,
74 per Regulam:Quando† actus peccat in forma,si non ualet, quod ago,ut ago, nec ualere debet, ut ualere põt. Text.est notabilis in ca. Vnico, & ibi Domi. Philip. Franc. notant. de postulat.prælat.lib.6. Facit ad hoc etiã argument.l. Lu-
75 cius.ff.de cõstitu. pec.† Vbi si nõ ualet principale debitum nec etiã ualet cõstitutũ.Et ad illud qđ actor argumentatur, qđ prodigus bene põt matrimoniũ cõtrahere,sine curatorũ cõsensu,ergo potest se obligare pro dote,sine cõsensu curatorum,quia dos est sequela matrimonii, & idẽ ius in accesso riis,qđ in principali. Respondent curatores prodigi,qđ nõ sequitur Prodigus potest cõtrahere matrimoniũ,ergo dota re,quia potest prodigus acquirere,sed non alienare, qđ pro digus furioso sit cõparandus,quod alienandũ,contrahendũ, & dissipandum.l. Is cui bonis, & l. Fulcinius.§.adeò. ff.ex quib.causs.in pos.eat.frequentissimè allegatis. Sed quod ac quirendum,pupillo cõparatur,d.l. Is cui bonis,& l. Si certi condictio.§.quando.ff.si cert. peta. Et sicut plæriq; omnes doctores sentiunt: qui etiã ad prædicta sic respondent. Qđ quãuis dos sit fauorabilis, quodq; intersit reipublicæ mulie res uirgines esse dotatas,ac quod publicum sit priuato cõmo dò præferendum,&c. Illa omnia ueniunt intelligenda,quan do dos est legitimè & ritè constituta, scilicet à patre habili, aut à patre prodigo cũ cõsensu suorum curatorũ atq; aliis so

lenni-

lennitatibus necessariis ritè obseruantis. Nõ enim sufficit ali qua esse bona uel utila, nisi bene, & legitime fiant, per prius allegata. Cui suffragatur & hoc, quod talis interdictio fue rat principaliter prodigo facta, ne ipse in egestatem deueni ret, & nullo modo principaliter fauore filiæ (uti actor prætẽ dit) profundendo bona sua excessiuè etiam in filiam (ut hic) ubi actor suo in libello plura petiit, quàm tres quartas bono rum prodigi, quod iniquissimum esse ratio ipsa conuincit. Qua de causa multo melius est, ut filii, aut filiæ, suos parentes rogent atq; ab illorũ patrocinio pendeant, q̃ cõtra, ut pa rentes suis liberis tanta largiantur, ut ipsi postea egeant, & egentes suos liberos rogare, & ab illorum opitulatione pendere cogantur. Tametsi hoc non raro, tamen euenire cõspicimus. Quod profecto tam indignum exemplũ magnopere est detestandũ. Prædictis solutionibus & hæc adiici potest. Quod tempore interdictionis dicta filia nondum fuerat na ta, quare minimè ob fauorem filiæ dicenda est principaliter dos constituta. Sed omissis tot tamq; uariis de dote hac con stituenda, opinionibus, & cõtrouersijs, ego negatiuã opinio
76 nẽ uerioré, ac tutiorẽ esse puto, qua censeo. † Patrẽ prodigũ, & in curatela cum causę cognitione (prout de iure ac etiã consuetudine) positũ, necnon edicto publico proscriptũ (qđ Doctores nominant, publicè proclamatum, palã in ualuis cũ riæ denunciatũ) filiæ suæ dotẽ promittere, dare, aut tradere, sine suorũ curatorũ consensu non posse, sed tñ cũ ipsorũ auctoritate, & consensu, ut supra latissimè demonstratũ est. Quamuis aũt de hoc argumẽto satis multa dicta uideri queãt tñ quia mihi hæc scribẽti materia quædã sese obtulit, non prorsus à proposito aliena, multumq; utilis atque usitata, libuit tamen eãdem longius protrahere, ac pluribus exemplis & resolutionibus explicare. Primo igitur à quoquam rogari posset. An pater teneatur dotare filiã, quæ sine eius cõsensu matrimonium contraxit? Ad hanc quæstionem diuersa diuersi sentiunt, & sunt opiones inter Doctores planè contrariæ: Alij enim partem tuentur negatiuã, tum propter iniuriam patri factam, cuius consensus requiri debuit. l. Paul. ff. de statu homi. & Iustinianus Imperator, institut. de nupt.

principio. Tum quia lis nulla esse potest inter patrem & filiã, uulgata l. Lis nulla. ff. de iudic. Tum quia pater non est
80 obligatus dotare filiã, † sed Iudicis officio dumtaxat com-
81 pelli potest. l. Qui liberos. ff. de ritu nup. † Sed Iudicis officium cessat, postquam uirum seu maritum reperit, seipsam
82 que maritauit. Tum etiã, † quia dos & alimenta equiparãtur, tritissima. l. Ob æs, iũcta glossa. C. de prẹd. minor. Sed
83 pater non tenetur alimentare filiam, † quando aliunde habet unde se alat. l. Si quis à liberis. §. Sed etsi filius. ff. de liber. agnoscen. Cùm ergo filia habeat maritũ is profectò eam alimẽtare obligatur. l. Si cùm dotem. §. Si autẽ in sæuissimo. iuncta gloss. ff. Solut. matrimo. cõsequitur ergo, ꝙ talis filia, à patre alimenta uel dotẽ petere non possit. Cæterum si pater filiam maritare distulerit, ad 20. annum usq; tunc eam nequit exhæredare, neq; alimenta ei denegare, etiam si postea in suum corpus peccet, aut si se liberè sine patris consensu, copulauerit. Textus in Autentica, Sed si post. C. de inoffi. testa. atq; textus unde. d. Autentica deprõpta est, in Autentico, ut cũ de appella. cognosci. §. Si uerò usq; ad 25. collat. 8. constituit. Ergo si non tanto tempore differat filiã maritare, & interim nihilominus filia moræ impatiens se alteri contra uoluntatẽ patris copulauerit, tũc Ius commune contrariã opinionẽm postulat, scilicet quod pater tunc non tenetur dotare talem filiam tam rebellem, & immorigerã. l. Quod uerò & in l. Ius singulare. ff. de legib. & huius opin. ac sententiæ fuerunt Bar. & Sal. in Auth. Res quæ. C. Cõia de leg. Ideq; Bar. in l. Obligamur. ff. de actio & oblig. Necnõ idem Salicetus, in. d. l. Qui liberos D. Panorm. in. c. accedẽs, de ꝓcura. in c. penult. de Rapto. atq; D. Matthęus Mathesilani, suis in singularibus, singulari. 106 incipient. No. quod si pater. Sed quantumlibet isti suam opinionem ex caussis tueantur, Veritas tamen cõtrariam opinionem mordicus seruat, quæ itidem rationibus, nec non & auctoritatibus infra scriptis corroborabitur, ac stabilie-
85 tur † Prima est, quia de iure canonico, ut filia matrimonium cum aliquo contrahat, non est necessarius ad hoc consensus paternus (tametsi cõdecẽs & honestũ foret, ut uterq;

contrahentium, eundẽ cõsensum à suis parẽtib. reuerenter exposceret, uti & Magnus ille Erasmus in Encomio matrimonij apertè confirmat, sed tm̃ eorum requiritur cõsensus, qui sese ambos matrimonio tradunt, quod ẽt confirmat, uulgatũ.c.Cũ locum extra de sponsalib.& matrimo.&c. Sufficiat.27.q.2.cũ innumeris aliis. Quocirca filia quę canonica pmissione utitur, ingratitudinis aut inobedientiæ uitium
86 haudquaq̃ dr̃ incurrere, † nec penã ullã meretur. Quęcunq; n. lege permittente fiunt, ea profectò pœnã nullã merent.
87 Textus est, q uulgo ad id allegatur, † in l. Gracchus. C. Ad leg. Iulia. de adult. &c. Qui peccat. 23.q.4. Correcto enim & excusato uitio, intelligitur etiam correcta & excusata pœ
88 na. not. c. Nõ debet extra de † cõsangu.& affini. iũcto c. De gradib. 35.q.8. Et quotiescũque desiit esse d elictũ, desijt & pœna uti uoluit D. Bartolus in l. in l. Decuriones. C. Ex qui bus caus. infra irrogat. Huic seruiunt etiam illa nota. in c. pe
89 nult. & final. de secund. nupt. Secunda † ratio est. Pater ad duo simul & copulatiuè obligatur: nempe ad filiam maritandam, & ad eam dotandam. d. l. Qui liberos, ubi est casus. Ergo si quando filia ipsius est associata uiro pater quidẽ ab uno nequaquã tñ ab altero est liberatus. l. Celsus. ff. de recept. ar
90 bit. &. c. Cum dilecti extra de † dol. & contum. Ad ueritatẽ enim orationis copulatiuæ, requiritur utramq; partem esse ueram. §. penult. institut. de hæredib. instituend. Necnon c. 2. cum ibi notatis, extra de rescript. cum infinitis aliis uulgarib. iurib. Tertiò istud auctoritatibus confirmatur, & in primis per iuris canonici glossam ordinariam, in c. Hoc sanctum. 32.q.2. & in c. de Raptorib. 36.q.1. Quę Glos. expressè uoluit, filiam quæ siue patris consensu uiro associata, seu nupta est, debere per patrẽ dotari, potissimũ quando nupsit digno, quod quidem minimè ẽt Archidiacono displicuit, in præallegato. c. de Raptorib. Necnon D. Ioanni Andreæ iuris canonici fonti, ac summæ auctoritatis uiro, in d. c. Accedens, in finalib. uerb. idq; ibidem sequuntur Dñi Antonius de Butrio, Ioannes de Imol. atque plærique Doctores alii. Istud idẽ etiã glossæ ordinariæ iuris ciuilis placuit in d. l. Obligamur, quam persequuntur & singularẽ censent Bald.

Ioan.Imol.Ludo.Rom.Alexãd.Imol.atq; nouissimi in l. 1. ff.Solut.matrimo.& Bald.in l.fin. C.de sentẽ.quæ sine certa quanti.& d.l.Qui liberos.eandẽ opinionẽ ẽt tenent Bal. Angel.Paul.Cast.Iason ac alij,in præallegata Authentica. Res quæ.& idẽ Bald.in c.iurauit,in 2. colum.de probat. & in Rub.de offic.Iud. 6.colum. Hanc opinionem tenuit etiã Raphael Cuma. atque secundum eam consuluit suis in consil. consi.131. incipien. Duo fratres habent bona communia. Imò plus uoluit Ioan. Imolen.in d.c.Accedẽs. Vbi ait.
91 Quod pater non possit exhæreditare †filiam ẽt nubẽtẽ indigno,aut eidẽ iustã denegare dotẽ.Impares.n.nuptiæ & indignis nubere nõ sunt exhæreditationis aut dotis subtrahendę causæ satis idoneæ,ac sufficientes. Huius opinionẽ sequitur D. Alexan.in d.l. 1.ff.solut.matri.Posset tñ pater ob indignã coniugij coitionẽ minorẽ filiæ constituere dotẽ, q̃ cõstituisset,si prorsus digno nupsisset. Verũ ob eã causã non licet patri filiæ indigno nubẽti omnimodã dotis numerandæ portionẽ denegare,nõ magis quã ob id eãdẽ exhæredi-
92 tare põt,ex quibus.n.causis filia possit exhæredari,† ex eisdẽ causis possint ei alimenta,& dos denegari, iuxta Glossã notabilẽ,in l. Si quis à liberis.§. Si quis ex his.ff.de lib.agnoscend.iuncta gl.p Bald.in Authentica Res q̃.Quũ ergo dicta causa,nẽpe q̃ indigno nupserit, minime sit hodie iusta exhæredationis causa.§.Causæ in Authentico,ut cũ de appellat.cognosci.colla.8.uti ẽt uoluerunt Host. Panor. & cõmuniter oẽs doctores in c. 1.de desponsa. impuber. ergo ẽt nõ est iusta causa denegationis dotis aut alimẽtorũ, licet (ut memini)minor dos cõstitui possit,lex.n.præsumit maritũ melius tractaturũ, si dotetur,quia mulier indotata à uiro
93 † memini cõsueuit .l.Vtrũ turpe,ad finẽ.ff.de uerb.oblig. Id quoq; maximè quadrat ad casum præsentẽ,in quo pater dicitur prohibuisse filiæ ne nuberet, neve sese ullo maritali cõiugio copularet.Tametsi interim elocãdæ filiæ patri multę honestæ & oportunæ occasiones& sponsiones fuissent oblatæ,utpote cuius filiã,multi honesti & digni ambiuerit, & in coniugẽ cũ æquis conditionibus poposcerint.Quibus pater immodicè tenax,& immittis assentiri in tempore uoluit

ſed dotis numeradæ æquã portionẽ, & occaſionẽ ſubterfu-
94 giens, elocationẽ filiæ ſemꝑ procraſtinare nõ † erubuit. In quo caſu pr̃ tacitè filiæ nubere ꝓhibet, qui elocãdæ filię occaſionẽ nõ quærit. Imò qui pulchras & æquiſſimas cõditiones ipſi oblatas cõtentioſè reſpuit, ut pulchè inquit text. in d.l. Qui liberos & ibi gloſ. cõmendando textũ ait eleganter nõ ſolũ, ſed & ẽtadmodũ ſignãter. Qđ is malũ aliquod face-
95 re uĩ, qui non ſtudet contendere ab bonum tali † malo contrarium, quod quidem uerbum ibidem magnopere commẽ-
96 dat Bald. † Mulieri .n. oportet nuptias accelerari, ne uratur, neve aliquid cõmittat turpius, & ſua parentela indignius, ut inquit Gloſſa ordinaria ĩ l. Oratione. §. 1. ff. de ritu nuptia-
97 rum. Sunt .n. mulieres ex numero earum † rerum quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, in quibus multa ſunt ſpecialia, quæ maturam elocationem depoſcant, ut habetur in l. Lex quæ tutores. C. de adminiſtratione tutorum. Cum ergo in caſu præſenti, præfata filia uiro digno, ſagaci, diligenti, ac in ſua arte experto nupſit, nullũ dubiũ, quin debeat à patre digna, æquaque dote ornari. Quod ſi impudens & inhumanus pater recuſauerit, poterit quidem tũc ad hoc ꝑ cenſurã eccleſiaſticam compelli, iuxta iura & auctoritates hactenus allegatas. Neq; his aduerſantur, quæ ſupra in contrariũ adduxiſſe uiſi ſumus, ueluti cum primo diceremus, qđ de iure
98 ciuili requiritur conſenſus † patris. Nã quãuis de iure ciuili requiratur cõſenſus patris, tñ de iure canonico, (cui hac in materia ſpirituali & canonica acquieſcendum eſt) conſenſus patris non requiritur, ac matrimonium per eam ſine
99 patris conſenſu contractũ tenet, † ſuumq; ſortitur effectũ. Et patri non facit iniuriam, qñ canonica utitur permiſſione, ut & paulò prius memini. Et dato, (non tamen cõceſſo) quod aliqua iniuria patri ꝑ præmiſſa fuiſſet illata, (qđ minimè tñ permittimus) eadem tñ offenſio & iniuria cenſebitur
100 remiſſa, poſtquã ipſe pater dictã ſuã filiã, † eiuſq; maritũ ad cœnam, cum alijs ſuis amicis uocauerit, ac cum eis hilariter genio indulſerit. Eo enim actu notiſſimi iuris eſt omnem remiſſam eſſe iniuriam. §. 1. inſtitu. de iniur. cum uul-
101 garib. Imò qđ fortius. Filia quæ in corpus ſuum † peccauit, ſi in

si in uita patris & ante ultimum conditum testamentum pœniteat, & se humiliet, exhæredari per patrē non poterit. Testatur D. Specul. in titulo. Qui filij sunt legitimi, uersic. q͂d si filia. Et D. Baldus in l. Si filia. C. de inoffic. testa. & Dn̄s Antonius de Butrio, in c. Quintauallis, de iureiurand. Addam ex hoc & quod maius est. Si in casu pœnitentiæ, pater
102 exheredare non potest, † nec dotem pœnitenti denegare non potest, sed potius eandem dotare tenetur, uti nobiscum censet D. Panormitanus, in dicto c. Quintauallis. Cui seruit quam optimè c. Ferrum. 50. distinctio. in quo habetur Redemptorem nostrum Iesum Christum, potius elegisse in suum uicarium Petrum peccatorem post pœnitentiā peractā, quàm alios. Non enim despici debet peccator pœnitens, aut ob id, quod peccator fuerit, quin potius ipsius pœnitentiæ congratulandum fuerit & ipsius resipiscentia amāda, ut qui iā alius sit effectus, quā fuerat prius, nēpe probus & bonus, ut d. c. Ferrum. Atque ob hanc causam dicendum est, patrem filiæ dotem denegare non posse, si in corpus suū non peccauerit, sed si matrimonium in facie sanctæ matris Ecclesiæ cum uiro digno cōtraxerit, & sic non obstant dicta iura ciuilia. Neq; etiā prædictæ huic opinioni nostræ aduersatur secundum, quia iste casus matrimonialis est unus specialis, in quo etiam potest esse lis inter patrem & filiam d. l. Qui liberos, quemadmodum sunt & alij plures casus, qui notātur in præallegata l. Lis nulla. Neque similiter dictæ opinioni nostræ aduersatur tertium, quia ut supra allegaui, pater obligatur ad duo copulatiuè. Ideoq; contra eum officiū iudicis implorari potest, ut patrem compellat, ut faciat duo copulatiuè. Pater enim liberatus ab uno non liberatur ab utroque, sed alterum remanet. l. Si domus. ff. de seruitu. uerba. prædio. sicuti cernimus in ligato duobus uinculis, quorū uno soluto, alterum remanet: ut notatur in c. Ita quorundā, de Iudæis. Quartum etiam non obstare demonstrabimus, quia non est bonum argumentum ab alimentis ad dotā. Li-
103 cet enim filia quando † aliundè habet unde se alat, nō pōt petere à patre alimēta, tn̄ filia diues, quæ hēt aliundè, quo se posset dotare, est nihilominus & dotanda à patre, textus est
insignis

insignis ac notabilis, iuxta gl. in l. fi. C. de dot. promissio, crebrò allegata, ibiq; id D. Baldo, necnon Angelo placuit, atq; eidem Angelo in l. A filia ad exordiũ ff. ad Trebellia. Huic sententiæ adstipulantur Domini Ludo. Roma. Ioan. Imol. Alex. & alij in præallegata l. 2. Et plenissimè hoc confirmat D. Iason in d. Authentic. Res quæ. in 4. ac 5. columnis. Hinc etiam notabiliter ait Bald. in l. Finali. C. de senten. quæ sine
104 cert. quanti. † Quod si testator suo in testamẽto relinquat centum filiæ suæ Bertæ pro ea maritanda, quæ tamẽ prius tẽpore conditi testamenti maritata fuerat. In hoc casu quãuis causa relicti testamẽti cessare uideatur, legatum tamen Berta habere debet, per l. Si iam facta ff. de condit. & demonstrat. Quintum similiter non obstat, scilicet prædicta Authẽtica. Si enim isthæc Authentica præssius perpendatur comperies eam solum permittere exhæredationẽ à cõtrario sensu, qñ filia ante 25. annum in suum corpus peccat, meretricaliter uiuendo, aut quando se copulat seruo, patrique inobediens, factum celat nil patri aperit, sed propria sua uoluntate, & consilio freta, clandestinas nuptias init, paternæ reuerentiæ oblita, quasi patrem despicit, ipsiq; ne semel quidem de suo facto loquitur. Dicta autem Authentica, & textus unde desumpta est, nõ loquuntur de hoc casu p̃senti, qui est de filia, quæ ante 25. annum sine patris cõsensu matrimonium contraxit, cũ uiro libero, digno, & fere æquali, in tali inq̃ casu quõ fuit, an tunc p̃r talem filiã exhæredare posset, aut eidẽ dotem denegare. Huic igitur casui nec Authentica, nec textus applicari possunt, ut cui non seruiunt, sed de alio casu loquuntur, ut iam dictum est. Imò glos. ordinaria in d. Authẽtica, Sed si post, nec non Ioan. Fabri, in suo Breuiario ibidẽ qui illũ textum interpretãtur, expresse aiũt, Patrẽ nullo modo posse filiã exhæredare, nisi uel peccet in corpus suũ, uel seruo se copulet, quorũ neutrum est in casu p̃senti. Qđ autẽ filia non possit exhæredari, quanto ante 25. annũ sine p̃ris cõsensu contraxit matrimonium, tenent Hostien. Panormit. & cõiter omnes Doctores, in d. c. 1. de desponsa. impuber. atq; Ioan. Imol. in c. Accedens præallegato, nec non D. Iason, in adducta frequenter Authentica, Sed si post. Et qđ

pater

pater eã dotare obligatur, illo prædicto casu non obstãte, sustinent oẽs glossæ ordinariæ, tam canonici quã ciuilis iuris, similiter & docto. non solũ Canonistæ, uerumẽt & legistę,
105 locis, passibusq; supra admodum latè cõmemoratis. Cum ergo hæc sit doctorum communis opinio, ab ea in iudicando nequaquã est recedendum, iuxta notata Ioan. And. atq; aliorum scribentium in d.c.1.& in c.Inuitans, de cõstitu. & Bart. in l. final. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. potissimũ cum pro hac opinione, (uti memini) sit glosa ordinaria, cui non solùm unus aut alter Doctor celebris, sed plærique oẽs adstipulantur, secundũ Iacobi Butri. doctrinam, plus satis commendatam, in l. 1 C. Qui pro sua iurisdict. quæ elegãter ha-
106 bet: † In iudicando non esse ab opinione glosæ recedẽdũ: quũ habet post se unum famosum Doctorẽ. Sed de his satis superq;, penè enim dilapsus sum in aliã materiã. Ad intermissam igitur prodigi materiam reuertamur, & alias non in
107 utiles qõnes discutiamus, quarũ hæc erit prima. † Quid si lege municipali, siue statuto, caueatur, (ut indubiè Brugis, necnõ alijs pluribus in locis cauetur, quod ẽt in huc usq; diẽ est in uiridi ac quotidiana obseruãtia) ne quis ulli prodigo crediderit summã pecuniarum excedentem quinq; solidos Parisienses, aut ullum contractum cum eodẽ prodigo ineat, similiter quinque solidos Parisienses, excedentem, hoc est, quinque grossos Flãdricos, idq; sub pœna solutionis ipsi creditori tantùm faciendæ ijsdem quinque solidis Parisiensibus, & non amplius etiam si centum libras eidẽ prodigo credidisset, aut quemlibet ingentẽ contractum cum eo peregis-
108 set. † Huiusmodi autẽ edicta municipali passim cernimus de bonorum suorum dissipatoribus frequenter euulgari, ipsisq; dignos curatores constitui, qui ipsorum bona frugaliter administrent, quũ ipsimet sua regere nequeant, secundũ
109 l. 1. ff. de cura. furios. Huiusmodi autẽ edictorum siue publicarum proscriptionum prodigorum fiunt eodem in loco, ubi reliqua edicta promulgari solent, & fere sub hac uerborũ forma. Ob sinistrum regimen. N. Domini Senatores dictum. N. suo interueniente cõsensu, aut deconsensu, & ad solicitationẽ ac requisitionẽ suorum propinquorũ, & amicorũ

posue-

posuerunt in curatela, edictoq; publico ut prodigũ proscripserunt. Qđ uobis hoc in loco notificari, & ad uestram notitiã deduci uoluerunt, quo nemo illi posthac credat, mutuet, aut cum eo contractum aliquem ineat aut celebret, quinq; solidos Parisienses excedentem, sub mulcta speratæ compensationis, & amissionis totius crediti. Porro si hic prodi-
110 gus † uxorem habuerit, hæc ipsa quoque Curatelæ simul, eodem loco, eodem tempore, & sub simili uerborum forma
111 publicè contraditur. † Sed in præsenti loco moueri posset qõ. An hoc præfatum statutum municipale, & alia similia à iudicibus cõstituta ualeãt, & obligent, non solũ in foro fori, hoc est iudiciali, uerumẽt, in foro poli, hoc est, pœnitẽtiali, aut aĩæ, sic ut prodigus in foro conscientiæ teneatur hmõi parere statutis? Vel, An huiusmodi statuta ipsum in consciẽtia ligent, & cogant? Omissa (breuitatis studio) disputationũ utramque in partem, & allegationum pompa, hoc pro ma-
112 iori notitia & certiori responsione † primò sciendũ est, qđ ciuitatũ rectores & magistratus certa statuta condere possint, uti habet D. Alexand. in. l. 1. in principio, post D. Bar. ff. Quod quisque iuris. Idem Alex. in. l. Quinta, ad exordiũ, ff. de uerb. obligat. Necnon in l. finali ff. de pœnis. D. Ang. in. l. Apertissimi. C. de Iudic. & in. l. 1. ff. de leg. & Doctores in. c. Vt animarum, de constit. lib. 6. cum infinitis alijs passibus haud dissimilibus, quos passus loco ac tpe oportunis qui
113 libet uidere & examinare prolixius poterit. † Ex his nunc colligitur, quod Magistratus & rectores ciuitatum Flandriæ non perperam faciant, neque præter consuetudinem aut legum authoritatẽ, quod subinde noua & utilia statuta cõdãt, & publicẽt. De quibus statutis hoc nunc respondendum censeo. Si magistratus talia statuta condere ob utilitatẽ reipub. possint, eadẽ quoq; in foro fori, & ẽt in foro poli pariter ligãt. Quod in foro fori ligent, testatur D. Panorm. in. c. A nobis primo, de senten. excommu. Nisi expresse reuocentur, ut est textus singularis ac perpetuò notandus in statutorũ ma
114 teria, in. c. fi. extra de offi. l. Vnde ẽm Fred. † suis ĩ cõsilijs consil. 16. etiã statutum factum à capitulo, sed uacante, durat creato nouo episcopo, nisi reuocetur per episcopũ creatũ

quod

quod patet argumento no. Ne præla. uices suas c. Vltimo,
115 quorũ publicatio est quoddã notoriũ,† qua probata, probatur statutum, secundum D. Bald. in l. 1. §. fin. C. de cadu.
116 tollend. Quod ẽt in foro poli & cõscientiæ † obliget d. statutũ. Adeò ut prodigus in conscientia obligetur dicto subesse, & parere statuto, testanter cõfirmat Bald. in c. In oĩ de
117 testibus. Qđ qui à lege humana excusatur † nõ peccat, nisi sit legi diuinæ contraria. Porrò si ea lex humana legi diuinę non sit contraria, ab eius obseruatione nõ exusatur, sed easdẽ in foro conscientiæ conseruare tenetur. Quantò magis illa statuta, quæ ob utilitatẽ reipub. aut ob salutẽ aliquorũ piè sunt instituta, in conscientia ab oĩbus sunt seruanda, iuxta illud. D. Petri. Obedite prępositis uestris, non tantũ bonis & modestis, sed ẽt discolis. Cæterũ hæc legũ humanarũ obseruãtia, ad publicã tranquillitatẽ potius spectat, q̃ ad strictam conscientiæ ligationem. Si enim humanæ constitutiones oẽs pariter ligarent conscientiam ad gehẽnam, ut præcepta diuina, sequeretur, quod omnis legum forma, & subtilitas duceret nos ad inferos, & legum scientia magis esset nobis dãnosa, sic ut eam perstiterit non constituisse. Et huius dicti Domini Baldi meminit Feli. in c. 1. colum. 13. de constitu. plura alia ex hoc dicto inferens, de quibus apud eundẽ uidere poteris. Adde ẽt quod not. in l. unica. in 3. co-
118 lum. C. de confess. Vbi uult quod statuta iuxta † prædictum modum etiam in foro cõscientiæ ligent, & seruanda sint, pro quo dicto est gl. notabilis ac ordinaria, in c. Quæ in ecclesiarũ, extra de constitut. & ibi Baldus in. 1. colum. ita notat dicens alibi non reperiri. Super hac re uelim quoq; uideas. D. Iasonem, in l. Si post diuisionem. C. de iur. & fact. ignor. colum. 3. ubi multa quæ ad materiam conscientiæ spectant elucidat. Consulè præterea eundem D. Iaso. in l. Nemo põt. ff. de le. 1. 2. in lectura. 17. & 18. colum. uers. Simili ter statuta Laicorũ, ubi se prædictã s̃m glossam, consuluisse cõfitetur. Ad hæc itẽ facit glossa illa ab oĩbus habita singula
119 ris, in l. Adigere. §. Quamuis. ff. † de iure patro. quæ dicit Statutũ quoad subditos illius loci, ubi uiget, apostolici statu
120 ti uim habere, † & quodãmodo exprimere unũquẽq; subdi

torũ a peccato, in foro etiam conſciẽtiæ. Si igitur ea ſtatuta obſeruata á peccato liberant, eadẽ quoq; non obſeruata, peccatis nos ligant. Pro huius itaque prędictæ gloſſæ declaratione, ſuadeo omnino uidendũ D. Iaſo. in Autentica, Sacramenta puberũ C. Si aduerſus uenditionẽ, colum. pe. quod conſuetudines & ſtatuta in foro conſcientiæ ſunt ſeruanda, placuit D. Bartholomeo á Chaſſaneo, Conſuetudinum Burgundiæ cõmentatori eximio, in tit. *Des droictz & appartenances.* §. 1. in uerb. *Ne peult faire*, numero 6. fol. 126. & eodẽ titu. §. 7. in uerbo. *Prochains parens.* numeris 23. & 24. folio 164. Cæterũ hic quęrendum eſt. An alicui ſuffragari poſſet credentis, mutuantis, aut cum prodigo, edicto publico proſcripto & proclamato contrahentis ignorantia, ſcilicet per quam ignoraſſe prætexit taliũ ſtatutorum editionẽ, aut ignoraſſe illũ fuiſſe publicè proclamatũ prodigũ. Ad q̃ quæſtionẽ prorſus reſpõdẽdũ eſt talẽ ignorantiam nulli ſuffraga

121 ri poſſe. Quia in eo quod publicè agitur non † habet locum ignorantia, neq; præſumitur iuxta Gloſ. notabilẽ, quã doctorum nonnulli laudant, & in cœlũ uſq; efferunt, in uerb. Allegans, in c. 1. de poſtul. Prælato. in antiquis, & in l. Sed & ſi pupillus. §. de quo. in uerb. Ne quis excuſari poſſit igno

122 rantia. ff. de inſtitu. actio. quæ lex perpetuò † ad hoc ĩ medium adducitur. Paria. n. ſunt in iure ſcire, & ſcire debere, l. Iulianus. ff. Ad. S. C. Macedonia. ſignatq; Bald. p eũ textũ in l. Si duo. ff. de acquirend. hæredita. Ideòq; in hoc caſu,

123 iuſtæ cauſæ ignorantia locũ nõ habet, † nec. n. neceſſe eſt, edicta publica ſingulorũ auribus inculcari, ut in c. 1. de poſtula. Prælat. in antiquis. Huic congruit textus Bald. applaudente in l. Diuus Claudius. ff. ad leg. Cornel. de falſ. quem ait eſſe ſingularem, necnon meliorem de iure, qui habet: Non dari ueniam his, qui ſe ignoraſſe edicti ſeueritatem, prætendant. Itaque nequaquam dicere conceditur. Ignorans mutuaui ac cum prodigo contraxi. Quod & placuit D. Bal. in l. 1. ff. de legibus ad exordium, præfatam legem Diuus Claudius, alleganti. Huius etiam meminit Domin. Anton. Corſetus, ſuis in ſingularibus in uerb. Ignorantia: incipit. Statutum diſponens. Hæc. n. ignorantia haud dubiè

 ſimula-

simulata, crassa, & supina censenda est, potissimũ in foro ciuili, & ea potissimum ignorantia qua prætexitur, se ignorasse illum fuisse legitime in curatela positum. Nã altera ignorantia, qua diceret se ignarũ fuisse de publicato illo statuto (ob id quod eo tẽpore peregrè egerit, aut apud exteros tunc uersaretur, &c.) nonnihil excusationis habere uidetur, maximè in foro conscientiæ. Atq; ideo etiã talis per ignorantiã deceptus admittẽdus est, ad probandũ, qđ talis edicti publici, siue cõstitutionis proclamatio ad ipsius notitiã nõ peruenerit, ẽm glossam ad notabilia, in c. ut animarũ crebro alle-
124 gato. Porro illud uulgatũ axioma, † quod dicit. Qui cũ alio cõtrahit, debet esse certus de contrahentis & cõditione, & qualitate, tritissima. l. Qui cum alio. ff. de Regul. iuris, ibiq; D. Philip. Decius. Hoc tñ locum habet in foro iudiciali, in quo oĩa certa & aperta esse conuenit. Et tantum de personis
125 ipsis, nõ de statutis & edictis publicis. Hinc † fit ut ille q̃ filio familias pecuniam mutuauit, mutuũ recipere nequit. Tametsi Senatusconsultũ Macedonianum refragetur, quia illũ
126 esse filiumfamilias scire potuit, † ẽm. l. Iulianus scribit. ff. ad S. C. Macedo. Et licet in foro ciuili habeat locũ d. Macedoniani exceptio, nequaquã tamen habet locum in foro animæ ac conscientiæ. Atq; isthæc est prædictæ quæstionis solennis decisio D. Innoc. in c. Pleriq;, de immu. eccle. in antiquis. Et Bart. in l. Cũ quis. C. de iur. & facti ignorant. Quin & D. Iason eandẽ decisionẽ refert in l. Arrogalti. §. Filiusfamilias, ad principiũ 1. colum. ff. Si certũ petatur, approbatq;
127 ibidẽ D. Innocentii decisionẽ. † Et idẽtidẽ de minore dicẽdũ est, uti notatur per glossam in l. Si Titius, in uerbo, ætatis. ff. de fideiussorib. Quinetiam de prodigo nequaquã absi
128 mile censendum est. Qui † enim prodigo mutuat, mutuum recipere nõ potest, nẽpe edicto publico prohibitiuo pugnante, & aduersante. Vnde præsumitur qđ ille qui contrahit,
129 † habere eiusdẽ prodigi qualitatẽ & notitiã debuit, ut no
130 tat Bald. per text. in l. In ciuilem. † C. de furt. Atq; ab hoc edicto ẽt Forensis omnis, exterraneus siue aduena sese excusare nõ põt. Obligantur enim oẽs hi conditionẽ eius cũ quo cõtrahunt, inuestigare ac perscrutari, prout notat Cumanus

suis

131 suis in cõsiliis,† consilio 26.incip. Cum statutum Paduæ. colum.1. At ista ratione etiam iusta, causa,à conuentionali pœna,minimè excusationem tribuit, quemadmodũ notabiliter tradit D. Alex.suis in consiliis,consil. 118.incip. Titulus quæstionis,colum.pe.lib.2. Ad hæc satis quadrat, quod signanter tradit Paul.Cast.in l.1.§.non autẽ in uerbo. Item
132 alias consului.ff.de exercit.† Vbi inquit se cõsuluisse: Qđ cũ duo mercatores inijssent, & fecissent societatẽ quinquennalẽ,qđ finito quinquennio,alter ex contractibus cũ alio celebratis non tenetur,neque obligatur,licet contrahentes finitam esse societatẽ ignorarent, quia perscrutari, seseq; de societatis qualitate informare debuerunt. Et licet præfatum
133 statutũ apud† imperitos & uulgi homines uideatur esse durum & asperum, tamen seruandum est, potissimum in foro ciuili,ut signanter ait D.Iason,in l..Filio pater,colum.2.ff.
134 de legat.Primò post Baldum, † in l. Acceptũ.C. de usur. Quæ statuta,nisi stricte seruarentur,æstimãda essent superuacanea,& inutilia, quæ tñ (teste D. Iasone notabiliter dicẽte,in l. Si constante.ff.soluto matri.) de uento seruire nõ debent,post Angel.suis in cõsiliis,cõsilio 62.incip. Titius de Florentia. Dixi in foro iudiciali prædicta statuta esse seruan
135 da.† Nã(ut & Theologorum optimi quiđ; censent)in foro diuino & conscientiæ crediderim præfatum statutũ,prorsus & etiam probabiliter ignorantes,(quibus licitum est,iustam ignorantiæ causam prætendere) nõ ligare. Cæterũ qui scientes prodigi curatelã, eidem prodigo temere mutuant, illi meritò datũ mutuum recipere non debent,nec reposcere, neque in foro fori,neque in foro poli. In eodẽ enim casu ipsis contrahentibus imputandum omnino est,si quid damni ex eo mutuò aut alio contractu consequantur. Et id homini Christiano securũ & tutũ esse debet. Sed ex hac quæstione nascitur alia quæstio, scilicet An ipsius prodigi confessio
136 ualida sit,an non? † Et quando ualeat?& quãdo nõ? Huius quidẽ quæstionis meminit subtilis D.Bald.in l.unica nu.51 C. de confes. eandẽ una aut altera distiuncula absoluens, ad quẽ breuitatis studio, unũquemq; eius resolutionẽ deside
137 rantẽ remitto.† Præterea hic alia succurrit quæstio. An tu

tor aut curator, alicuius actionis cessionē suscipere possit, cōtra pupillum aut minorē? Et si illam receperit an illa uti possit? Ad huius q. resolutionē, omissa allegationum pro utraq; parte congerie, quàm optimè seruit Authent. Minoris debitor. §. Item si debitor. C. Qui dare tuto. uel curat. poss. necnon in corpore unde sumitur, ubi etiā est text. admodū notabilis, dicens. Si tut. aut curat. actionis cessionem, aduersus pupillum aut minorē suscipiat, nec post curā depositā eā permittitur uti, nec is qui cesserit agere debet, cū in legem cōmiserit, licet cessio pro iustis causis facta sit, sed minor lucra
138 bitur. Et rationem assignat D. Ang. in d. Authent. † Minoris debitor, quia administrator domino insidiari nō debet, qui ad eius custodiam datus est, huius sniæ & opinionis est, necnon in ea residet D. Salicetus, in dicta Authent. Mino-
139 ris debitor, dicēs, † quod nec cedens, nec ipse qui cessionē habet tut. aut curat. cōtra pupillum adultumve, potest ea uti, sed totum minoris lucro cedit, quod quidem habet locū nō solum in tutore aut curatore administrante, sed etiā in tutore aut curatore non administrante, allegās gl. super uerb. Suscipiat, circa finē in dicta Authent. Minoris debitor, quam quidē opinionē approbat D. Angel. in Authent. ut hij qui obliga. se perhib. hab. res minor. colla. 6. Ibi Item quæro an prohibitio huius. §. dicens ultra hoc idē Salicetus, qđ si ma
140 ior factus tutori aut † curatori aliquid soluerit, id potest ab
141 eo repetere, † quia tut. aut cur. suscipiendo cessionē cōtra
142 minorē, ipso iure & facto actione cadit, † quare minor ipso iure liberatur: itaq; omnis tā ciuilis, quam naturalis obligatio, auctoritate legis, est ipso iure sublata, ≠m eundem D. Salic. in præfatā Authent. Minoris debitor Ibi. Quæro 22. Ideoq; siue soluit per iuris siue facti errorē, repetitio cōpetit ≠m Iacob. de bel. in dicto Authent. ut hi qui obligat. se perhib. hab. res minor. allegantē. l. Si non sortem. §. Indebitum. ff. de cōdict. indeb. Assignant enim Doctores rationē,
143 & maximè Dominus Angelus, † quia ius præsumit & fingit contra tutorem aut curatorē, actionis cessionē suscipientem aduersus pupillum siue adultum, contra quam in contrarium probatio nequaquam admittitur, quia quum tutor aut cura-

curator res minorum est perscrutatus (eorum potest surripuisse documeuta)per quæ probari poterat minoris rei cessæ,cōtra cedentē,liberatio, possetq; machinari cōtra mino rem solutionis uel debiti instrumenta intercipiendo, & pp hoc necnō fraudes,quæ alias repertæ fuerunt,correcta est.l.
144 Non fit.ff.de reb.cor.qui sub † tutel.uel cura.sunt. Et qđ plus est tut aut cura. non potest contra pupillū nel adultum, etiam si uelit eam officio finito exercere,cessionē recipere,
145 D.Bal.teste in d.Authent.Minoris debitor,† quod in me moria,animoq; perpetuò habendū esse suadet ac cōsulit,po tissimū cū tut.aut cura.tantā diligentiā pupilli, adulti ve in rebus,quantā in propriis,adhibere proculdubio debeat.l.A
146 tutoribus,in principio.ff.de administr.tut.& cura.† Nec licet tutori curatorive fundos,redditus, idq; genus alia pupilli sui bonam clā,secretò,tacitè,malaq; fide,maximè sine contutoris aut concuratoris auctoritate, paruo precio sibi emere & cōparare,iuxta notata D.Bart.in l.Pupillus.§.Itē ipse tutor.ff.de aucto.tuto.& curat. Sed id licitè efficere po terit palā, per subhastationem aut publicè cum auctoritate contutoris aut cōcuratoris,idq; decenti,rationabili ac iusto pretio & cum sincera semper fide,ſm.l.Pupillus.§.Sane siquidem,ff.de aucto.tuto.& ibi D.Bar.Cui subscribit D.Pa normit.in c.Vnico.num.20.ad finem, extra.ut ecclesiastic. benefi.sine diminu.conferan.Statuta tamen ac consuetudines Flandriæ id simpliciter non admitterent,nisi cum prædictis Iudicis decretum & auctoritas,cum causæ cognitione
147 præuia simul concurrerent.† Et hæc est ueritas, nisi uelimus cauillari, & captiosis subtilitatibus disceptare, quibus tamē plærumque ueritas opprimitur.l.Si seruum.§.Sequitur ff.de uerb.obligat.

## *SVMMARIVM.*

1 *De tutelis,titulus duplex.*
2 *Actio tutelæ debet esse bonæ fidei.*
3 *In actione tutelæ, à tempore moræ usuræ currunt.*
4 *In actione bonæ fidei,ex defuncti delicto obligantur in solidū.&c.*
5 *Actio tutelæ directa,non tantum aduersus tutorem uerū,sed etiam*

*contra putatiuum competit.*

6 *Tutor si pupillo suo dannũ inferat, tenebitur actione tutelæ directa.*

7 *Tutor si passus est sumptus aliquos, experietur cõtra pupillum, actio tutelæ contraria.*

8 *Actio pro tutelæ dicitur.*

9 *Actio pro tutelæ an etiam sit bonæ fidei?*

10 *Non tutor, non debet esse melioris conditionis, quàm tutor.*

11 *Actio tutelæ directa, ad repetendum id, quod tutor sibi soluit competit.*

12 *Actio tutelæ directa, contra tutorem datur, qui pupilli repertorium non confecerit.*

13 *Iuramentum in litem affectionis pupillo defertur.*

14 *Tutor mox ad repertorii confectionem obligatur.*

15 *Mox, aut ilico dictio, quid importat.*

16 *Repertorium non conficere, est dolus præsumptus.*

17 *Repertorium bonorum pupilli non semper tutorem ab actione tutelæ directa releuat, nisi id solenniter confectum fuerit.*

18 *Repertorium an debeat confici Iudicis in præsentia?*

19 *Suasio auctoris circa repertorium conficiendum.*

20 *Repertorium, ut non conficiatur, expressa repertorii remissio requiritur.*

21 *Repertorium mandare confici Iudex potest, pro pupilli utilitate, licet remiserit, uel permiserit administrare incõfecto inuẽtario.*

22 *Prætor pupillorum utilitatem, non scripturam testamenti uel codicillorum sequitur.*

23 *Mens magis, quam uerba attendenda.*

24 *Actio tutelæ directa, pupillo contra tutorem, prædia aut alia pupilli bona, Iudicis sine decreto alienantem competit.*

25 *Casus plures in quib. rerũ minoris sine decreto, alienatio permittit.*

26 *In alienatione bonorum pupilli, patriæ consuetudo ad obseruanda.*

27 *Actio tutelæ directa, ad damni reparationem datur, quod ex dolo, lata, & leui, non ex leuissima culpa tutoris competit.*

28 *Officium tutoris non uoluntarium, sed necessarium est.*

29 *Tutor de lata, non de leui culpa tenetur, in duobus casibus.*

30 *Actio tutelæ demum tutela finita oritur.*

31 *Actio tutelæ directa, ubi datur ad tutorem suspectum remouendũ tum finitam ante tutelam, oritur.*

32 *Actio tutelæ directa, finitam ante tutelam competit, si tutor delictũ aliquod propter quod bona eius ueniant confiscanda, conmisit.*
33 *Actio contraria tutelæ tutori competit aduersus pupillum, ad sumptus, tam in personam, quam pupilli substantiam, expositos, repetendos.*
34 *Actio contraria tutelæ, etiam nuncupatur bonæ fidei.*
35 *Actio tutelæ contraria, tutori competit ad sumptus utiliter, & necessario factos.*
36 *In tutelæ actione directa, quemadmodum specialitatis nihil est, ita nec in contraria.*
37 *Semel utiliter factum sufficit.*
38 *Actio tutelæ contraria, quoad tutoris salarium repetendum, nequaquam competit.*
39 *Tutorum curatorumve munus est pupillum minoremque bonis moribus instituere, præceptoribus mercedes constituere, aliment a ministris pupilli, uel adulti præstare.*
40 *Pro impubere promittere, soluere, & iudiciũ contra aliũ intentare.*
41 *Alimenta pupillo dare.*
42 *Pecuniam dare ad usuram, si pupilli substantia sit mobilis, si neglexerint ut suspecti remouentur. Et damna de bonis eorum, pupillo resarciuntur.*
43 *Tutor aut curator, quando rem pupilli uel adulti emere possit?*
44 *Mala fides ex precii exiguitate, uel ex personæ interpositione, præsumitur.*
45 *Tutor aut curator, cui non est decreta administratio, ut extraneus, rem pupilli aut minoris emere non prohibetur.*
46 *Prodigus quidã sua ab uxore, ob adulterium & tyrannidem diuortiatus, unicum habens filium matrimonio aptum, in quem omnia sua bona, quo commodius diuiti uxori copulari posset, transferre cupit, an id poterit, sine Iudicis decreto?*
47 *Dictum memoratu dignum, Ecclesiast. cap. 33.*
48 *Tutor, &c. quo tempore potest, aut non potest, pupilli, &c. frumentum uendere.*
49 *Tutor, &c. si quid acquisiuit, an de bonis suis, an ex fortunæ, munere, an ex industria acquisiuisse præsumatur?*
50 *Pupillis, &c. maioribus ac sui iuris effectis, utrum rimediũ l. 2 C. de rescind uendit. competat, occasionem rerum per subhastationẽ*

*venditarum, per tutores & curatores suos, an non?*

51 *Pupillus si homicidium commiserit, qua pœna punietur?*

52 *Vbi à lege certa pœna imposita est, eandem Iudex imponere necessitatur.*

53 *Iudex pœnam à iure statutã alterare, aut in aliã cõmutare nequit.*

54 *Iudex nequaquam debet esse clementior lege.*

55 *Iudices ratione casuum emergentium, licitè leges transgrediuntur.*

56 *Pupillus an calumniæ iuramentum præstare potest?*

57 *Pupillaris ætas ignorat, nescitque, quæ uidet.*

58 *Pupillus an possit præsentare, & quis præferatur tutor an pupillus?*

59 *Minor qñ præsentat, an tutoris uel curatoris auctoritas requiratur.*

60 *Tutor aut curator, si quid pupilli aut minoris ex pecunia emat, res hoc pacto empta, cuius efficitur, an tutoris aut curatoris ementis, an pupilli aut minoris?*

61 *Præscriptio legalis, statutaria uel consuetudinaria, an currat contra pupillum, & id genus alios?*

62 *Præscriptiones omnes à lege, statuto, aut consuetudine, post l. finalem. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necess. introductæ, contra pupillum, ac similes, currunt.*

63 *Statuta & consuetudines etiam arctant minores.*

64 *Iura intacta seruari melius est, quàm post causam uulneratam remedium quærere.*

65 *Præscriptionem contra pupillum, ac minorem non currere, communi determinatur regula.*

66 *Præscriptio currit contra pupillum aut minorem in lucro captando, sed datur restitutio, sed in amittendo ius iam quæsitũ, nõ currit.*

67 *Præscriptio 30. annorum contra pupillum non currit secundũ Bald.*

68 *Præscriptio statutaria currit contra pupillum, secundum Alberi.*

69 *Præscriptiones temporales qualitercunque introductæ, non currunt contra pupillum aut similes, nisi merum inducerent lucrũ, uel nisi sint testamentariæ uel conuentionales.*

70 *Præscriptio statutaria, vel consuetudinaria currit contra omnes.*

71 *Tutor qui pupillam, cuius tutelam gessit, stuprauit, qua pœna de iure mulctabitur.*

72 *Tutor datur loco patris, ad illam nutriendam, & honestis moribus instruendam, non autem ad stuprandam.*

## CAPVT DECIMVM.

ANTEQVAM huic titulo supremam imponeremus manum, plura mihi superioribus adiicienda uidebantur, quæ tum ad superiora tum ad inferiora capita nonnihil lucis cōferre existimauimus. Primò igitur sciendū
1 est,† duplicem de tutelis esse titulum, unum simpliciter de tutelis intitulatum, tutelarū ac curatorum originem, & earūdem effectum tractantem. Alterum titulum de tutelis & rōnibus distrahendis, de tutelarum finibus, & rationibus earūdem agenté. Actio autem tutelæ debet esse bonæ fidei, & cōpetere pupillo contra tutorem, qui recusat ædere libellos rationū l. 1. § Officio. ff. de tutel. & rationibus distrahendis.
3 Hanc † esse bonæ fidei actionem claret expresso. §. Actionum, institu. de actionib. quia à tempore moræ usuræ cur-

runt.l.1.ad finem.ff.de eo qui pro tuto.uel curato.neg.gef. quia ex defuncti delicto omnes obligantur & tenentur in fo lidum.l.1.§.nunc tractemus. ff.de tute. & rationib. distrahend.ibiq;.d.Bart.Hoc tamé non obferuatur in actionibus stricti iuris,in quibus ex defuncti delicto nequaquam aliqs
5 tenetur in folidũ.† Quod aũt hæc actio tutelæ pupillo cõtra tutorem competat, id uarijs modis declarabimus, & clarũ efficiemus.Primo igitur dico quod hæc actio tutelæ directa nõ tantũ aduerfus tutorem uerũ,fed ét cõtra putatiuum(qui f.fe pro tutore gerit)competat.l.1.ff.de eo qui pro tuto. uel curato.neg gef.fignantque gloff.& docto.in.l. Pro officio. C.de administrat. tuto. & notant gloff. & Bart.in l. Dabimusq;.ff.de priuileg.credito.cũ uulgarib.iurib.his non dif
6 fimilib. † Certùm enim eft,fi tutor pupillo fuo damnum in ferat,aut damni occafionem dederit, quod is tunc tenebi-
7 tur actione tutelæ directa.† Cõtra uerò fi tutor ipfe damnũ aliquos,is tunc eiufdẽ damni refartionem intentabit cõtra
8 pupillum actione contraria. ff.de† contra & util.actio. tute. per totũ.Quæri poffet,quid ftatuendum fit in hac re de actione protutelæ?Eft autem actio protutelæ,qñ aliquis gerit tutelam pupilli,tanquã tutor,& qui in ueritate non eft tutor,contra quem tñ datur actio pro tutelæ.Quæritur inquã
9 an ifta actio† protutelæ etiã dicenda fit effe bonæ fidei?Doctores in §.Actionũ autem,inftitu.de actio.difceptant.Sed ex fnia D.Iafonis,quẽ fequor,etiam dicetur talis actio effe
10 bonæ fidei,† & potiffimũ fi is qui nõ eft uerus tutor, fed tm̃ protutor,melioris conditionis fit quã tutor.Et fic intelligitur titulus,de eo qui pro tuto.uel curato.nego.geffit, per difcurfum.Et huic noftræ fnïæ afcribit D. Vdalricus Zafius, cuius ingenio nihil præftantius,in dicto.§.Actionum, infti tu.de actionib.licet D.Dynus genij claritate infignis, femper ac firmiter talem actionem effe ftricti iuris fuftinuerit, népe hac ratione motus,quod nõ ponitur,in dicto.§.Actionum,Inter actiones bonæ fidei,dicendum tamen nihilominus eft eandẽ actionem(uti iã diximus)effe bonæ fidei. Et mihi fuffragatur Bartolus, qui dictã D. Dyni magiftri fui opinionẽ refellit.Hanc igitur fententiã alij fequẽtes dicũt idem

idem esse, siue dicatur actio tutelæ, siue protutelæ, quia illã præpositioné uoluntarié esse adiectam aiunt, quemadmodũ meminit D. Iacobus Roberti, V.I. Doctor, meus quondam præceptor, quum Aureliæ. §. Actionũ ait institu. de actio.
11 me præsente & † audiente interpretaret. Secundò declaratur & comprobatur, quod hæc actio ẽt ad repetendũ id qđ tutor sibi soluit competat. Et hoc maximè uerùm est, si debitum illud sit inter tutorem atq; pupillũ contractum. Ita Bart. in l. 2. ff. de stipula. seruo. Secus enim est, si inter patré & pupillũ sit contractum l. Fistulas. §. 1. & ibi Bart. ff. de con trah. emp. Sed hoc ultimũ intelligédũ est conditionaliter, s. nisi illud contractum debitum inter patrem & pupillum sit publicè, & palam contractum, tunc enim pater potest sibi ip
12 si soluere & satisfacere. † Tertio dicimus, quod prædicta tutelæ actio, detur pupillo contra tutoré, qui pupilli repertorium non confecerit, uulgata. l. Tutor qui repertorium, in principio. ff. de administra. tuto. uel curato. & ibi Bart. & l.
13 † Tutores. ff. eo. titulo, ibiq; doctores. Pupilloq; affectionis iuramentum in litem defertur d. l. Tutor qui repertorium ad exordium, ex quo quidem iuramento satis liquet esse bo
14 næ fidei actioné, † quod Tutor teneatur, & obligetur ilico
15 (hoc est quã citissimè id fieri poterit) ad † Repertorij cõfe ctioné d. l. Tutor qui repertoriũ. Et. l. Tutores. 2. C. de administra. tuto. uel curato. In hoc tamen Doctores nonnihil
16 uariant. Plæriq; tamen in hoc consentiunt, quod † Reperto rium nõ cõficere sit suspectus & habitus dolus. d. l. Tutor q. Reperto. Et d. l. Tutores. Quocirca tu candide Lector hãc opinioné tutò amplectere, & firmum habe, quod tutor, qui semel se immiscuit tutelæ administrationi, siue repertorij confectioni, quanquã eam non exhibuit, tamen reijciẽdus & nequaq̃ admittendus est, quia tunc p̃sumit̃ subesse dolus. Itaq; intelligitur. l. 3. §. Tutores. ff. de suspect. tuto. Secus autem dicendũ est, de eo qui se nõ immiscuit tutelæ negociis,
17 tametsi iam pridem fuerit factus tutor, quia tũc nullus † pręsumitur dolus. Aduerte tamẽ hic interim quod repertoriũ bonorũ pupilli, non semper tutoré ab hac actione releuat, nisi id solẽniter, corã notario, aut corã alia p̃sona publica legitimè

18 gitimè confectum fuerit.d.l.† Tutores.2.Sed hic subtilis quispiã posset interrogare,utrũ ne debeat repertoriũ cõfici Iudicis in pręsentia?Ad quod respondebit,nõ semp id esse necessariũ. Attamẽ si in eius præsentia fiat, cautelã minimè 19 aspernendã sapit. Quocirca ut à † mercatorib.,atq; ab aliis repertorij instrumento citius credatur, fidesque maior, & tutior adhibeatur,ego ob id suaserim ꝑpetuo repertorium conficiẽdũ,corã iudice,eiusq́; scriba,notario,pensionario, 20 aut corã graphiario. Et quamuis usuuenire posset, † ut aliquis ad reptorij confectionẽ non teneatur,sed ab ea ꝑ testatore liberetur,& absoluatur,interim tñ non solũ tacita, sed etiam expressa ab ipsis repertorii remissio requiritur.d.l. Tutor qui reptorium,& melior textus in.d.l.Tutores.2.uidelicet,uetuit testator,per tutorẽ inuentarium confici, sicuti nec displicuit.l.fin.ad finem.C.Arbit.tutel.in uersi. Nisi testatores(qui substantiam transmittunt) specialiter inuen 21 tarium cõscribi uetuerint.Et quãuis testator talẽ †cõscriptionẽ remiserit,&ꝑmiserit,imò uoluerit tutorẽ administrare sine ullo cõfecto inuentario,Iudex tñ põt pro pupilli utilitate mãdare tutori ut repertorium conficiat,iuxta.l.In cõfirmãdo,& ibi Bart.ff.de confir.tuto.uel curato. Huic sen- 22 tentiæ suffragatur.l. Vtilitatem.ff.eo.† titu. de confirman. tuto.uel curato.ubi sic habet. Vtilitatẽ pupillorum Prætor sequitur,non scripturã testamenti,uel codicillorũ, nam patris uoluntatẽ Prætor ita accipere debet,si non fuerit ignarus, eorum scilicet, quæ ipse Prætor de tutore comperta 23 habet,&c.Cui seruit illud quoque in † omnium ore uersatum.s. quod magis mens sit attendenda, q̃ uerba, quòdq́; magis alicuius uoluntatem, & mentis intentionem, quàm oris prolationem ponderare debemus.l.3.§. Conditio.ff. de adimend.legat.cum pluribus concordantiis in glossa ibidem,in uerbo magis allegatis.Superiorib. sentẽtijs itẽ con 24 sentit.l.7.§.fin.ff.de annu.lega.Quartò cõfirmat,† & probatur,ꝙ hæc actio pupilli cõtra tutorẽ ualeat, q̃ prædia aũt alii pupilli bona sine Iudicis decreto alienauit, idq́; per.l. 1.& per uniuersum titulum.C.de prædi.&aliis reb.minor. sine decre.non alienã.uel obligan. Verum & hoc per distin

ctioné intelligédum est esse uerum, ueluti nisi sint tres quę
25 seruari non possunt, quales sunt fructus. Est autem hic obseruandum plures esse casus, in quibus tutori rerũ minoris sine decreto Iudicis alienatio rerũ pupillarium aut minoris ex causa permittitur. Primus, si testator paterq; pupilli alienationem talem admiserit. l. Vltima. ff. de rebus eor. qui sub tut. uel cura. sunt. Scđs casus est: In transactione eius qui alterius fidei committitur, quique pupillo sub certa conditione relinquitur. l. de fideicõmisso. C. de transactionib. l. Si pater puellæ. C. de inofficio. testa. quã legem nonnulli aiunt dignam quæ scribatur in auro. Tertius est casus, qui & anceps & dubius est népe in donatione antidorali, quem casum non comperio satis in iure probatum, quocirca hunc
26 solum leuiter meminisse sufficiat. Porrò in † hac alienatione bonorum pupillarium, suaserim ut patriæ consuetudi-
27 nem, & statuta diligenter obserues, † in qua ipsi pupilli aut adulti degunt. Quinto declaratur & extenditur, ut hæc actio ad damni reparationé detur & cõpetat, quod quidé ex dolo, lata & leui, non ex leuissima culpa tutoris competit. l.
28 Quicquid. C. Arbit. tutel. & in l. Tutori. C. de † neg. gest. Tutoris enim atque curatoris officium, non uoluntarium, sed necessarium est. l. Tutori. C. de neg. gest. iuncta ibidem gl. in uerb. Muneris. Reperitur tñ casus, in quo tutor, aut curator tm̃ leuissimæ culpæ obnoxius censeatur, nempe quando se curatoris officium suscepturum obtulit, quæ quidem amica, benigna, & beneuola oblatio efficit, ut solummodo leuissimæ culpæ reus teneatur. Atque casu isthoc non uidetur pupillo cõpetere prædicta tutelę actio in suum beneuolum tutoré. l. 1. §. Sæpe. ff. deposi. c. Bona fides, extra, de deposit. ubi Abbas notat. per gl. in l. Contractus. ff. de regul. iuris. Traditq; Bartol. in l. Quod Nerua. ff. deposi. Phi-
29 lip. Decius, consilio cclxxiiij. in secunda parte. † Duo igitur hic notandi sunt casus in quib. tutor de lata, non de leui culpa tenet̃. Primus est in emédis prædijs, ad minorum utilitaté. l. Tutor qui repertorium. §. Competit. & ibi Barto. ff. de administra. tuto. uel curato. qui textus ad hoc summè notandus est, secundum Bart. Secundus casus est, in debito-

rum

rum nominibus exhibendis.l.Nomina paternorũ debitorũ
C. Arbitrium tutel. Sed hi casus sanè, & cum distinctione
intelligendi sunt, sic ut tunc tm̃ ualere dicantur, quando tu-
30 tela nondũ finita fuit, Nã post tutelã finitam, † statim hæc
prædicta tutelæ actio uim suã acquirit, & sic ualida.l.1. ad
finẽ, atq; uulgata.l.Nisi finita.ff.de tutel. & rationib.distra-
hend.l.Actus.ff.de admin.tuto.l.Rationes.C.eod. tit.§.fi.
institu.de Attilia.tuto.l.Aduersus.C.de administ.tuto.uel
curato.cõiũcta gl.ibidem in uerb.Nõ põt.Quæ quidẽ glos.
ibi disputat & examinat, an tutor aut curator officio duran-
te cõueniri põt? quã glos.ibidem (si uacet) consulere licet.
Eueniunt tamẽ nihilominus casus, in quibus hæc actio tu-
31 telæ bono iure dãda sit pupillo, † ẽt ante finitam tutelã. Pri
mò quoties tutor habet̃ suspectus malæ administrationis,
tunc.n.ut eundẽ suũ suspectum tutorẽ remoueat, non est ex
pectandus administrationis tutelæ finis, sed ilicò per actio-
nẽ tutelæ in Tutorẽ agere pupillus põt, quod confirmat Bar
32 to.in multis locis. Secundo ualebit hæc actio ante † finitã
tutelam. Si tutor delictum aliquod, propter quod eius bona
uenirent cõfiscanda, & fisco applicanda, commisisset ac per
petrasset. Cæterũ sicuti hactenus declarauimus multis mo-
dis actionẽ tutelæ cõpetere pupillo contra tutorẽ. Sic actio
33 contraria tutelę ipsi tutori cõpetit, † aduersus pupillũ, potis
simum ad sumptus, tam in personam, quam in ipsius pupilli
substantiam factos, ac expositos repetẽdos.l.1.ac per totum
titulũ.ff.de cõtra. & util. actio tute. quæ ẽt bonæ fidei actio
34 indubiè † nuncupatur.d.l.1.& ibi D.Bart. Sed hæc actio
35 tutoris cõtra pupillũ pro sumptib.reposcẽdis, † tm̃ ualere
põt, si sumptus illi utiliter, & necessariò fuerint facti aliter
n.hæc actio tutelæ cõtraria inualida esset & nulla.l.3.§. Iu
dicio.ff.de cõtra. & util.actio tut.text. in argum. in l. Non
existimo.ff.de administ.tuto.uel curato.quibus probatur,
ꝙ queadmodũ nihil specialitatis est in tut.actione directa,
36 ita nec in actione tutelæ † cõtraria. Neq; hic cõsiderãdum
est, aut æstimãdũ, an Tutor cum pupilli bonis factus sit locu
pletior, an nõ. Sufficit.n.si constet, ꝙ tutelã suã semel utili
ter ac diligẽter curauerit: Quãobrẽ hac in re tãdẽ ꝑ modũ
resolutionis

37 resolutionis dicēdū esse arbitror. Qđ ubicūq; † negotiū utiliter gestum est in principio, licet postea dubitetur, an locu pletior sit factus. (l. 3. §. sufficit. ff. de cōt ra. et util. actio tutel.) Sufficit tñ tutori fideliter & diligēter semel, aut in principio negocia gessisse, & si euētū infœlicē habuerit, ꝙ gestū est, tū tutori aduersus pupillū cōtraria tutelæ actio cōpetit, quod indubitato uerēq; signandum est pro tutoribus, & id
38 genus aliis. Verum enimuero hæc actio † eidem cōpetere non potest ad salarium suū reposcendū, ꝙ cōprobāt notata D. Bart. ad. l. 1. ff. de uari. & extra ordina. cognit. Tutorum enim curatorūve (siue sint testamentarij, siue legitimi, siue datiui) munus est, ut pupillū: minorēve bonis moribus instituendos curēt, præceptoribus mercedem dignam constituant, alimentaq; ministris pupilli uel adulti etiā præstent l. Cùm plures. §. Cùm tutor. ff. de administra. tuto. uel curato. Itē ut corpus & salutē pupilli impuberis tueātur. l. Cō silio in principio. ff. de cur. furiosi. Ad hæc ut impuberē defendāt, & causam ipsius patrocinandā suscipiant, si ab alio cōueniatur. l. Tutoris præcipuū. ff. de administra. tuto. uel curato. (Tutor enim pupillū siue impuberē non suis sumptibus defendit, sed expensis sumptibusque pupilli siue impu
40 beris). l. A tutoribus. ff. de † administ. tuto. uel curato. Est præterea tuto. officiū, ut pro impubere promittant, soluant
41 & iudiciū contra alium pupillorū loco † intentent. Alimēta
42 tionē pupillo suo ꝓcurēt. l. 3. §. Tutor. ff. de † suspect. tut. Itē ut pupillorū pecuniam (si res ac pupilli necessitas ita poscat) subinde etiam ad usuram exponāt, præcipuē si pupilli substātia sit mobilis, in eum potissimū finē, ut pupillus ex ea necessariò alatur & sustentetur. Authentica. Nouissimē C. de administrat. tuto. uel curato. Et hoc si neglexerint tanquam suspecti remouentur. Et damna de bonis ipsorū pupillo resarciuntur. l. fi. in principiò. C. de administra. tu-
43 to. uel curato Cæterū hic & alia occurrebat non † inutilis qō. An tutor, aut curator rē pupilli uel minoris emere poterit. Deinde qñ eam emere poterit. Hāc quæstionem clarē explicat D. Bart. in suis distinctionib. In l. Pupillus. §. Itē ipse tut. ff. de authoritate tut. & curat. Ex quib. notādū est, quod

quod quoties tutor aut curator emit rem sui pupulli, aut minoris, eam aut per se, aut per alium emit. Si per se emat hoc fit tripliciter. Nam tunc, aut per sui contutoris, aut per propriam auctoritatem, aut per tertium aliquem uendentem (nempe per creditorem) emit. Primus hic casus scilicet quando per se, & cum auctoritate sui contutoris emit, contingit dupliciter. Nam sic emit rem pupilli, aut bona fide, aut mala fide. Quòd si eam rem bona fide emerit, ualida erit emptio. l. Pupillus. §. Item ipse tutor. ff. de auctoritate & consensu tuto. & curato. Porro si tutor aut curator pupilli aut minoris sui rem aliquam sibi comparauerit, mala, parũque sincera fide, nempe uili, exiguo & iniquo precio, tunc nequaquam subsistit, nec ualet emptio. Prædicto. §. Item ipse tutor. Ad hoc facit. l. 1. & quod ibi signatur C. de uendi. pig. necnon. l. 3. & quod ibi notatur, de iure fisci. lib. decimo C. Secundus modus, scilicet quo per se rem pupilli emit, sua propria authoritate, fit quoque dupliciter. Nã ea res quàm emit, aut prius alteri legitimè fuit uendita, aut nulli ante diuendita fuit. Primus hic modus nõnihil fidei, ac efficaciæ habere uidetur, & in iure subsistere, præcipuè si is cui res erat uendita aut soluere non potuit, aut soluere noluit. l. Tutor rerum. ff. de administra. tuto. uel curato. Secundus modus item fit bifariã. Nã sic emit, aut palã, ac bona fide, & tum emptio ualet, ſm opinionẽ Io. & Gloss. argumento. l. Non existimo. ff. de administra. tuto. uel curato. & notatur in d. l. Tutor rerum. Notatur etiã in l. Quũ ipse tutor C. de contrahen. empt. & l. Si in emptione. §. Final. ff. de contrahen. empt. & hoc casu sibi ipsi auctorari minimè prohibetur. Aut emit prædictã rem clàm, secretò & tacite, & tunc emptio nullius erit momenti, iuxta. §. Item ipse tutor, præallegatum, ad exordium. Atq; l. finalem. ff. de ritu nuptiarum, ubi ait: Nam ea quæ clam fiunt, ea dolo, & ex certo fallendi studio facta præsumuntur, sed quæ palam & publicè fiunt, ea ritè & decenter facta haud dubiè præsumuntur. Tertio modo. Tutor rem pupilli emit per se & per aliquem tertium uendentem, id est, per tertiam personam interpositam, idq; dupliciter. Nam ea tertia persona fuit ip

si

si subiecta, aut non fuit subiecta. Primo modo irrida, & inualida esset emptio, quod idem sit per se emere, & per suum subiectum emere, ut patet per prædictum. §. Item ipse tutor in fine. Secundo verò modo, aut manifesta est emptio, aut occulta. Si manifestum sit quod rem per aliquam tertiã personam sibi minimè subiectam emerit, nomenque illius tertij in instrumentis inscribi iusserit, ualet emptio, dicto, §. Item ipse tutor, uersic. Sanè siquidem. Si uero non manifesta, sed occulta fuisset, per tertiam personam emptio, ea prorsus esset inualida, eo enim ipso, quod per interpositã personam emit, fraus indubiè subesse præsumitur. d. §. Itẽ ipse tutor, uersic. Sed & si per interpositam. Cy. & Bald. in l. 2. C. de repu. hære. notat Dy. in c. finali, de regul. iur. in 6. & Bald. in repe. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Facit. l. Si is qui bonis. ff. de acquirend. hære. l. 3. in fine. C. de nat u. lib. Sed hæc præcipue intelligenda sunt, si à contutore uendente emat, iuxta text. d. §. Item ipse tutor. Nam si emat uendẽte creditore, ualida esset emptio, potissimum si bona fide cũcta fiant. Si enim mala fide fiant, inualida esset emptio ut ha
44 betur prædicto. §. † Item ipse tutor. uersicu. Sed & si creditor. Atque hæc mala fides ex iniqua paruitate siue exiguitate precij, uel ex interpositione personæ præsumitur. Cæterum hæc omnia prædicta intelligit d. Bart. in tutore aut curatore, cui decreta est administratio. Cui enim admi
45 nistratio decreta non est, huic ut extraneo emere † nõ prohibetur. l. Tutores. ff. de aucto. tuto. & curato. Hanc distinctionem ut melius intelligas, suaserim ut relegas, quę in fine præcedentis capitis noni exposuimus, in ea quæstione. An tutor aut curator alicuius actionis cessionem suscipere possit contra pupillum, minorem aut prodigum? Et si illam receperit, an illa uti possit? ubi ponderantur, quemadmodũ & in rei ueritate sunt põderãdi textus notatu haud indigni, nempe Authenticæ, Minoris debitor. C. Qui dare tuto. uel curato. possunt. Necnon in corpore unde sumitur, titu. ut hi qui obligar. se hab. perhib. res minor. collatio. 6. Cõstit. 2. Deinde ad hæc plenius intelligenda libuit huic loco annectere casum, de quo nonnunquam controuersum fuit.

Quidam

46 † Quidam maritus ex uxore unicum sustulit filium, is maritus postea ob sinistrum regimen suum in curatela fuit positus, & edicto publico proclamatus & proscriptus, nec non ob causam adulterii, & ob tyrannidem suam in uxorē ab eadē uxore per Iudicem Ecclesiasticum, diuortiatus, ac repulsus fuit. Deinde ex bonis æqua portio ipsi assignata fuit. Tandē soliciti curatores de salute & cōmoda ipsius filii, cœperunt tractare ut filium pupillū honesto matrimonio cōpularent, & res eo processit, ut ipsi quæsita fuerit, & addicta uxor diues, bene dotata, suisq; moribus apta, & digna. Ad hoc matrimonium auspicatum promouendum, & perficiendū, tutores cum patre tractare in hunc modum cœperunt, eundē sollicitantes, ut singulos ac uniuersos redditus, ac domos ex dictis bonis sibi cōpetentes in cōmodum dicti sui filij pleno iure transferret, & legitimè transportaret, sed sub legibus & conditionibus sequentibus. Primò ut ipse filius eosdē redditus, & domos huiusmodi alienare non possit, nisi pro ea parte, qua uiginti libras grossorū excederent, quæ uiginti libræ alendo parti (si necessitas ingrueret) conseruandæ sunt. Secundo ut tutores & filius sese obligēt eidē suo patri loco alimentorum (dum uixerit) singulis mensibus triginta solidos grossorum integrè persoluere, & pro maiori securitate eosdem redditus ac domos legitimè ad hoc obligare, & hypothecare, necnon in euentū redemptionis eorundē reddituū in parte, uel in toto, pecuniā inde prouenientem, in similē usum conuertere, & quantū ad hoc etiam pertinet patri suo sufficienter cauere. Sed hæc tantum quorundam est opinio. Magistratus tamen patris prodigi regimen & curatelā perpendēs, difficultatem facit, nec facile flectitur, ut huic patri prodigo, cum suis curatoribus bonorum ac reddituū prædictorum alienationem permittat, ponderat enim Magistratus quædam incommoda hinc euentura. Primum esset, qđ hic pater per huiusmodi alienationem, uerisimiliter ab omni uxore, alioqui ab eā admittendus, separatus remaneret. Secundum, si hac uxore defuncta, secundam acciperet, proles ex ea postea suscipiendæ, nihil ex patre bonorum expectarent. Tertium, quod si pater ad egestatam, uel infortuniū

aliquod

aliquod redigeretur, nihil haberet quo sese ab eo incómo do uel infortunio tueri, aut inde extricare posset, alienata n. esse sua tunc bona, quib. sese iuuare alioqui licuisset. Qđ
47 itaq; ne fiat, † ꝓhibet Eccle. cap. 33. ubi dicit. Audite me magnates, & oēs populi, & rectores Eccle. aurib. ꝑcipite: Filio & mulieri, fratri & amico nō des potestatē sup te in uita tua, & nō dederis alij possessionē tuã, ne forte pœniteat te, & depceris ꝓ illis. Ibidē paulò post. Melius est (inqt) ut filij tui te rogēt, q̃ te respicere in manus filiorū tuorū. In oībus operibus tuis ꝓcellēs esto, ne dederis maculã in gloriã tuã, &c. Porro his incómodis nihil obstãtib. sunt tñ alij, qui censēt sic. Si quisq; existēs sui iuris, ꝓpria auctoritate, & absq; alterius cōsensu, & licētia, suorū bonorū alienationē facere pōt. Cōsequitur à fortiori, qđ Senatus ad requisitionē tam patris, quã suorū curatorum, in hmōi alienationē, suum decretum & auctoritatē interponere licitè posset potissimum ex certis causis, ac rōnibus ipsū ad hoc faciēdū mouētibus: quas hic breuitatis causa omittimus. Senatus. n. matura deliberatione habita, & singulis ꝓmissis diligenter excussis tandē cōcludit & dicto prodigo ac curatoribus suis præfatis in fauorē dicti sui filij licentia, auctoritatem, & facultatem cō cedit transferendi, trãsportandi, & alienandi prędictos red ditus, & domos ab eundem prodigum, ut præfertur spectantes, nullis etiã legibus aut conditionibus præscriptis, præmissis, alijsq́; in contrariū facientibus quibuscunq; obstanti bus. Hic alia obseruatio circa uenditionē bonorum pupilli
48 subit scilicet. Si tutor aut curator frumētū pupilli, † minoris aut prodigi, uel quippiam aliud huiuscemodi, tēpore uiliori uendat, hastæq; submittat, inualida erit uēditio & à dolo præsumpto excusari non pōt. Si uerò tēpore caritatis dictum frumētum uenundet, ualet uēditio, quæ ad maiorē pupilli utilitatem facta censebitur, alioqui dolū subesse semper ꝓsumitur. Huic seruit eruditissimi Iurisconsul. D. Bal. notabile, in l. Vltima. §. ult. C. de administra. tuto. uel curato. qđ profectò diligenter notandū est, pro pupillis minoribus ac prodigis. Ad hoc. n. semper recurrunt aduocati ac ꝓlocutores. Bald. astipulantur. D. Iaco. Rob. iuriū doctor insi

gnis, quondam meus dominus & præceptor Aureliæ, quũ. §. Plus autẽ, institu. de actio. publicè in Gymnasio interpretaretur. His præterea adiungenda sunt quæ tradunt Bart. Saxoferrateus Iurisconsultorũ superioris seculi indubiè princeps, in l. ultima, in 4. notabili. C. de magistra. conue. necnõ D. Bald. eadem in l. ultima 6. notabili, quæ aiunt nullo unq̃ tpe obliuioni tradenda. Item non alienũ erit à præsenti ma
49 teria hanc frequentẽ quæstionẽ & perutilẽ † adiicere. s. An tutor, curator uel administrator, qui aliquas opes sibi acquisierit, siue conquisierit. An inquã præsumendũ sit ipsum easdẽ opes conquesiuisse per bona pupilli uel prodigi, an nõ potius per propriã industriam, aut per bona propria, aut certè à cæca & temeraria fortuna, quæ ut ditat alium sic aliumq; præmit. Hæc quæstio in utramq; partem est disputabilis, & possent utræque partes solidis constabiliri argumentis, quæ breuitatis studio omittimus & affirmatiuè dicimus, qđ administrans bona alicuius, si aliquid sibi acquisiuit, non præsumitur id acquisiuisse de bonis pupilli aut minoris, sed sua ex industria & labore, ac ex fortunæ munere. Cui irrefragabiliter astipulatur. l. Si defunctus ad finem. C. Arbit. tutel. ibi. Nec enim pauperibus industria, uel augmentum patrimonii; (quod laboribus & multis casibus quæritur) interdicendum est, & ibi D. Bald. Præterea & alii scriptores quam plurimi. Quem textum aureum commendauit & memoria perpetuò tenendum esse dixit Louanii præceptor meus, & Dominus D. Ioã. Hazius, legum Doctor, ac practicus præsentis ætatis insignis, potissimũ pro tutoribus, curatoribus, ac etiam receptoribus quibuscunque, nunquam enim præsumere debemus aliquẽ quicquam lucratum, quod delicti præsumptionem induceret. Nam si illud quod tutor, curator, aut administrator habet, ex bonis pupilli, minoris uel prodigi habere præsumeretur, indubiè, illis dolosè ac fraudulenter subtraxisse uideretur, ſm D. Bart. iuris interpretem eximium, in l. Cũ oportet. C. de bo. quę liber. qui ponit ibidẽ (suo more) distiunculam asterisco signandã, & notatur in c. Sint manifestè res. 12. quæstione prima, maximè in Gl. ibidem in uerb. Probantur, allegante. d. l. Si defunctus, quæ diuulg

uult, quod tutor qui ante tutelæ munus adeptum, nihil omnino bonorum habuerat, postea tamen suam per industriam multa potuit fuisse lucratus, quæ pupillus nō potest uerisimiliter præsumere. Tutorem suum per sua pupilli bona côquisiuisse, atque ideo sua. Nam si hoc pupillus asserere uellet, id prorsus ipsi probandum foret, ut apertè inquit D. Panormitanus, canonum peritia. Insignis in solenni sua repetitione. c. Cum esses, numero 25. extra de testa. & ult. uolunta. & in c. ut unus, numero 4. de pecu. cleric. notatur per glossam, & Docto. in l. Cum oportet, præallegata, atque etiam D. Bart. in l. Facultas in fine. C. de iure fisci. lib. 10. Notatur & in Authent. licentiam. C. de episco. & cleric. & in c. Cū in officiis de testa. Necnon idem signanter tradit. D. Bald. supremæ auctoritatis doctor, in Authentica, Ex testamento, numero 9. C. de colla. uersi. Vndecimum capitulū, ubi uult, quod agenti contra possidentē omnino incumbit onus hoc probandi. Itaque regulariter, & si quis alicuius bona ac facultates administrauerit, non præsumitur de bonis eius acquisiuisse, saltem ubi ex coniecturis aliud nō appareat, Atque hoc idem placuit D. Alexand. iuris peritissimo, ac legum cōsultissimo, suis in consiliis. consil. 82. nume. 15. 2. uolu. & in consilio 40. 3. uolu. numero 17. Porro si aliud certò uel ex coniectura appareret, tunc proculdubio aliter iudicandum foret. Superioribus quæstionibus hanc quoque quæstionē
50 non inutilē adiicere uisum est, scilicet: † An Pupillis, minoribus prodigis, & illius generis personis, maioribus ac sui iuris effectis. An inquā illis remedium. l. 2. C. de rescindend. uendit. competat, occasione rerum per subhastationē uenditarū per tutores & curatores suos, an nō? Huic quæstioni uidetur satisfacere D. Ioan. Immolensis, iuris doctrina cōspicuus, in uulgata. l. Precia rerum. §. ultimo. ff. ad. l. Falcid. inquiens, quod postquā res fuit publicè subhastata, non est locus remedio. l. 2. C. de rescindend. uendit. ratio s'm eū hæc est, quod tunc uidetur uenditio legitimè facta. Nihilominus Bart. tamen iuristarum nequaquam minimus, sed sui temporis maximus, contrarium adstruit, allegans. l. 1. C. Si propter publicas pensitationes uenditio fuerit celebrata. Puto

tamen priorem opinionē (nempe Imolæ) esse ueriorem & crebriorem. Ratio est in promptu. Quia res quæ publicè subhastatur, datur plus offerenti, igitur datur secundū æstimationē loci publici, quæ dicitur æstimatio legitima & uera, secundum D.Bart.in d.l.Precia rerum,§.Vltimo. Nihilominus præfatæ opiniones cōtrariæ hunc in modū possent conciliari & concordari, (aliorum rectius meliusq; sentientium iudicio semper saluo.) ubicunque res uenditur ad publicam subhastationem, dolo ac fraude cessantibus, & hoc ob necessitatem, daturq; plus offerenti, tunc in illa nō est locus remedio, d.l.2.& hanc opinionē omnes obseruant practici. Sed res quæ non diuenditur ob necessitatem rei familiaris, sed tantū ex quadā animi uoluptate, si ad subhastationem plus offerenti, pp statutum loci, non detur, tunc locus est remedio.l.2.præallegatæ. Atq; ita intelligenda uidetur opinio D.Bart. in l.1.C. de præscrip.xxx.uel xl.anno. Atq; similiter, intelligenda est opinio Angeli ac Pauli in d.l.Precia rerū.§.ultimo. Animaduertēdum tñ est, qđ in Francia, pro more semper habuerint, ut impetrent pro contractus rescissione, literas regias, quas literas regias rescissorias (uulgo) appellitant. Verum has à paucis annis per nouas ordinationes regias, limitatas intelligo, scilicet ut tantum eæ literæ uim habeant usq; ad decennium. Nam post decenniū, à tempore contractus celebrati, nō habet locū amplius remediū præfatæ.l.2.Neq; dantur hac tempestate huiusmodi literæ, elapso decennio in Francia, idq; propter hominis memoriā, quæ labilis est, quēadmodū habet.l.2.§. Sed quid, & §.Sed quia.C.de uer.iur.enucle.Gl.in c.Si testes 4.q.3. per.l.Si arbiter. ff.de prob. Præterea, hic memoriæ man-
51 danda erit & subsequēs q.† Pupillus homicidiū si cōmiserit & perpetrauerit, qua pœna punietur, ac mulctabitur? Prima enim facie pœna capitis, ultimoq; supplicio apparet puniendus, ſm notabilissimam.l. Nemo deinceps, ibi homicida
52 quod fecit, semper expectet.C.de episc.audien.† Huic affine est, Quod ubi à lege certa pœna crimini est imposita, eandem Dominus Iudex necessario imponere debet, nullo autem modo eam pro suo arbitratu efficere aut duriorē, aut remissio-

53 mitiorē. Neq; etiam eam pœnam à iure † statutā alterare, aut in aliam commutare potest, c. licet, de Pen. & l. Quid er go. §. Pœna grauior. ff. de his qui notam infa. Ideoq; ait per
54 pulchrè text. in Authentico, † de iudicib. colla. 6. §. Oportet, iudicē nequaquam debere esse lege clementiorē. Dixit tamē eximius Baldus, in l. Et si seuerior. C. ex quib. caus. in fa. irrogat. Si Pupillus fecit homicidiū, quæritur an is puniatur pœna amputationis capitis, ubi Baldus respondet quod non, sed quod talis imposita pœna mitigari debeat. Ad hoc ualet etiā dictū D. Innoc. admodum celebre & ad multa sin
55 gulare, in c. 1. de constitu. allegans ubi ait † propter casuum emergentiam, licitum esse iudici leges transgredi. Si tamē casus de facto contingat (quemadmodum nonnunquam accidisse ipse comperi.) ad huius pleniorē notitiā suadeo consulendos esse. D. Andream Barbatia in c. de causis num. 33. de officio delega. & D. Alexand. Imolensem, in l. Hodie. ff. de pœnis, & qđ notatur in dicto Authentico, & Iudicibus, colla. 6. Baldi interim opinionē tanquam mitiorem, amplectendā omnibus modis suadeo, pro qua plurima allegari, & adduci potuissent, si tēporis penuria admisisset. Deinde meminisse hic non inutile erit huius quoque quæstionis, scili-
56 cet, † An pupillus calumniæ iuramentū (quod est iuramentū credulitatis) præstare potest? Hæc quæstio negatiuā partē desiderat, nempe pupillū calumniæ iuramentū omnino præ
57 stare non posse. † Ratio est, quia hæc ætas ignorat, nescitq; quæ uidet, ut meminit. l. 1. §. Impuberes uerò. C. de falsa monet. ibi. quia ætas eorū, quid uideat ignorat. Præterea si pupillus uidēs, ignorare dr̄, qđ uidet, multò magis causæ iustitiā ignorare dicendus est, quod potissimum in eo requiritur, qui ad calumniæ iuramentū admittitur, scilicet, ut sciat iustitiam causæ, s̄m. l. 2. §. Quod obseruari. C. de iurament.
58 pp calum. dand. quare, & c. quod perpetuò nota. † Quæritur
59 ēt an pupillus possit præsentare, † & uter præferendus sit, an tutor, an pupillus? Ad hæc quoties minor præsentat, an tūc tutoris an curatoris potius authoritas requiratur? Harum interrogationū ac quæstiuncularū meminit D. Bartholomeus à Chasseneo humanorum iuriū Doctor, in titulo. *Des enfans*

*de plusieurs lictz.* §.4.Sed breuitatis studio, Rochũ de Curte, suo in tractatu de iure patro.in uerbo.Cõpetens, quæst.
60 4.Iubebit uidere.† Alia præterea hic oritur quæstio, s. Si tutor aut curator quippiam emerit cũ pupilli aut minoris pecunia, cuiusnam hoc pacto res ea empta esse censebitur, aut ad quem pertinere censebitur, ad Tutorem ne, an ad pupillum, uel minorem? Certe longis omissis ambagibus, ego existimo quod quicquid tutor uel curator cũ pupilli aut minoris pecunia conquirit, id indubiè ad pupillum aut minorem pertinere censendum est expressa.l.Si tutor. ff. Quando ex fact.tuto.uel curato.& ibi Bart.l.Curator.C.Arbitr.tutel. His concordat.l.Si ex ea pecunia.C.de rei uendica. quæ habet, Rem emptam cum pecunia minoris, esse minoris, & si eius nomine empta non sit. Hanc sententiam etiam sequitur D.Ioannes Minniers Iuriũ Doctor, præceptor meus Aureliæ, cùm interpretaretur.l.Si patruus. C.Cõia utriusque iudicij.Porro hæc diligenter notanda, & ab omnibus obseruanda sunt, hac infœlicissima potissimum tempestate, aduersus tutores & curatores, qui plærumque ac passim cũ minorum, necnon similiũ subiectarum personarum pecunijs, quælibet pro sese emunt, & cum pupillari pecunia ditescũt.
61 Quæri hic ẽt posset,†An præscriptio legalis, statutaria uel consuetudinaria, quæ est in odium ac detrimentũ negligẽtis, an ea inquã duret contra pupillum, minorem, & id genus alios. Hæc quæstio tametsi longam requirat explicationem, eandem tñ succinctius absoluendã curabo, Ac primò sunt qui ad hanc quæstionem affirmatiuè respondent,
62 pro quo hanc authoritatem citant. Omnes præscriptiones à lege, statuto, uel cõsuetudine, post l.finalem. C.in quibus caus. in integr. restitu.non est necessa.introductas cõtra pupillũ, minorẽ ac similes currere, & ualidas esse, atque ita tenent Ang.Bal. Guido de Suzaria. Old. Alberic.& Raph.in d.l.finali, ubi Bartoli opinio contrariũ sentientis communiter
63 ter reprobatur.Hęc ẽt est opinio Inno.in c.† Constitutus, de integ.resti.Huic affine est, quod statuta & consuetudines etiam arctant minores.l.Si sine hærede.§.Lucius.ff.de administra.tuto.notat Angel.in.l.Si plures.ff.de pact.Alexand.

tan. suis in cõsilijs, cõsi. 37. Incip. Cõsideratis his. 2. col. 4. nol. Sunt alij qui ad superiorẽ q. respondent negatiuè, qui se stabiliunt per regulam. l. fin. C. in quib. caus. in integrum
64 restitu. nõ est necessa. quæ est, † Quod melius est, intacta iura seruari, q̃ post causam uulneratã remediũ quærere. Per
65 quam quidem regulã cõcluditur: † Præscriptionem cõtra pupillũ ac minorem nullo mõ currere aut ualere. Ac huic consentit. c. 1. coniuncta glossa super uerbo. Nõ liceat, extra de in integr. restitu. Bart. uerò ind. l. finali, quærit, An illa lex habeat locum in præscriptione statutaria. Quã qõnem D. Panormita. et discutit & tractat, in. c. Constitutus, extra, de in integr. restituti. atq; tandem perpensis singulis, sic cõclu
66 dunt & dicunt. † Quod in lucro captando præscriptio currat, iuxta casum d. c. Cõstitutus. Verũ ne pars p̱ præscriptionẽ læsa habeat, quod immodicè doleat datur primo annõ restitutio, eaq; læsi proximis, sic ut proximi illi aut consanguinei, intra annum eandem rem uenditã, restitutione eiusdem precij sibi redimere, ac recipere possint. Verũ in amittẽdo lucro, ius iam quæsitum non currit, ut tenet Ludo. Roma. in. l. Naturaliter. ff. de usucap. & Alexan. suis in consilijs consilio. 31. uolumi. 5. Atque his opinionibus consentit
67 notabile dictum † Baldi, in. c. 1. §. Porro, in titulo. Quali olim feud. po. aliena. Præscriptionem 30. annorum contra pupillum non currere. Sed huic opinioni aduersatur Alberic. de Rosate, in. l. Tutor. §. Ab eo qui. ff. de administratione tuto. asserens ibidem Præscriptionem statutariam de
68 bere currere contra pupillum. † His itaq; oĩbus præmissis, & opinionibus collectis, hanc tandẽ conclusionẽ amplectendam
69 dam censeo. † Præscriptiones temporales qualitercunque introductæ sunt non currunt contra pupillum, minorem, aut similes, nisi eædem merum inducerent lucrum, uel nisi sint testamentariæ uel conuentionales. Et argumenta illa paulò superius adducta, aut quæ possent allegari, & adduci, (potissimũ ex c. Constitutus ex̃ de restitu. in integr. qđ uidetur aduersari d. l. Finali, dicenti, nullam præscriptionẽ temporalem, contra minorem currere) facilimè solui pote
70 runt. † Illa enim lex finalis profectò de præscriptione lega

li debet intelligi, nō aūt de præſcriptione ſtatutaria, uel cō ſuetudinaria, quia iſthæc currit contra omnes, dicto.c.Cōſtitutus, ſi tamen caſus de facto contingat. Illud itaq; caput Conſtitutus, ut clarius intelligas, D.Panormit.ibidem cenſulas uelim. Dicta uerò lex finalis nullius ſtatuti aut conſuetudinis meminit, cū hæc duo in facto conſiſtāt. Dicēdū eſt igitur omnes ualidas præſcriptiones, p ſtatuta, aut conſuetudines eſſe introductas, & ſic ſm.d.l. finalem.C.in quib. cauſ.in integr.reſtitu.non eſt neceſſa. currere contra minorē.Claudius de aquis, in l.Naturaliter, poſt Ludo.Roma.ff. de uſucap.necnon.D.Præpoſitus & Aluaro.in.c.1.§.Præterea, de prohib.feu.aliena.per Federi. Neq; hic prætereun-

71 da erit hęc quæſtiuncula, † ſcilicet, Quia pœna afficiendus erit is Tutor, qui pupillā ſuā, cuius tutelā geſſit, ſtuprauit? Huic quæſtioni facit plus ſatis.l.unica.C.Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit, ibi deportatione ſubiugetur, atque uniuerſæ eius facultates fiſci iuribus uendicentur, hoc eſt, Talis tutor deportandus, hoc eſt, in exiliū relegandus erit,

72 & omnia ipſius bona † confiſcanda ſunt. Huius rationem aſſignant, quod tutor pupillæ datus fuerit, parentis loco, ut ipſam defendat, alat, bonis atq; honeſtis moribus inſtructā curet, ab indignis iniuriis uindicet, non autem, ut nefario ſtupro contaminet.l.2.ff.de adminiſtr. tuto. & Inſtitū. de tutel.in principio. Verū huic legi nō ſubiacet, nec ſm eam puniendus eſt tutor Brugenſis, aut alius quiſpiam cuius bona, ratione priuilegij, confiſcationi minimè ſunt ſubiecta, ſed prorſus immunia atq; exempta. Quamobrē in his tunc

73 alia pœna, † arbitrio Iudicis imponēda foret. Alia præterea hic moueri poſſet quæſtio.ſ. Si tutores aut curatores pupilli ſeu minoris diuitis ac opulenti, & mercaturæ incumbentis uideant eundē ſuum pupillum induſtrium, & in mercaturæ negocio mediocriter inſtructū, ipſumq; nō exiguæ ſpei atque expectationis iuuenem ſiue adoleſcentem factū eſſe, atq; ob id matura inter ſe habita deliberatione magiſtratū adeāt, ab eodēq; decretum, auctoritatē ſiue licentiā poſtulent, ut eidē pupillo aut minori ex proprijs ſuis bonis & facultatibus certā pecuniariam ſummam, nempe centum

libras

libras grossorum monetæ Flandriæ sumere permittant, ut his ad negociandum & ad mercaturam exercendam liberè utatur, & ut per hoc suæ industriæ & diligentiæ, aliquod specimen, & experimentũ suis tutoribus præbeat, & ostendat, quæritur, Vtrum in hoc casu liceat dicto magistratui, suũ iuxta postulata, interponere decretum? Et casu quo postmodũ præfatus pupillus aut minor contraheret aliquot debita passiua, quæ summam prætactam centũ librarum excederent, an inquam excessus iste ex residuo suorũ bonorũ ueniret exoluendus, an non? Præsentem q͠onem non semel, sed quã sæpissimè, in Magistratu Brugensi, pro utraque parte uentilatã ac discussam esse audiui. Alij partem affirmatiuam magis probabant, dicentes: Huiusmodi decretum interponi quidem posse, non tamen eius decreti prætextu bona pupilli restantia, ad huiusmodi excessum ullo modo obligari posset, confirmantes suam sententiam per illud uulgatum axioma iuridicum. Limitatum decretum, limitatum producit & effectum, uulgata. l. In agris. ff. de acqui. re. do. & l. Cum seruo. ff. de cõtrahen. empt. & uendit. & l. Statu liberum. §. Stichum. ff. de lega 2. cũ alijs multis argumentis debiliter fundatis, in eandem partem nihilominus adductis, sed breuitatis studio prætermissis. Alii uerò negatiuã & oppositã partẽ firmiter tuebantur, & omnium optimè dicebant, tale limitatum decretum (cuius est quæstio) nihil operari in præiudicium creditorum, qui bona fide eidem pupillo aut minori maiorem summã crediderunt, quã per decretum admissa &
74 concessa fuerat. †Creditores enim illum totum à curatela absolutum existimant, quẽ sui iuris in aliqua bonorum suorum parte liberum fuisse intelligunt. Quocirca nullo modo rationi consentaneum esse puto, ut aliquis partim sub tutela sit uel cura, hoc est sub alterius potestate, & partim ab eadem tutela uel cura sit liber, solutus, & sit sui iuris. Harũ enim rerum inter se naturalis pugna est, ut aliquis in tutela sit uel cura, & extra tutelam aut curã sit, arg. l. Ius nostrũ. ff. de reg. iur. cum similibus iuribus. Præterea difficile admodũ, periculosum & damnosum foret, cum similibus personis contrahere, quod cum eis contrahentes semper certiores

fieri

fieri deberent, num pro pluri mercantias exercuissent, aut exercere possent, q̃ pro summa admissa & concessa, quod esset absurdum. Quapropter quoties huiusmodi casus Magistratui proponitur, dico omnino fieri non posse ut aliquis ratione certæ & determinatæ summæ iuris sui fiat, & reliquarũ suarum facultatum sub alterius iure remaneat. Nã si hoc per magistratũ permitteretur, nõ raro plurimarũ fraudũ, & deceptionũ occasiones ipsis pupillis & adultis uere darent, quibus bonam integramq; mercatorum fidem deluderent & circumuenirent. Atque hoc profectò cederet in Reipublicæ certũ & euidens dispendium. Non eñ debent doli, fraudes, ac deceptiones hmõi quoquomodo aut quouis tempore tolerari, sed penitus reprimi, refrænari, & iure puniri.

75 † Superest nunc ultima huius tituli quæstiuncula, nõ prorsus inutilis, scilicet, An Pupillo, aut minori sine tutore uel curatore pacisci, inireq; pacem de morte sui patris, liceat? Hanc quæstionẽ discussit D. Paulus Castrensis in l. Conuẽtionũ autem. ff. de pact. in. 4. notabili. Similiter D. Speculator practicorũ nec infimus, lib. 4. particula. 4. titulo de homicidio, in uersic. Illud aũt quæritur num. 6. ubi post nõnulla allegata, tandẽ negatiuæ parti fauere omnino uidetur, nẽpe, Pupillum aut minorem, nullo modo pacem inire, & facere posse de morte pr̃is, nisi cum tutoris aut curatoris auctoritate, & cũ iudicis decreto interuenientibus, quorum opinionem tanquam tutissimam, ac maximè securam insequi nec ipse uereor, Speculatorem tamen occasione casuq; facti ha-

76 bitis inspiciendũ minimè dissuadeo. † Huic qõni cognata est & altera qõ, scilicet, An filius sic faciẽdo pacẽ iuxta modũ prædictũ, per hoc ipsum patris hæreditatẽ adire censeatur? Hanc qõnem mouet D. Paulus Castrensis, loco ẽt præallegato, & negatiuè concludit, sicut nec faciendo uindictã de sepulchro uiolato. l. Sepulchri uiolati actio. Et uulgata. Quæsitũ. ff. de sepul. uiola. Ibiq; Dñs Bartolus, qui huius p-

77 pulchræ meminit quæstionis, sub hac forma, † Filius fecit pacem de morte patris, acccepta pecunia, an per hoc adire hæreditatem uideatur, atque hoc se bonis patris immiscuisse censeatur, & per consequens ad debita patris teneatur, &

respondet

respondet per dictam. l. Quæsitum ad debita patris non teneri, nec per hoc sese immiscuisse bonis patris, ac eius adijsse hæreditatem censeri. Hanc ponit idem Bartolus in forma quæstionẽ, in l. Pro hærede. §. fin. ff. de acqui. hæredita. ubi est idem casus. Quia autẽ in superioribus capitibus multa enarrata sunt de Prodigis, poterit quoque huic loco in fine inseri quæstio non indigna, nec ab hac nostra materia aliena, nempe talis. Si contingat uirum aliquẽ nobilẽ, aut alioqui præpotentem habere unum, aut plura dominia, tã directa, q̃ indirecta, & etiam utilia; nempe ciuitates, castra, aut pagos, siue ex parẽtum successione, siue ex emptione, siue ex donatione inter uiuos, siue ex testamẽto, aut alio quocunq; legitimo modo, qđ uel quæ dominia haberent merũ & mixtũ imperium, ac ẽt simplicem iurisdictionem (uulgus altam, mediam, & bassam Iustitiam appellitat,) per quam potestatem habeat animaduertendi in maleficos, secundum l. Imperium. ff. de iurisd. om. iudi. Aut habeat iurisdictionẽ, quæ mixtum imperium dr̃, quæq; in danda bonorũ possessione, siue in iudicis dandi licentia consistit. Quam materiã abundè tractauit Ioan. Longouallius in Senatu Parisiorum aduocatus insignis in sua noua & facili declaratione ad d. l. Imperium. ff. de iurisdic. om. iudic. & ad multas alias leges. Aut habeat etiam eam iurisdictionem, qua possit singulis annis certo statuto die, secundum uniuscuiusque loci antiquã inueteratam & laudabilem consuetudinem Magistratum renouare, eiusdemq; rationem, aut rationes per se, aut p suos procuratores, (uocatis uocandis, aut ad hoc uocari solitis) audire, officiarios etiam constituere, eosdem Senatores, ac officiarios, cum matura & bene deliberata causæ cognitione destituere & punire, aut acriter, aut leuiter pro modo delicti, aut si habeat eã iurisdictionem qua quouis tempore occurrente conferre possit officia, ac reliqua ab ijs dependentia. Præterea beneficia Ecclesiastica, quorũ essent patroni laicales, &c. Sicut legimus Moysem supremũ à Deo iudicẽ constitutum super populũ Israel instituisse Iudices, Tribunos, Cẽturiones, quinquagenarios & Decanos qui iudicarẽt populum omni tpe, ut scribitur Exodi. 18. Cap. qui ẽt & po

puli Principes & Iudices ob ipsorum delictum extremo sup plicio puniuit, suspendens illos in patibulis, ut habet Numeri. 25. c. Quæstio nunc hæc est. Si inquam talis nobilis, aut prępotens tale habens dominiũ, aut plura dominia, postea fiat rerum suarũ prodigus, omniaq; bona sua inutiliter profundat, iuxta. l. Ad exordium. ff. de cura. furio. Vel expēdat plura quã ferãt facultates ipsius, idq; sine causa, & necessitate, quemadmodum ille de quo meminit Dominus in Euangelio Lucæ. 15. Cap. Dicens. Quod dissipauerit oĩa bona sua, uiuendo luxuriose, &c. &. §. Cũ uerò Deo amabiles Episcopi, uersi. Nã si non aliquis ferret libenter eũ qui ultra substantiam suã expendit, &c. in Authētico, ut determinatus sit numerus clericorum, ibi Angel. notat illum textũ.
78 † An inquã talis nobilis prodigus ob hanc rerũ suarũ profusionē meritò in curatela cum matura & sincera deliberatáq; causæ cognitione, nullisq; omnino solennitatibus, secundũ uniuscuiusque loci statuta, ordinationes, ac ritus prout de iure, ac etiam inueterata & laudabili consuetudine, omissis, sed edicto publico proscriptus, seu proclamatus, possit, non obstante tali sua curatela, seu administrationis bonorũ interdictione, inuitis ac nolentib. curatorib. exercere merũ & mixtũ imperiũ ac simplicē iurisdictionem, habereq; gladij potestatem, ad animaduertendum in facinorosos homines, ad exercendum iurisdictionē, & licentiã iudicis dandi, ex quo
79 rũ executione & † actu multum commodi sæpissimè cõsurgit. Præterea an etiam possit singulis annis, certo statuto die sm uniuscuiusque loci antiquam, inueteratã, & laudabilem
80 cõsuetudinem magistratũ renouare, † eiusdem rationem, aut rationes, per se, aut per suos procuratores, (uocatis uocãdis & ad hoc uocari solitis) audire, officiarios alios etiã constituere, eosdem Senatores ac officiarios cum matura, & bene deliberata causæ cognitione iterum destituere & punire,
82 aut acriter, aut leuiter pro modo delicti? † Ad hæc an quouis tpe occurrente conferre possit quæq; officia? atque alia
83 ab ijs dependentia? † Postremo an conferre poterit ēt beneficia Ecclesiastica, quorum est patronus laicalis? &c. Ad hãc quæstionem satis arduam absoluendam, sciendũ est uariari

multorum

multorum sententias. Nam multi Doctores (quos hic nominare non decreui) in ea sunt sententia, ut asserant talem nobilem aut præpotentem uirum omnino posse superiorum Iurisdictionum actus exercere, uti prædictũ est non obstante ipsius curatela legitimè celebrata, dicentes, & concludentes sic. Tametsi talis uir nobilis prodigus positus fuerit in Curatelã, ea Curatela dumtaxat concernit administrationẽ bonorum suorũ, qua tunc omnino priuatus est. Ideoq; nullo modo intelligenda est ea curatela habere eam potestatẽ, ut extendatur etiam ad ipsius temporalem iurisdictionẽ, sic ut per eã ẽt priuandus ueniat ullis suis prædictis Iustitijs, Iurisdictionibus, authoritatibus aut superintendentijs, quominus earundem Iustitiarum actus, ac legitima exercitia debitè, ac dignè execere ualeat, scilicet Magistratus renouare, Senatores constituere, deponere, maleficos quosque punire, Officia conferre temporalia, Conferre beneficia Ecclesiastica, &c. potissimum si eadẽ iustè, dignè, ac debitè faciat deinde ea tollat, remoueat ac mutet, quæ iniustiora uidebãtur, aut minus tolerabilia. Ego tamẽ sub correctione melius ac rectius sentientiũ, aliter de prædicta qõne sentio. Negatiuã partẽ adstruendo. I. Nobilẽ talem prodigum aut prodigos tales, quorum iã paulò ante meminimus, nõ posse inuitis ac nolentibus curatoribus, uti mero & misto imperio, ac simplici iurisdictione (uulgo alta, media, & bassa iustitia) nec singulis annis posse renouare Magistratum. Nec eiusdẽ rõnem aut rationes, per se, aut per suos procuratores (uocatis uocandis, & ad hoc uocari solitis) audire. Nec officiarios ẽt constituere. Nec eosdem Senatores ac officiarios cũ natura, & bene deliberata causæ cognitione destituere, nec punire aut acriter, aut leuiter pro modo delicti. Nec omni tpe occurrente cõferre officia publica, atq; alia ab ijs dependentia. Nec posse cõferre beneficia Ecclesiastica, quorũ sunt patroni laicales. Ad sñiam aũt hãc meã ferendã me cogunt sequẽtes rõnes. Primò cũ prodigi de iure discretione & iudicio carẽt, neque dñr illa habere. l. 1. ff. de curios. Scdo prodigorũ nullus est sensus, ut in. l. Mutũ. § Primo, ibiq; glos. & Bal. ff. de acq. hęr. Tertio Prodigi & furiosi i iure æqparant

# COMMENTARIA IODOCI DAMHOVDERII BRVGENSIS Iurisconsulti, in Titulum, de tutorum, & curatorum Ratione, eiusdem tempore, modo, atque forma.

## SVMMARIVM.

1 *Ratio tutelaris, ob pietatem, digna est, in quam magistratus diligenter intendat.*
2 *Ratio tutelaris tota ex bono & æquo pendet.*
3 *Pupillaribus bonis & leges prospiciunt.*
4 *Pupillaria bona, fraudibus multorum sunt exposita.*
5 *Ad orationem tutelarum Iudex non debet se reddere difficilem nec somnolentum.*
6 *Tutoris aut curatoris dolus, semper est coercendus.*
7 *Administratores omnes obligantur fideliter & diligenter librum rationum conficere, rationem reddere, & reliqua si quæ sint soluere, idque coram Iudice competente, &c.*
8 *Sine redditione rationis, non patescit boni tutoris fidelitas, nec mali infidelitas.*
9 *Rationes cum die, & consule, edi debent.*
10 *Ratio de iure non prius reddenda, quam post tutelam finitam.*
11 *Rationum libellus conficiendus est tantum ab administratore uniuersali plurium rerum, uel etiam unius rei, quæque redditus & expensas habet.*
12 *Gandensium ordinatio seu statutum.* } *de ratione tutelari.*
13 *Brugensium statutum.*
14 *Hyprensium statutum.*
15 *Franconatum seu Francostarum statutum.*
16 *Redde rationem uillicationis tuæ, ad rationẽ tutelarem applicatur.*
17 *Tutores, curatores, duplici ratione ad ratiocinia astringuntur.*
18 *Alienæ sese administrationi imminiscentes, ratiociniorum, reliquorumque restitutioni fiunt obnoxii.*
19 *Omnis administrator, ex mala negligentique administratione obligat.*

*Frater*

20 *Frater, qui administrauit, rationem quoque reddere debet.*

21 *Rationum redditio non minus tutorum, aut curatorum astringit hæredes, quàm ipsos tutores, &c.*

22 *Contra administratoris cuiuscunque hæredem, sicuti contra administratorem, actio intentari potest.*

23 *In ratione non modo deducenda sunt, quæ nomine pupillorum administrantur, uerum ẽt, quæ in rem eorum habentur impensa.*

24 *In rationem uenire debent, etiam gesta, aut deperdita, post pubertatis tempora.*

25 *Tutor functus officio, ad reddendam rõnem per prætorẽ cogi debet.*

26 *Adultus si oblatam per tutorem rationem suscipere renuat, per Iudicem ad audiendum compelli potest.*

27 *Rationes sic reddendæ sunt, ne cui detur conquerendi occasio.*

28 *Principio qui gessit, conueniendus, deinde magistratus, tertiò tutor, qui non gessit.*

29 *Pari culpæ tutores omnes ex æquo sunt obnoxii.*

30 *Post diuisionem tutelæ factam, liberum est adulto ad rationem, & ad damni reparationem compellere, quem ipse uolet.*

31 *Paris culpæ sunt, non gerere, aut alteri malè gerenti, committere.*

32 *Tutorum ac curatorum multorum supina simplicitas, qui se tener non putant, quod omni administratione caruerint.*

33 *Tutorum ac curatorum prudentum est, ad pupilli, adultiue negocia uigilanter intendere, alioqui à tutelæ curæve periculo minimè liberantur.*

## CAPVT PRIMVM.

QVONIAM autem tutelæ ac curatelæ officia sunt longè pijssima, & hominibus Deoque gratissima, idcirco non negligenter,
1 † aut somnolenter, sed potius ntentissimè, ac summa cum diligentia à magistratibus Rõnes Tutorũ ac Curatorũ cognoscẽdæ erunt, expendendæ, atque iterũ, uerũq; uidẽdæ, & recognoscẽdæ, ne pupillis aut minorib.

tamen priorem opinionē (nempe Imolæ) esse ueriorem & crebriorem. Ratio est in promptu. Quia res quæ publicè subhastatur, datur plus offerenti, igitur datur secundū æstimationē loci publici, quæ dicitur æstimatio legitima & uera, secundum D. Bart. in d.l. Precia rerum, §. Vltimo. Nihilominus præfatæ opiniones cōtrariæ hunc in modū possent conciliari & concordari, (aliorum rectius meliusq; sentientium iudicio semper saluo.) ubicunque res uenditur ad publicam subhastationem, dolo ac fraude cessantibus, & hoc ob necessitatem, daturq; plus offerenti, tunc in illa nō est locus remedio, d.l.2. & hanc opinionē omnes obseruant practici. Sed res quæ non diuenditur ob necessitatem rei familiaris, sed tantū ex quadā animi uoluptate, si ad subhastationem plus offerenti, pp statutum loci, non detur, tunc locus est remedio. l.2. præallegatæ. Atq; ita intelligenda uidetur opinio D. Bart. in l.1. C. de præscrip. xxx. uel xl. anno. Atq; similiter, intelligenda est opinio Angeli ac Pauli in d.l. Precia rerū. §. ultimo. Animaduertēdum tñ est, qđ in Francia, pro more semper habuerint, ut impetrent pro contractus rescissione, literas regias, quas literas regias rescissorias (uulgo) appellitant. Verum has à paucis annis per nouas ordinationes regias, limitatas intelligo, scilicet ut tantum eæ literæ uim habeant usq; ad decennium. Nam post decenniū, à tempore contractus celebrati, nō habet locū amplius remediū præfatæ. l.2. Neq; dantur hac tempestate huiusmodi literæ, elapso decennio in Francia, idq; propter hominis memoriā, quæ labilis est, quēadmodū habet. l.2. §. Sed quid, & §. Sed quia. C. de uer. iur. enucle. Gl. in c. Si testes 4. q. 3. per. l. Si arbiter. ff. de prob. Præterea, hic memoriæ man-

51 danda erit & subsequēs q. † Pupillus homicidiū si cōmiserit & perpetrauerit, qua pœna punietur, ac mulctabitur? Prima enim facie pœna capitis, ultimoq; supplicio apparet puniendus, ſm notabilissimam. l. Nemo deinceps, ibi homicida

52 quod fecit, semper expectet. C. de episc. audien. † Huic affine est, Quod ubi à lege certa pœna crimini est imposita, eandem Dominus Iudex necessario imponere debet, nullo autem modo eam pro suo arbitratu efficere aut duriorē, aut remissio-

53 missiorē. Neq; etiam eam pœnam à iure † statutã alterarē, aut in aliam commutare poteſt, c. licet, de Pen. & l. Quid er go. §. Pœna grauior. ff. de his qui notam infa. Ideoq; ait per
54 pulchrè text. in Authentico, † de iudicib. colla. 6. §. Oportet, iudicē nequaquam debere eſſe lege clementiorē. Dixit tamē eximius Baldus, in l. Et ſi ſeuerior. C. ex quib. cauſ. in fa. irrogat. Si Pupillus fecit homicidiũ, quæritur an is puniē tur pœna amputationis capitis, ubi Baldus reſpondet quod non, ſed quod talis impoſita pœna mitigari debeat. Ad hoc ualet etiã dictũ D. Innoc. admodum celebre & ad multa ſin
55 gulare, in c. 1. de conſtitu. allegans ubi ait † propter caſuum emergentiam, licitum eſſe iudici leges tranſgredi. Si tamē caſus de facto contingat (quemadmodum nonnunquam accidiſſe ipſe comperi.) ad huius pleniorē notitiã ſuadeo conſulendos eſſe. D. Andream Barbatia in c. de cauſis num. 33. de officio delega. & D. Alexand. Imolenſem, in l. Hodie. ff. de pœnis, & qđ notatur in dicto Authentico, & Iudicibus, colla. 6. Baldi interim opinionē tanquam mitiorem, amplectendã omnibus modis ſuadeo, pro qua plurima allegari, & adduci potuiſſent, ſi tēporis penuria admiſiſſet. Deinde meminiſſe hic non inutile erit huius quoque quæſtionis, ſcili-
56 cet, † An pupillus calumniæ iuramentũ (quod eſt iuramentũ credulitatis) præſtare poteſt? Hæc quæſtio negatiuã partē deſiderat, nempe pupillũ calumniæ iuramentũ omnino præ
57 ſtare non poſſe. † Ratio eſt, quia hæc ætas ignorat, neſcitq; quæ uidet, ut meminit. l. 1. §. Impuberes uerò. C. de falſa monet. ibi. quia ætas eorũ, quid uideat ignorat. Præterea ſi pupillus uidēs, ignorare dr̃, qđ uidet, multò magis cauſæ iuſtitiã ignorare dicendus eſt, quod potiſſimum in eo requiritur, qui ad calumniæ iuramentũ admittitur, ſcilicet, ut ſciat iuſtitiam cauſæ, ſm. l. 2. §. Quod obſeruari. C. de iurament.
58 pp calum. dand. quare, &c. quod perpetuò nota. † Quæritur
59 ēt an pupillus poſſit præſentare, † & uter præferendus ſit, an tutor, an pupillus? Ad hæc quoties minor præſentat, an tũc tutoris an curatoris potius authoritas requiratur? Harum interrogationũ ac quæſtiuncularũ meminit D. Bartholomeus à Chaſſeneo humanorum iuriũ Doctor, in titulo. *Des enfans*

*de plusieurs lictz*. §.4.Sed breuitatis studio, Rochũ de Curte, suo in tractatu de iure patro. in uerbo. Cõpetens, quæst.
60 4. Iubebit uidere. † Alia præterea hic oritur quæstio, f. Si tutor aut curator quippiam emerit cũ pupilli aut minoris pecunia, cuiu ſnam hoc pacto res ea empta eſſe cenſebitur, aut ad quem pertinere cenſebitur, ad Tutorem ne, an ad pupillum, uel minorem? Certe longis omiſſis ambagibus, ego exiſtimo quod quicquid tutor uel curator cũ pupilli aut minoris pecunia conquirit, id indubiè ad pupillum aut minorem pertinere cenſendum eſt expreſſa. l. Si tutor. ff. Quando ex fact. tuto. uel curato. & ibi Bart. l. Curator. C. Arbitr. tutel. His concordat. l. Si ex ea pecunia. C. de rei uendica. quæ habet, Rem emptam cum pecunia minoris, eſſe minoris, & ſi eius nomine empta non ſit. Hanc ſententiam etiam ſequitur D. Ioannes Minniers Iuriũ Doctor, præceptor meus Aureliæ, cùm interpretaretur. l. Si patruus. C. Cõia utriuſque iudicij. Porro hæc diligenter notanda, & ab omnibus obſeruanda ſunt, hac infœliciſſima potiſſimum tempeſtate, aduerſus tutores & curatores, qui plærumque ac paſſim cũ minorum, necnon ſimiliũ ſubiectarum perſonarum pecunijs, quælibet pro ſeſe emunt, & cum pupillari pecunia diteſcũt.
61 Quæri hic ẽt poſſet, † An præſcriptio legalis, ſtatutaria uel conſuetudinaria, quæ eſt in odium ac detrimentũ negligẽtis, an ea inquã duret contra pupillum, minorem, & id genus alios. Hæc quæſtio tametſi longam requirat explicationem, eandem tñ ſuccinctius abſoluendã curabo, Ac primò ſunt qui ad hanc quæſtionem affirmatiuè reſpondent,
62 pro quo hanc authoritatem citant. Omnes præſcriptiones à lege, ſtatuto, uel cõſuetudine, poſt l. finalem. C. in quibus cauſ. in integr. reſtitu. non eſt neceſſa. introductas cõtra pupillũ, minorẽ ac ſimiles currere, & ualidas eſſe, atque ita tenent Ang. Bal. Guido de Suzaria. Old. Alberic. & Raph. in d. l. finali, ubi Bartoli opinio contrariũ ſentientis communiter
63 ter reprobatur. Hęc ẽt eſt opinio Inno. in c. † Conſtitutus, de integ. reſti. Huic affine eſt, quod ſtatuta & conſuetudines etiam arctant minores. l. Si ſine hærede. §. Lucius. ff. de adminiſtra. tuto. notat Angel. in. l. Si plures. ff. de pact. Alexand.

xan. suis in cõsilijs, cõsi. 37. Incip. Cõsideratis his. 2. col. 4.
uol. Sunt alij qui ad superiorẽ q. respondent negatiuè, qui
se stabiliunt per regulam. l. fin. C. in quib. caus. in integrum
64 restitu. nõ est necessã. quæ est, † Quod melius est, intacta iu
ra seruari, q̃ post causam uulneratã remediũ quærere. Per
65 quam quidem regulã cõcluditur: † Præscriptionem cõtra pu
pillũ ac minorem nullo mõ currere aut ualere. Ac huic con
sentit. c. 1. coniuncta glossa super uerbo. Nõ liceat, extra. de
in integr. restitu. Bart. uerò ind. l. finali, quærit, An illa lex
habeat locum in præscriptione statutaria. Quã qõnem D.
Panormita. et discutit & tractat, in. c. Constitutus, extra, de
in integr. restituti. atq; tandem perpensis singulis, sic cõclu
66 dunt & dicunt. † Quod in lucro captando præscriptio cur-
rat, iuxta casum d. c. Cõstitutus. Verũ ne pars p̃ præscriptio
nẽ læsa habeat, quod immodicè doleat datur primo annõ
restitutio, eaq; læsi proximis, sic ut proximi illi aut consan
guinei, intra annum eandem rem uenditã, restitutione eius
dem precij sibi redimere, ac recipere possint. Verũ in amit
tẽdo lucro, ius iam quæsitum non currit, ut tenet Ludo. Ro
ma. in. l. Naturaliter. ff. de usucap. & Alexan. suis in consi-
lijs consilio. 31. uolumi. 5. Atque his opinionibus consentit
67 notabile dictum † Baldi, in. c. 1. §. Porro, in titulo. Quali
olim feud. po. aliena. Præscriptionem 30. annorum contra
pupillum non currere. Sed huic opinioni aduersatur Al-
beric. de Rosate, in. l. Tutor. §. Ab eo qui. ff. de administra-
tione tuto. asserens ibidem Præscriptionem statutariam de
68 bere currere contra pupillum. † His itaq; oĩbus præmissis,
& opinionibus collectis, hanc tandẽ conclusionẽ amplecten
69 dam censeo. † Præscriptiones temporales qualitercunque
introductæ sunt non currunt contra pupillum, minorem,
aut similes, nisi eædem merum inducerent lucrum, uel
nisi sint testamentariæ uel conuentionales. Et argumenta il
la paulò superius adducta, aut quæ possent allegari, & addu
ci, (potissimũ ex c. Constitutus ex̃ de restitu. in integr. q̃d
uidetur aduersari d. l. Finali, dicenti, nullam præscriptionẽ
temporalem, contra minorem currere) facilimè solui pote
70 runt. † Illa enim lex finalis profectò de præscriptione lega-

li debet intelligi, nō aũt de præscriptione statutaria, uel cō suetudinaria, quia isthæc currit contra omnes, dicto. c. Cōstitutus, si tamen casus de facto contingat. Illud itaq; caput Constitutus, ut clarius intelligas, D. Panormit. ibidem consulas uelim. Dicta uerò lex finalis nullius statuti aut consuetudinis meminit, cũ hæc duo in facto consistãt. Dicẽdũ est igitur omnes ualidas præscriptiones, p statuta, aut consuetudines esse introductas, & sic s͠m. d. l. finalem. C. in quib. caus. in integr. restitu. non est necessa. currere contra minorẽ. Claudius de aquis, in l. Naturaliter, post Ludo. Roma. ff. de usucap. necnon. D. Præpositus & Aluaro. in. c. 1. §. Præterea, de prohib. feu. aliena. per Federi. Neq; hic prætereunda erit hęc quæstiuncula, † scilicet, Quia pœna afficiendus erit is Tutor, qui pupillã suã, cuius tutelã gessit, stuprauit? Huic quæstioni facit plus satis. l. unica. C. Si quis eam cuius tutor fuerit corruperit, ibi deportatione subiugetur, atque uniuersæ eius facultates fisci iuribus uendicentur, hoc est, Talis tutor deportandus, hoc est, in exiliũ relegandus erit, & omnia ipsius bona † confiscanda sunt. Huius rationem assignant, quod tutor pupillæ datus fuerit, parentis loco, ut ipsam defendat, alat, bonis atq; honestis moribus instructã curet, ab indignis iniuriis uindicet, non autem, ut nefario stupro contaminet. l. 2. ff. de administr. tuto. & Institu. de tutel. in principio. Verũ huic legi nō subiacet, nec s͠m eam puniendus est tutor Brugensis, aut alius quispiam cuius bona, ratione priuilegij, confiscationi minimè sunt subiecta, sed prorsus immunia atq; exempta. Quamobrẽ in his tunc alia pœna, † arbitrio Iudicis imponẽda foret. Alia præterea hic moueri posset quæstio. s. Si tutores aut curatores pupilli seu minoris diuitis ac opulenti, & mercaturæ incumbentis uideant eundẽ suum pupillum industrium, & in mercaturæ negocio mediocriter instructũ, ipsumq; nō exiguæ spei atque expectationis iuuenem siue adolescentem factũ esse, atq; ob id matura inter se habita deliberatione magistratũ adeãt, ab eodẽq; decretum, auctoritatẽ siuę licentiã postulent, ut eidẽ pupillo aut minori ex proprijs suis bonis & facultatibus certã pecuniariam summam, nempe centum

71 (margin, at "da erit hęc quæstiuncula")
72 (margin, at "& omnia ipsius bona")
73 (margin, at "alia pœna")

libras

libras grossorum monetæ Flandriæ sumere permittant, ut his ad negociandum & ad mercaturam exercendam liberè utatur, & ut per hoc suæ industriæ & diligentiæ, aliquod specimen, & experimentũ suis tutoribus præbeat, & ostendat, queritur, Vtrum in hoc casu liceat dicto magistratui, suũ iuxta postulata, interponere decretum? Et casu quo postmodũ præfatus pupillus aut minor contraheret aliquot debita pas siua, quæ summam prætactam centũ librarum excederent, an inquam excessus iste ex residuo suorũ bonorũ ueniret exoluendus, an non? Præsentem qõnem non semel, sed quã sæpissimè, in Magistratu Brugensi, pro utraque parte uentilatã ac discussam esse audiui. Alij partem affirmatiuam magis probabant, dicentes: Huiusmodi decretum interponi quidem posse, non tamen eius decreti prætextu bona pupilli restantia, ad huiusmodi excessum ullo modo obligari posset, confirmantes suam sententiam per illud uulgatum axioma iuridicum. Limitatum decretum, limitatum producit & effectum, uulgata. l. In agris. ff. de acqui. re. do. & l. Cum seruo. ff. de cõtrahen. empt. & uendit. & l. Statu liberum. §. Stichum. ff. de lega 2. cũ alijs multis argumentis debiliter fundatis, in eandem partem nihilominus adductis, sed breuitatis studio prætermissis. Alii uerò negatiuã & oppositã partẽ firmiter tuebantur, & omnium optimè dicebant, tale limitatum decretum (cuius est questio) nihil operari in præiudicium creditorum, qui bona fide eidem pupillo aut minori maiorem summã crediderunt, quã per decretum admissa &
74 concessa fuerat. † Creditores enim illum totum à curatela absolutum existimant, quẽ sui iuris in aliqua bonorum suorum parte liberum fuisse intelligunt. Quocirca nullo modo rationi consentaneum esse puto, ut aliquis partim sub tutela sit uel cura, hoc est sub alterius potestate, & partim ab eadem tutela uel cura sit liber, solutus, & sit sui iuris. Harũ enim rerum inter se naturalis pugna est, ut aliquis in tutela sit uel cura, & extra tutelam aut curã sit, arg. l. Ius nostrũ. ff. de reg. iur. cum similibus iuribus. Præterea difficile admodũ, periculosum & damnosum foret, cum similibus personis contrahere, quod cum eis contrahentes semper certiores

fieri

fieri deberent, num pro pluri mercantias exercuissent, aut exercere possent, q̃ pro summa admissa & concessa, quod esset absurdum. Quapropter quoties huiusmodi casus Magistratui proponitur, dico omnino fieri non posse ut aliquis ratione certæ & determinatæ summæ iuris sui fiat, & reliqua rũ suarum facultatum sub alterius iure remaneat. Nã si hoc per magistratũ permitteretur, nõ raro plurimarũ fraudũ, & deceptionũ occasiones ipsis pupillis & adultis uere darent, quibus bonam integramq́; mercatorum fidem deluderent & circumuenirent. Atque hoc profectò cederet in Reipublicæ certũ & euidens dispendium. Non em̃ debent doli, fraudes, ac deceptiones hmõi quoquomodo aut quouis tempore tolerari, sed penitus reprimi, refrænari, & iure puniri.

75 † Superest nunc ultima huius tituli quæstiuncula, nõ prorsus inutilis, scilicet, An Pupillo, aut minori sine tutore uel curatore pacisci, inireq́; pacem de morte sui patris, liceat? Hanc quæstionẽ discussit D. Paulus Castrensis in l. Conuẽtionũ autem. ff. de pact. in. 4. notabili. Similiter D. Speculator practicorũ nec infimus, lib. 4. particula. 4. titulo de homicidio, in uersic. Illud aũt quæritur num. 6. ubi post nõnulla allegata, tandẽ negatiuæ parti fauere omnino uidetur, nẽpe, Pupillum aut minorem, nullo modo pacem inire, & facere posse de morte p̃ris, nisi cum tutoris aut curatoris auctoritate, & cũ iudicis decreto interuenientibus, quorum opinionem tanquam tutissimam, ac maximè securam insequi nec ipse uereor, Speculatorem tamen occasione casuq́; facti ha-

76 bitis inspiciendũ minimè dissuadeo. † Huic qõni cognata est & altera qõ, scilicet, An filius sic faciẽdo pacẽ iuxta modũ prædictũ, per hoc ipsum patris hæreditatẽ adire censeatur? Hanc qõnem mouet D. Paulus Castrensis, loco ẽt præallegato, & negatiuè concludit, sicut nec faciendo uindictã de sepulchro uiolato. l. Sepulchri uiolati actio. Et uulgata. Quæsitũ. ff. de sepul. uiola. Ibiq́; Dñs Bartolus, qui huius p-

77 pulchræ meminit quæstionis, sub hac forma, † Filius fecit pacem de morte patris, acccepta pecunia, an per hoc adire hæreditatem uideatur, atque hoc se bonis patris immiscuisse censeatur, & per consequens ad debita patris teneatur, &

respondet

respondet per dictam. l. Quæsitum ad debita patris non teneri, nec per hoc sese immiscuisse bonis patris, ac eius adijsse hæreditatem censeri. Hanc ponit idem Bartolus in forma quæstioné, in l. Pro hærede. §. fin. ff. de acqui. hæredita. ubi est idem casus. Quia autē in superioribus capitibus multa enarrata sunt de Prodigis, poterit quoque huic loco in fine inseri quæstio non indigna, nec ab hac nostra materia aliena, nempe tális. Si contingat uirum aliqué nobilē, aut alioqui præpotentem habere unum, aut plura dominia, tā directa, q̃ indirecta, & etiam utilia; nempe ciuitates, castra, aut pagos, siue ex parētum successione, siue ex emptione, siue ex donatione inter uiuos, siue ex testamēto, aut alio quocunq; legitimo modo, qđ uel quæ dominia haberent merū & mixtū imperium, ac ēt simplicem iurisdictionem (uulgus altam, mediam, & bassam Iustitiam appellitat,) per quam potestatem habeat animaduertendi in maleficos, secundum l. Imperium. ff. de iurisd. om. iudi. Aut habeat iurisdictioné, quæ mixtum imperium dr̄, quæq; in danda bonorū possessione, siue in iudicis dandi licentia consistit. Quam materiā abundè tractauit Ioan. Longouallius in Senatu Parisiorum aduocatus insignis in sua noua & facili declaratione ad d. l. Imperium. ff. de iurisdic. om. iudic. & ad multas alias leges. Aut habeat etiam eam iurisdictionem, qua possit singulis annis certo statuto die, secundum uniuscuiusque loci antiquā inueteratam & laudabilem consuetudinem Magistratum renouare, eiusdemq; rationem, aut rationes per se, aut p̄ suos procuratores, (uocatis uocandis, aut ad hoc uocari solitis) audire, officiarios etiam constituere, eosdem Senatores, ac officiarios, cum matura & bene deliberata causæ cognitione destituere & punire, aut acriter, aut leuiter pro modo delicti, aut si habeat eā iurisdictionem qua quouis tempore occurrente conferre possit officia, ac reliqua ab ijs dependentia. Præterea beneficia Ecclesiastica, quorū essent patroni laicales, &c. Sicut legimus Moysem supremū à Deo iudicē constitutum super populū Israel instituisse Iudices, Tribunos, Cēturiones, quinquagenarios & Decanos qui iudicarēt populum omni tp̄e, ut scribitur Exodi. 18. Cap. qui ēt & populi

puli Principes & Iudices ob ipsorum delictum extremo supplicio puniuit, suspendens illos in patibulis, ut habet Numeri. 25. c. Quæstio nunc hæc est. Si inquam talis nobilis, aut prępotens tale habens dominiũ, aut plura dominia, postea fiat rerum suarũ prodigus, omniaq; bona sua inutiliter profundat, iuxta. l. Ad exordium. ff. de cura. furio. Vel expẽdat plura quã ferãt facultates ipsius, idq; sine causa, & necessitate, quemadmodum ille de quo meminit Dominus in Euangelio Lucæ. 15. Cap. Dicens. Quod dissipauerit oĩa bona sua, uiuendo luxuriose, &c. &. §. Cũ uerò Deo amabiles Episcopi, uersi. Nã si non aliquis ferret libenter eũ qui ultra substantiam suã expendit, &c. in Authẽtico, ut determinatus sit numerus clericorum, ibi Angel. notat illum textũ.

78 † An inquã talis nobilis prodigus ob hanc rerũ suarũ profusionẽ meritò in curatela cum matura & sincera deliberatq; causæ cognitione, nullisq; omnino solennitatibus, secundũ uninscuiusque loci statuta, ordinationes, ac ritus prout de iure, ac etiam inueterata & laudabili consuetudine, omissis, sed edicto publico proscriptus, seu proclamatus, possit, non obstante tali sua curatela, seu administrationis bonorũ interdictione, inuitis ac nolentib. curatorib. exercere merũ & mixtũ imperiũ ac simplicẽ iurisdictionem, habereq; gladij potestatem, ad animaduertendum in facinorosos homines, ad exercendum inrisdictionẽ, & licentiã iudicis dandi, ex quo-

79 rũ executione & † actu multum commodi sæpissimè cõsurgit. Præterea an etiam possit singulis annis, certo statuto die ẽm uniuscuiusque loci antiquam, inueteratã, & laudabilem

80 cõsuetudinem magistratũ renouare, † eiusdem rationem, aut rationes, per se, aut per suos procuratores, (uocatis uocãdis & ad hoc uocari solitis) audire, officiarios alios etiã constituere, eosdem Senatores ac officiarios cum matura, & bene deliberata causæ cognitione iterum destituere & punire,

81 aut acriter, aut leuiter pro modo delicti? † Ad hæc an quouis tp̃e occurrente conferre possit quæq; officia? atque alia

83 ab ijs dependentia? † Postremo an conferre poterit ẽt beneficia Ecclesiastica, quorum est patronus laicalis? &c. Ad hãc quæstionem satis arduam absoluendam, sciendũ est uariari

multorum

multorum sententias. Nam multi Doctores (quos hic nominare non decreui) in ea sunt sententia, ut asserant talem nobilem aut præpotentem uirum omnino posse superiorum Iurisdictionum actus exercere, uti prædictũ est non obstante ipsius curatela legitimè celebrata, dicentes, & concludentes sic. Tametsi talis uir nobilis prodigus positus fuerit in Curatelã, ea Curatela dumtaxat concernit administrationẽ bonorum suorũ, qua tunc omnino priuatus est. Ideoq; nullo modo intelligenda est ea curatela habere eam potestatẽ, ut extendatur etiam ad ipsius temporalem iurisdictionẽ, sic ut per eã ẽt priuandus ueniat ullis suis prædictis Iustitijs, Iurisdictionibus, authoritatibus aut superintendentijs, quo minus earundem Iustitiarum actus, ac legitima exercitia debitè, ac dignè execere ualeat, scilicet Magistratus renouare, Senatores constituere, deponere, maleficos quosque punire, Officia conferre temporalia, Conferre beneficia Ecclesiastica, &c. potissimum si eadẽ iustè, dignè, ac debitè faciat deinde ea tollat, remoueat ac mutet, quæ iniustiora uidebãtur, aut minus tolerabilia. Ego tamẽ sub correctione melius ac rectius sentientiũ, aliter de prædicta qõne sentio. Negatiuã partẽ adstruendo. l. Nobilẽ talem prodigum aut prodigos tales, quorum iã paulò ante meminimus, nõ posse inuitis ac nolentibus curatoribus, uti mero & misto imperio, ac simplici iurisdictione (uulgo alta, media, & bassa iustitia) nec singulis annis posse renouare Magistratum. Nec eiusdẽ rõnem aut rationes, per se, aut per suos procuratores (uocatis uocandis, & ad hoc uocari solitis) audire. Nec officiarios ẽt constituere. Nec eosdem Senatores ac officiarios cũ matura, & bene deliberata causæ cognitione destituere, nec punire aut acriter, aut leuiter pro modo delicti. Nec omni tpe occurrente cõferre officia publica, atq; alia ab ijs dependentia. Nec posse cõferre beneficia Ecclesiastica, quorũ sunt patroni laicales. Ad sñiam aũt hãc meã ferendã me cogunt sequẽtes rõnes. Primò em̃ prodigi de iure discretione & iudicio carẽt, neque dñr illa habere. l. 1. ff. de curios. Scđo prodigorũ nullus est sensus, ut in. l. Mutũ. § Primo, ibiq; glos. & Bal. ff. de acq. her. Tertio Prodigi & furiosi ĩ iure æqparant

&

& adsimulantur, adeò qaod uterque à foro & iudicio pari ra tione arceatur, sic ut neuter eorum, aut agere, aut conueniri possit. l. admodum notabili Fulcinius. §. Adeò, uersic. idéq; in prodigo. ff. quibus ex caus. in possess. eatur. l. Is cui bonis. ff. de uerb. obligat. d. l. Prima. C. de curato. furios. Item. Lex prodigorum personas inhabilitat, sic ut prodigi communi re putatione, uiles personæ censeantur. l. Nō debet. ff. de dolo, circa medium. Item Prodigi testari nequeunt, ne inter libe ros quidem, nisi dispensatiuè. Item nec testes ad testamentū adhiberi possunt. l. Is cui. ff. de testa. & ibi Bart. §. Item Pro digus. Institut. Quib. non est permis. facer. testa. & ibi Ang. Ex quibus rationibus sic colligo. Si nobiles prodigi ex iu re censeantur carere discretione & iudicio. Si nullam habe re sanum sensum dicantur. Si furiosis æquiparentur, si agere, aut conueniri non possint in iudicio. Si iuramentum præ stare nequeant. c. Licet, in ultima gl. de iureiurando. Si uiles personæ æstimentur. Si testari nequeant. Si testes ad testamentum adhiberi non debeant. Si deniq; bonorum suorum tēporalium administratione meritò priuentur ob easdem causas nunc prædictas, multò magis ob causas easdem priuati sunt omni priuilegio administrandi ius merū, iustū, ac iurisdictionē simplicem. Item priuati sunt priuilegio ad recreandos magistratus, & ad nouos officiarios constituendos, & ad beneficia conferenda Ecclesiastica, &c. In quibus omnibus plus salis, & prudentiæ requiritur, quā in administratione bonorum temporalium, quæ curatelæ tēpore per ipsorum curatores administrari debent, igitur multò magis superiores Iurisdictionum & Iustitiarum actus per ipsos Curatores exerceri debent, non autem ab ipsis prodigis, quantumuis nobilibus. Meæ huic cōclusioni, ac sententiæ æstipu lantur multa sacrarum scripturarum testimonia, ac primo il lud Luc. 16. Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod ue rum est, quis credet uobis? iniquum mammona uocās opes & facultates temporales. Verum autem uocat authoritatem & potestatem alios regendi. Hanc sententiā sequi uidetur Beatus Paulus. 1. Timoth. 3. cap. Episcopum Ecclesieq; rectorem

&ore suis depingens coloribus, dicens illum qui assumendus est in Episcopum, inter cætera debere esse talem qui domus suæ, id est, familiæ rebusq; domesticis bene præsit. Nam si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiam Dei curabit? Quin & idem ad Galat. 4. cap. ait quod quanto tpe hæres paruulus est. nihil differt a seruo, sed sub tutoribus & actionibus est, usq; ad præfinitum tempus à patre. Et prodigi habentur esse ueluti sine iudicio, sensu, & ratione, sicut paruuli, ergo idē iudicium erit ferendum, de talibus prodigis, quod de paruulis. His omnibus non obstantibus, si cō tingeret tales mobiles prodigos prædictos actus iudiciarios exercere, aut suos curatores in ijsdem actibus præuenire, eorum tunc acta & facta habebuntur nulla, & ipsi interim ob tale temerariū ausum arbitrariæ correctioni subiacebunt. Curatores uerò eorum tunc omnia ipsorum acta, & facta refringere (si uolunt) poterūt, & omnia pro suo arbitratu aliter cōstituere, quemadmodū ipse aliqn̄ fieri conspexi. s. quod uirtute literarum clausarum, ac apertarū declarabantur omnia nulla per prodigus præuenientes facta, & mox per Curatores eorum omnia fuerunt reuocata, & renouata, & meritò. Ob istarum itaque rerum perplexam causam suaserim ego pro maiori securitatem Aulam, aut Gubernatorem patriæ consulendum, eorundemq; authoritatē, & assistentiā prius impetrandam, antequam quid temere in tam grauibus controuersijs ab alterutra parte tentetur, potissimum in curatelis Magnatum, quorum actus & consilia propius. Aulæ censuris, & ordinationibus subsunt. Inferiorū enim nobiliū curatelæ, & actus ad alios magistratus inferiores referri primò poterunt. Et modo iam iam præfato audiui & etiam uidi iudicatum fuisse, per illustrissimā, & serenissimam Dominam ducem Parmæ, Placentiæ, &c. Gubernatricē totius Belgiæ, Regiæ & Catholicæ Maiestatis nomine, habitis prius opinione, & consilio consiliariorum Status & Priuati, penes eā existentium. Bruxellæ in Consilio Status 13. die mensis Septembris 1563. De tutorum autem & Curatorum munere nunc finis esto.

# COMMENTARIA IODOCI DAMHOVDERII BRVGENSIS Iurisconsulti, in Titulum, de tutorum, & curatorum Ratione, eiusdem tempore, modo, atque forma.

## SVMMARIVM.

1 Ratio tutelaris, ob pietatem, digna est, in quam magistratus diligenter intendat.
2 Ratio tutelaris tota ex bono & æquo pendet.
3 Pupillaribus bonis & leges prospiciunt.
4 Pupillaria bona fraudibus multorum sunt exposita.
5 Ad orationem tutelarum Iudex non debet se reddere difficilem nec somnolentum.
6 Tutoris aut curatoris dolus, semper est coercendus.
7 Administratores omnes obligantur fideliter & diligenter librum rationum conficere, rationem reddere, & reliqua si quæ sint soluere, idque coram Iudice competente, &c.
8 Sine redditione rationis, non patescit boni tutoris fidelitas, nec mali infidelitas.
9 Rationes cum die, & consule, edi debent.
10 Ratio de iure non prius reddenda, quam post tutelam finitam.
11 Rationum libellus conficiendus est tantum ab administratore uniuersali plurium rerum, uel etiam unius rei, quæque redditus & expensas habet.
12 Gandensium ordinatio seu statutum.
13 Brugensium statutum.
14 Hyprensium statutum.
15 Franconatum seu Francostarum statutum.
(12–15) de ratione tutelari.
16 Redde rationem uillicationis tuæ, ad rationē tutelarem applicatur.
17 Tutores, curatores, duplici ratione ad ratiocinia astringuntur.
18 Alienæ sese administrationi imminiscentes, ratiociniorum, reliquorumque restitutioni fiunt obnoxii.
19 Omnis administrator, ex mala negligentique administratione obligat.

Frater

20 *Frater, qui administrauit, rationem quoque reddere debet.*

21 *Rationum redditio non minus tutorum, aut curatorum astringit hæredes, quàm ipsos tutores, &c.*

22 *Contra administratoris cuiuscunque hæredem, sicuti contra administratorem, actio intentari potest.*

23 *In ratione non modo deducenda sunt, quæ nomine pupillorum administrantur, uerum et, quæ in rem eorum habentur impensa.*

24 *In rationem uenire debent, etiam gesta, aut deperdita, post pubertatis tempora.*

25 *Tutor functus officio, ad reddendam rõnem per prætorẽ cogi debet.*

26 *Adultus si oblatam per tutorem rationem suscipere renuat, per Iudicem ad audiendum compelli potest.*

27 *Rationes sic reddendæ sunt, ne cui detur conquerendi occasio.*

28 *Principio qui gessit, conueniendus, deinde magistratus, tertiò tutor, qui non gessit.*

29 *Pari culpæ tutores omnes ex æquo sunt obnoxii.*

30 *Post diuisionem tutelæ factam, liberum est adulto ad rationem, & ad damni reparationem compellere, quem ipse uolet.*

31 *Paris culpæ sunt, non gerere, aut alteri malè gerenti, committere.*

32 *Tutorum ac curatorum multorum supina simplicitas, qui se teneri non putant, quod omni administratione caruerint.*

33 *Tutorum ac curatorum prudentum est, ad pupilli, adultiue negocia uigilanter intendere, alioqui à tutelæ curæve periculo minimè liberantur.*

## CAPVT PRIMVM.

QVONIAM autem tutelæ ac curatelæ officia sunt longè pijssima, & hominibus Deoque gratissima, idcirco non negligenter,
1 † aut somnolenter, sed potius attentissimè, ac summa cum diligentia à magistratibus Rões Tutorũ ac Curatorũ cognoscẽdæ erunt, expendendæ, atque iterũ, iterũq; uidẽdæ, & recognoscẽdæ, ne pupillis aut minorib.

ulla fraude affectis,aut egeant,aut pereant,aut suis paternis opibu sper astutiam ullam emungantur,præsertim hoc seculo lõgè corruptissimo,& ad nullas non technas instructissimo. Sedut omnibus dolis,ac fraudibus exclusis summa cũ ęquita
2 te ex rõnes tractent,& examinētur, quæ † ita ex bono & æ-
3 quo propendeant,adeo,† ut nullæ non leges bonis pupillari-
4 ribus,diligenter prospicere,†ac piè cõsulere iusserint,ob id quod eorum bona plærunq; tutorum, ac curatorum fraudi-
5 bus(ne dicam rapacibus technis)sint exposita. † Iudices ergò qui in hmõi rationũ tutelarium causa iudicare habent, minimè se reddãt difficiles,aut morosos in uidendis,ac diligẽter reuidendis administratæ tutelæ, aut curæ rationibus, & in rationũ cõputis repetendis, nẽpe ut in huiusmodi causis(per quas minorũ,atque similium miserabilium persona
6 rũ indemnitatibus succurritur)legaliter † procedant, prouideantq;(sicuti leges uolunt)ut tutoris, aut curatoris dolus, tũm in administrationis principio,tum in medio,tũ in fine, omnibus tpe & casu,ac oĩ ex parte coerceatur, & purgetur. Horret profectò animus ad cõmemorandum quãtis uersutijs,quãtis technis,q̃ fraudulentis modis pupillorum bona nunc passim oppugnentur,ac diripiantur,adeò ut mihi commemoraturo lachrymæ prius deficerent quàm uerba, si oẽs causas,& fraudum illarum occasiones,& modos explicare ꝑ rexero. Tantus prætere a circa pupillorum, minorumq; rõnes reddẽdas,misero hoc in orbe est error,atque defectus, tum in tutoribus,tum in magistratibus, tum in patriæ consuetudinibus,aut statutis,ut his explicandis nulla queat sufficere oratio. Cęterum ut cõpendiaria uia huius negocij uestibulũ ingrediar,precium operæ me arbitror facturum,si ꝓ mei captus tenuitate prius oculis summatim exposuero, quicquid huic nostro proposito conuenire uidebitur. Relictis ergò multis à tergo diuerticulis in sacris legũ uoluminibus,
7 & in plusquam ducentis locis sole † clarius occurrit, tutorẽ, curatorem,administratoremq; alienarum rerum, naturali ac ciuili ratione debere librum rationum conficere, rationẽ rerum à se gestarũ,plenam,fidelem,& diligentem reddere, & reliqua(si q̃ sint) debere ꝑsoluere. Neq; dẽt se quisq̃ à tali ratio-

ratione reddenda putare esse liberum, aut iure absolutum, aut cum tuta conscientia. Quum enim in rebus omnibus, receptorum, & expensorum exacta reposcitur ratio, multò magis in hac pia administratione bonorum pupillarium unicuique reddenda erit rõ, scilicet ut boni administratoris appareat fidelitas, & integritas. Et ut mali administratoris coar-
8 guatur infidelitas, fraus, & rapacitas. † Hæc enim duo sine rationis redditione nec certò apparere, nec certò cognosci pos
9 sunt. † Atq; ideo (ut dici solet) Rationes cũ die & cõsule edi debent, qm̃ accepta & data non aliter possunt apparere, nisi dies & consul fuerit editus. l. 1. §. Rationes. ff. de eden. Nec enim melius possunt reduci ad mentẽ accepta & data, q̃ declarato, quo die singula facta sunt. Idq; corã iudice cõpetenti, tametsi corã uiris bonis & calculi expertis, per Iudicẽ ad hoc datis, id ẽt fieri nequaquã prohibeatur. Cauetur l. 1. §. Officio. ff. de tute. & rat. distrah. quem textum ad quemlibet administratorẽ extendunt doctores, atq;. l. 2. ff. ubi pup. educa. deb. Necnõ. l. Thais ancilla, uersi. Sorore sua, ibi potissimũ respõdit. Nõ spectandum quid heredibus displiceat sed id quod bono uiro possit placere, ut libertatẽ consequã
10 tur. ff. de fideicommiss. libert. Attamen † huiusmodi rationem, ut tutor reddat, in multis locis cogi nequaq̃ potest, nisi post finitã tutelã, neque curator nisi post curã. l. Nisi finita, &. l. Si cũ adhuc. ff. de tutel. & rat. distrah. l. 2. &. l. Rationes. C. de administra. tut. uel curato. Idẽ in hospitalario uel orphanatropho. iuxta. l. Orphanatrophos. C. de episco. & cleric. Cle. 2. §. ut aũt, de religio. domib. Idẽ in testamenti executore. l. Nulli. C. de episco. & cleric. c. Tua nobis, &c. Ioannes, ex̃. de testam. Simile in procuratore, siue ad lites, siue ad negocia. l. qui proprio. §. Procurator. ff. de procura. Et in simplici negociorum gestore. l. 2. ff. de nego. gest. Et generaliter, siue necessarius, siue uoluntarius, siue à lege, siue à iudice, siue à testatore uel parte priuata cõmissus, siue sine ullo mãdato & cõmissione administrauerit, ad hæc prædicta ꝑfus obligat̃. Sicuti tenẽt Iacob. de Are. Nic. de Neapol. in dicto. §. Offic. Bar. in. d. l. 2 Bal. in cons. 137. lib. 5. Ludo. Roma. cons. 414. Quoad primũ in principio, late Soci. cons. 46

M 2 Cum

Cùm in præſenti.lib.1.quod eſt duplicatum in conſil. 213. lib. 2. Idem Soci.conſil.73.circa primã,lib.1.conſ.159. in præſenti.conſ.190.Memini, lib.2.Iaſon cõſ.111.col.1.lib. 11.Stephan.Bertran.conſ. 136.Non eſt dubiũ col.1.lib.1. Hæc aũt loca adduxi,nõ ad confirmãdam rem indubitatã, ſed ut illis, qui in materiarum tractatibus expatiari gaudẽt longius, quaſi campum quendam inſigniorum locorum, &
11 ampliſſimum, & uberrimum,†tanquam digito cõmonſtrarẽ,& ipſorum auiditati ſatisfacerẽ. Superiorem aũt conclu. intelligẽdã cẽſeo,ĩ adminiſtratore uniuerſali,uel gñali, uel plurium rerũ,uel etiã unius rei quæq; redditus uel impenſas habet. Secus ſi adminiſtrator utroque careat. Tunc eñ inuentario,non rõnum libro,nec calculo opus eſt. Aut certe(ſi utilius ſic aut magis expedire uidebitur ei cuius res adminiſtrãtur,)tunc nec inuentarium, nec Rationum libri erunt conficiendi per.l.2.§.Tractari.ff.ad Tertul.Bart.in.l. Tutor qui repertorium,col.3.nu. 16.ff.de adminiſtra. tuto.& quod notat Ludo.Roma.in ſingul.104.incip. Secũdò quæro, Hyppol.de Marſil.notab.302.Mr. Cæterùm hac de re cõperio & cõſuetudines & ſtatuta nr̃a Flandrica, inter ſe ſe multũ eſſe diuerſa,& cõtraria.Gandenſiũ eñ ordinatione
12 decretũ eſt. Tutorẽ,†curatoremq; quẽcunq; ſingulis annis aut ad minus biennio ſemel ad Rationem reddendam obligari, idq; fieri neceſſe eſt coram Decurionibus(uulgo Scabinis)ueluti ſupremis ipſis tutoribus præſentibus.Item præſentibus agnatis,cognatis, aut minorum amicis, ſub pœna (ſeu potius mulcta) decem librarũ Pariſienſium, & deinde
13 ſub pœna Decurionũ ſiue † Senatorum arbitraria, Brugenſiũ uero ſtatuto ordinatum eſt,ut tutor, curatorq; tutelæ cureue adminiſtratæ rõnes reddãt,nõ corã magiſtratibus,ſed in præſentia ꝓximorum ꝓpinquorum. Ob horum aũt defectum corã prouiſore, & corã Senatoribus pupillorum, aut minorum,rõnem reddant oportet. Cuius rationis,ſummam ultimam uel concluſionem Tutor ad clericum,uel graphiariũ ilico regiſtrandã defert,ut ea ĩ libro pupillario (ut moris eſt)inſcribatur. Et rõne huius inſcriptionis, is graphiarius nõ amplius recipere põt q̃ duos groſſos Flandricos,idq;

ſub

ſub mulcta decẽ librarum Pariſienſium ab ipſis tutoribuſq; curatoribuſq;, proprio è marſupio exoluendarum. Qui præ
14 terea pœnæ Senatorũ (ſiue Scabinorum) † arbitrariæ ſubia cent. Hyprenſium aũt ſtatuto ordinatum reperimus, q̃ tuto res, curatoreſq; ſemel in anno, ad rõnem omnium, ac ſingu lorum bonorum pupilli, aut minoris indubiè obligentur. Imò quandocunque ſupremis tutoribus id ipſis iudicare libuerit, atque eandem in ipſorum Senatorum præſentia ſub mulcta trium librarũ Pariſienſium, à quolibet tutore, curatore ve defectuoſo, propria è crumena exoluendarum. Por-
15 ro Francorũ ſeu Francoſtarũ ordinatione † ſtatutoq; ordinatũ atq; ſtatutũ ẽ, ut tutores curatoreſq; tutelari adminiſtratione fungentes quotannis, aut ad minus biennio ſemel rationem ſuã exacte reddant coram agnatis, cognatis, atq; alijs quos ad ea uocari operæprecium eſt, hoc eſt (ut uulgo) coram uocatis & uocandis præſentibus, idq; ſub mulcta ſex librarum Pariſienſium, quolibet à tutore, curatoreve negligente & defectuoſo, proprio è marſupio exoluendarum.
16 † Quod aũt tutores ad rõnem reddendã obligentur, cõuincit eos illud Euãgelii, Lucæ. 16. Redde rõnem uillicationis tuæ. Nã ſi is œconomus ſiue diſpenſator repoſcit à dño ſuo ad rõnem ſuæ adminiſtrationis, multo magis id quoque faciendum uř in adminiſtratione rerum pupillarium. Ideoq; & huius exẽpli meminit quoq; .c. Qualiter & qñ. 2. ex de ac
17 cuſat. † Hinc clarè nũc claret, tutorem, curatorem, & alias tales perſonas, quæ alienarum rerum gubernationẽ receperunt, duplici rõne ad ratiocinia aſtrictos eſſe, primò, tanq̃ adminiſtratores. Secundò, ueluti tutores & curatores. Atq; hinc gñale ſimul & ueriſſimum illud axioma Iuris efflu
18 xit, quo dř. Qui alienæ ſeſe adminiſtrationi † immiſcet, ii ratiociniorũ, reliquorumq; reſtitutioni ſunt obnoxii. Nã ſiue ut tutores, ſiue ut curatores, ſiue ut negociorum patroni, pupillorum bona adminiſtrauerint, ſemper rõnem reddere obligant. Adminiſtrator eñ quilibet ad id (uti ſupius
19 dixi) cõpelli † põt, atq; ex mala negligentiq; adminiſtratione, ad cõpenſationẽ, & ad reſtitutionẽ obligať, ut eſt caſus, quẽ ibidẽ notabiliter declarat Bart. (diues illud ingenium)

ad prȩallega.l. 2. Similiter atque in quibuscunque admini stratoribus sibi uenditat locū redditionis, rationis necessitas, queamadmodum concludit D. Lud. Rom. fœlicissimo ingeuio natus, in consil. ccccxiij. Quo ad primum, in quo quæritur. An hæres in principio, & in consilio centesimosexagesimooctauo ad exordium, Quo quæritur in 3. dubio,
20 quo quidem loco cōcludit, † fratrem qui administrauit, rationem debere reddere. Tradit etiam D. Abb. uir singulari sapientia, doctrinaque præditus, in consil. xii. ut clarè materia thematis, in 6. dubio, lib. 1o. Et cumanus doctor spectabilis doctrinæ ac sapientiæ, in consilio lxxxvii. in casu ꝑ misso, in principio. Et celeberrimus. I. V. doctor D. Philip. Decius, in elegantissimis suis iuris responsis, siue consiliis, consil. 1 1o. colum. 3. uersic. Circa secundam conclusionem
21 principalem. 1. uolu. incip. Diuino implorato † præsidio. Cæterum istius rationis reddendæ necessitas, non solum ipsos tutores, curatores, aut administratores ipsos ligat, & cōpellit, sed ēt ligat ipsos tutorum, &c. hæredes, & in eorum bona succedentes, quod contra eos eadem actio simul transeat, quæ aduersus administratores, scilicet, ut rationē redderēt. l. 3. §. Hæc autem actio. ff. de nego. gest. & l. Omnes tutores. Necnon. l. Tutelæ. C. Arbit. tutel. Apertissimè. l. fi. C. de hæredibus tuto. & curato. notatq; Ludo. Roma. in prȩalleg. cōsil. ccccxiii. in principio quoad, primum, in quo
22 quæritur. An hæres. Ideoq; † nihil mirū cōtra aduersusq; administratoris cuiuscūq; hæredē, aut hæredes, sicuti cōtra administratorē, actionē materiæ subiectæ congruentē, intētari posse, siue ob rationem reddēdā siue occasione alterius
23 cuiuscunq; causȩ. Atq; in eam rōem non † modo deducenda sunt, q̄ noīe pupillorū administrant, uerū ēt quæcunque in rē eorū habent impensa. Aequissimū. n. est, sumptus cum iis quæ recepta sunt, ēt hoc casu æquari atq; cōpensari debere. l. 2. ff. ubi pup. educa. debeat. Accedit huic. l. Sumptus C. de admnist. tuto. uel curato. His quoq; seruit. l. 1. §. Prȩterea. ff. de cōtra. & utili actio. tute. facit. l. Quod in diē. §.
24 Si rōem cōpēsationis. ff. de cōpensa. Itē in rōem † uenire debet, quicquid post pubertatis tp̄s (finita. s. tute.) uel tutor

gessit

gessit, uel quicquid ex rebus minorũ(dũ nõ erant petiti cu
25 ratores)disperijt.l. Tutor post † pubertatẽ.C.Arbit.tute.
Proinde,quẽadmodũ,tutor functus officio suo ad reddẽdã
rõem,si ad hoc æquo tardior,negligentior, ac segnior esse
pgat,p Prætorẽ cogi debet.l.1.§.Offic.ff.de tutel.& ratio.
26 distrah.Ita ẽ cõtrariò,si adultus oblatã p tutorẽ rõem, † su
scipere cõtẽpserit,is similiter p Iudicẽ cõpelli poterit,ne tu
toris operã uel ludificet,uel diutius in suspenso teneat.Plu
rimũ.n.in rem tutoris est, ut q̃ põtocisſimẽ rõem admini-
strationis reddat,ne bona sua.s.oĩa,pro hac una administra
tione,diutius interim maneãt oblig.l.Pro offic.C.de admi
27 nistra.tuto.&.l.fi.C.de usu.pupil. Et rationes † sic redden
dæ sunt,ne uel administrator, uel is ad quem administratæ
res ptinent,habeat qđ quærat, uel qđ meritò alter possit
reiicere,aut alter immeritò inserere.Nã sicuti in rõibus ad
cõmodũ rei gestæ nihil præteriri debet. Ita cõtra sumptus
bona fide factos nõ oportet repudiare, ut indemnitatẽ cõse
quãt,administrãt.l.1.ff.de tut.& ratio distrahen. Hæc quũ
ita sese habeãt,rogo ppendere uelis,quid mereant hi, qui
nõ obstãte debita,decenti,ac sufficiẽti rõe reddita suis quõ
dã minoribus, atq; ab eis(quemadmodũ decet)habita libe
ratione,seu(uulgo)quietatione, nihilominus tñ eosdẽ suos
tutores,ac curatores, quotidie uexant,molestant, pturbãt,
huc illucq; distrahũt,ac maliciosè citare nõ desinũt. Porro
si plures sint dati tutores,& tutela eadẽ fuerit diuisa, ita ut
singuli singulas rerũ partes debeant administrare,uel unus,
28 omnes res simul,† tunc primò cõueniendus est is,qui gesſ-
sit,atque eo non existente soluendo, magistratus cõuenien
29 dus erit,ea actione, q̃ subsidiariam uocant,† & deinde tuto
res reliqui,qui non gesserunt,de neglectis autem quæ in gẽ
storum numero non habentur omnes tutores ex æquo sunt
30 obstricti,† & æqualis sunt culpæ. Sin autem legitima tute-
læ diuisio per testatorem,aut Iudicem non sit facta,& unus
interim ex tutoribus solum gessit, uel si tutores inter se rẽ
pupillarẽ sic partiti sunt,ut unus huius rei, & alter alterius
rei administrationẽ gereret,tunc in arbitrio est adulti, uel
oẽs simul,uel quẽlibet ex eis,ẽt eũ qui nõ gessit, (quẽ ho-

notarium appellat.l.3.§.Si parens.ff.de administratione tu
31 to.uel cura.)in solidum cõuenire. † Vsqueadeò paris culpæ
sunt,non gerere, aut alteri male gerenti aliquid cõmittere,
quæ manifestissimo iure sancita habentur,in l.2. C.de diui
dend.tutel. Atq; in l.Ita auté.§. Gessisse.ff.de administrat.
32 tut.uel curã.† Quod quidé axioma iuridicũ altamente,tena
ciq; memoria recundendũ suadeo,contra aut fraudulentos,
aut nimium stupidos tutores, & curatores,qui plærumq; se-
se purgatum iri putant,ob hoc,quod ipsam rerũ præcipuam
administrationem non gesserunt:Atq; in huiusmodi ociosa
uerba fere prorumpunt. Si pupillus noster tantum passus sit
iacturam,ego susq; deq; fero, nihilo irrequietius dormiã,
quum nihil de meo deciditur. Viderit ille qui uniuersam
rei administrationem sibi assumpsit,malè gessit,peiusq; de-
coxit. Ego profectò nullam administrationé nec habui, nec
habere uolui. Is scilicet curet,& trepidet, qui tam malè re-
xit,& uideat is quo receptorum, & expensorum debitam ac
legitimã rationé sit redditurus. Mihi nec seritur,nec meti-
tur,ideoq; nec quicquã mihi imputabitur. Ah stupidi,& im
prudétes tutores, qui uos liberos & immunes existimatis à
culpa & periculis,ob id quod administratione caruistis. Sin
guli enim tutorum, & curatorũ,tã non administrantiũ, quã
administrantiũ,ijsdem subiecti semper sunt periculis,si per
unũ ipsorũ res pupillares malè dispereant. Quocirca pruden
tũ tutorũ,curatorumve est, tametsi administratione careãt
(qm̃ honorarii sunt)nõ minus ad pupilli, adulti ve negocia
aduigilare, quã est illius,qui solus rei administrationé in se
suscepit. Hoc.n.nisi fecerint,à tutelę curęve periculo mini
33 mè liberãtur.† Sed si quid ex reb.minorũ,(officio durãte)
sic decoctũ,atq; perierit,id oẽ tutorũ curatorũve tã admini
strãtiũ,q̃ quiescientiũ(hoc est honorariorũ) damno atq; pe
riculo perit. Nec quisquam eorum à talis tutelæ curæve ma-
lè gestæ damnis aut periculis releuabitur, præallegata. l. 3.
§.Si parens. Hæc quũ longè sint certissima,optaré omnibus
quoq; esse notissima,potissimum illis,qui pecuniarum amo
re, tam temerè ad tutelas aut curatelas quorundam opu-
lentorum sese tã faciliter ingerunt,unde post se difficillimè
extri-

extricare queunt, sicuti & in sequentibus manifestius commonstrabimus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Rationum redditio plurima requirit.*
2 *Rationum chartas reddere tantum, non est rationes reddere.*
3 *Reddere debita tantum, non est rationes reddere.*
4 *Non sufficit, in folle reliqua offerre.*
5 *Si tutor aut curator debitor in pecunia non reperiatur, nunquid saltē obligatur rationum codices ostendere, dominumq; instruere.*
6 *Deficiente eo quod est principale, atque causa alterius, destruetur & subsequens, seu accessorium annihilatur.*
7 *Rationum redditio quatuor complectitur secundum Baldum, secundum uerò Calistra. & Vlpia duo.*
8 *Rationes reddere obligatus, potest impetrare à magistratu arbitrum (uulgò) calculatorem, qui de acceptis & expensis duntaxat cognoscat.*
9 *Rationes debent omnia recepta & impensa clare & singulatim exprimere.*
10 *Ratio debet continere nominatim à quo receptum, cui datū & quantum, & ex qua causa, & qua die.*
11 *Quomodo intelligendum est, quod dictum est de die.*
12 *Rationes reddere quid sit?*
13 *Enarratio plurimorum inconuenientium, ab adulterinis tutoribus & curatoribus, insoluendo tardioribus prouenientium.*
14 *Valerii Maximi elogium.*
15 *Opinio authoris haud contemnenda.*
16 *Carius an liceat uendere, ob terminum solutioni adiectum.*
17 *Precium temporis, usura est.*
18 *Quicunque rē pluris, aut carius uendit, eo duntaxat respectu, quod emptori terminum ad soluendum tribuat, usurariæ prauitati obnoxius censebitur.*
19 *Non debet quis crimen suum, commodis alienis palliare.*
20 *Absque scrupulo, potest quis merces uendere cariori precio Platoni, prōpta pecunia carenti, sed terminū solutionis petenti, quā Socrati easdem prōpta pecunia emenenti, modo iusto precii latitudinem non excedat.*

*Etiam*

21 *Etiam iusti precii latitudinem excedendo, potest licitè carius merces uēdere ad diē, uel certum terminū, ratione interesse damni emergētis uel lucri cessantis, quod propter solutiōis dilationē patitur.*
22 *In mutuo licitum est, ratione interesse, quid ultra sortem recipere, & in pactum hoc deducere.*
23 *Videat quilibet ne mentiatur iniquitas sibi.*
24 *Duæ regulæ Scoto teste, ut licitè aliqua res uendatur & ematur, sine usura & iniustitia.*
25 *Tempus nec uendentis, nec ementis est.*
26 *Venditor uel emptor non ponat se in tuto de lucro, uel semper, uel ut in pluribus.*
27 *De uenditore & emptore idem iudicium.*
28 *Optima doctrina Godscalci Si scire uelis, an fraudem uel iniustitiā uendendo commiseris.*
29 *Conscientia optimus Iudex & testis.*
30 *Fac semper alteri, sicut tibi uelles fieri.*
31 *Nomina si sint in ratione suspecta, tunc ab eo qui rationē reddit exigitur probatio, debitores fuisse tempore contractus idoneos.*
32 *Tutores & curatores habent considerare personarum conditiones, cū quibus minorum nomine contrahunt.*
33 *Tutoribus ac curat. in emptione alicuius rei, quid primū incumbat.*
34 *Stricta & arcta nonnullorū practicorū opinio, & si multū secura.*
35 *Tutores & curatores. secundum quosdam, minimè obligantur ex contractu pupilli aut adulti noīe gesto, licet malè ei succedat, qñ factus est cū consensu matris pupilli, aut adulti & coniūctorū.*
36 *Consanguineorum & proximorum præsentia, inducit præsumptionē, quod abfuerit metus.*
37 *Iudex assessoribus consiliariisq;, quos habet de publico adhibitis, iudicando, non facit litem suam.*
38 *Iussus Iudicis uel Senatus, authoritas, excusat, & facit licitum, quod alias foret illicitum.*
39 *Authoris animaduersio.*

## CAPVT SECVNDVM.

1 MVLTA sunt quæ ad rōem reddendā † requiruntur. Hæc oīa singulatim (auspice Deo) recensere cōstitui. Primò necessum est, ut rationales libelli, in quibus rationes conscriptæ sunt magistratui exhibeantur, & postea ipsis

ipsis pupillis, atque minoribus exhibitæ tradantur, alioqui tutores, curatoresq; tutelæ iudicio obligabunt, iuxta.l. Finalē.§. Inter cætera, & ibi D. Bart.ff.de libera.lega.&l. Si cui libertas, atq;.l. Cū seruus.ff.de Condi.& demonstr. Idē Bart.in l.Cū testamēto.C.de testa.manumiss.& in l. Si ita fuerit.§.Quæstio ad finē.ff.de manu.testamen.Idē Bar. in l.1.§.Officio.ff.de tutel.& ratio.distrahen.Ratio autē exhibitionis hr̄ ex præallegata.l.Cum seruus,scilicet,ut rōnes reddantur,quō reddi solent,nempe ut rationes primū legendæ,deinde cōputandæ sic offerantur,ut diligenter examinari possint,an Rationum formæ, & res probè ac fideliter, an infideliter,perperamq; sint digestæ, & cōpositæ an accepta rectè relata,an non rectè. Atq; ita debent res incipere à facto,id est ratiocinatione:ut deinde perueniatur ad pecuniā, id est,dationem & numerationem. Ad quā rationum notitiam tutores instrui debent,ut Magistratus statim uideāt,& sciant,quid in quacunq; ratione, seu rationū librum scriptū sit.Ita habet notabilis.l.Cum seruus.ff.de condit.& demonstrat.His seruit.l Si cui.ff.eodem titulo & l.Si ita fuerit.§. Quæstio hæc.ff.de manumiss.testa, Necnon.l.1.§. Officio.
2 & ibi D.Bart.ff.de tutel.& rat.distrahend.† Ex quibus pdictis manifestū nunc euadit, qd̄ rationū chartas solummodo exhibere,nequaq̄ sit rōnem reddere, quum is etiā exhibeat
3 chartas,cui rationē reddere uetitum est.† Sic etiā solummodo reddere debita,nō est rationes reddere, ideoq; illud nō sufficit,sed præterea requiritur,ut Dominū instruat, ipsiq; etiam reliqua reddat,præallegata.l.Cū seruus. Nō enim ab soluuntur rationes uerbis duntaxat, ut uult textus notabilis
4 in d.l.Cum seruus.† Neque etiam sufficit in folle(ut dici solet) reliqua offerre,uti ibidē ait textus in illis uerbis.Nā nō utiq; si ille in folle reliqua obtulit,liber erit:non enim testator hoc sensit,&c.Sed Dominus Bal.in l. Cū testamēto. C. de manumiss.test.sciscitatur. Si tutor aut cura. debitor i pecunia nō reperiatur, an ne saltē obligatur rationū codices
5 ostendere,dominumq; antequam liber sit,† instruere? Qui in loco preallegato subtiliter(quēadmodū frequēter suo more)respondet,negatiuā partē amplectēs,sic.Quāuis dr̄, tuto

rem

rē aut curatorem teneri, obligariq; ad duo nempe ad reliqua,& ad edendos codices,hoc est, rationū libros, hæc tñ duo sunt pp unum,scilicet,pp reddenda reliqua. Ideòquè deficiente eo,q̄ est principale, imò q̄ est alterius causa finalis(quia nihil debet)ét ipse effectus,ipsumq; subsequens,& accessoriū minus principale meritò destruitur & annihilat. Bald.sequitur.D.Iason,ingenii dotibus cumulatissimus,cōsil.4.colum.2.lib.3.& consil.100.lib.4. dicens:ad reddendas Rationes omnino requiri quatuor,nēpe codices edi,calculū poni,reliqua reddi, culpā purgari solutione eius quod debet,quæ quatuor diligenter notāda ait, si fortassis aliqñ eueniant in facto.Mihi tñ magis arridet doctrina Iurisconsultorū in dictis.ll.maximè in l.Cū seruus &.l. Qui sub conditione.ff.de cōdit. & demōstra. &.l. Si statulibera.§.fi.ff. de statuliber.atq; dicta.l. Si ita fuerit.§. Quæstio hæc.ff. de manumiss.testamen.Vbi tñ duo explicantur,quæ ad Rationem reddendā requiruntur.Primū cōsistit in facto, hoc est,ut rationes,uolumina,cautiones, instrumētaq; actus sui exhibeantur,& tradant.Deinde ut rationes legendę,percōtandæ,dispungendæ,atq; excutiendæ offerantur. Scdm autem situm est in dando, uidelicet ut reliqua soluantur. Vt aūt isthæc materia tā utilis,tū latius,tū clarius illucescat,&
8 cuiuis fructū pariat,† q̄ hic subiecimus obseruāda suadeo. Primò is qui rōem reddere debet,is pōt impetrare à magistratu arbitrium(quē uulgo calculatorem appellitant)qui de
9 acceptis & expensis dūtaxat cognoscat.l. Si cui † libertas.ff. de condit.& demonstrat.Et ibi Dñs Bart.Secundò,in rationum suarum libris debet omnia singulatim,clarè, & explicite describere,& exprimere,tā in receptis, quàm in impensis, & in capitulis ab eis dependentibus, ad hoc .n.edi,& legi debet ratio,ut fiat p singula particularis percontatio & cōputatio,sic ut per talem aptè distinctū ordinem facilius quoque obseruari posset,an cōputationes probè an improbè referantur,& an accepta rectè relata sint, an nō rectè, ut(inquit)textus in d.l.Cūm seruus.ff.de condit.& demonstrat. uti etiam paulò ante diximus. Postquam.n. sic per singula, & clarè facta fuerit omnium narratio,declaratio, & computatio,

tatio, facilius quoq; ueritas aut falsitas deprehendi poterit, quàm si cuncta generaliter, confusè, atque indistinctè, enarrata fuissent, & exhibita. Quocirca non sufficit ut aliquis suã Rationem exhibeat, ita confusè digestã, ut Receptorum, & expensorum nullus constet ordo, sed potius uariis interruptionibus omnia ꝑmista appareãt. Tales.n.rationes meritò

10 (ut ineptę) reiici possunt. Tertiò curet ut † in libello rationario suo nominatim exprimat, à quo receptũ, qñ receptũ, scilicet in redditibus, cui datum, & quantum, & ex qua causa, & qua diẽ, ut notab. Bart. & Ioan. de Plat. in l. Comperimus, & ꝑ illñ tex. De nauicula, lib. 11. & per. l. Apparitores, de exacto. tribu. l. Neminem, de suscepto. & archa. lib. 10.

11 C. Adde. l. Siue ex Prætoriano, † de execu. & exacto. li. 12. C. Quod aũt dictum est, de die, intelligendum est sanè, s. quando sine talis expressione diei non põt intelligi, quid sit illud quod datũ refertur, uel acceptũ, sed esset quædã incertitudo, sicuti fere contingit, quoties mercatores aut naturæ uarias merciũ suarum species alio transferunt, aut inferunt. Tunc.n. nisi illationis aut trãslationis diem exactè notarẽt, certam quoque illationem rerũ ꝑ Rationes docere nõ possent, nec quid illatum esset ueris comprobationibus ostendere, quẽadmodũ loquitur. d. l. Comperimus, quæ diei expressionem requirit, secus aũt de diei expressione statuẽdũ est & censendũ, si ob eiusdẽ diei subticentiã, nulla emergere posset ambiguitas, aut rei incertitudo. Tunc.n. sufficit in rõe explicare annũ mensem, uel aliud tp̃s accepti uel dati, puta tp̃s uindemiarum uel messiũ. Porrò in redditibus recipiendis semꝑ necessum est, & diem, & annũ expresse ꝑscribere. In rõibus aũt sufficit, quod ratio æquè dispũgi possit, & ita debent intelligi dicta Doctorũ ibi, & Paridis de Put. eos sequentis, suo in Consulãneo, tractatu syndic. sub rubr. reddi ratio. officia. Adde ad hæc Bart. in cõsil. 150. Cũ ꝑdicta ad fi. Pet. Ancho. cõsil. 316. In causa col. 1. Soci. ĩ cõsil. 46. col. 2. li. 1. Iaso. cõsil. 4. col. 2. cõsil. 14. col. 4. li. 3. Quemmodũ fere contingere dicimus inter cõsanguineos, ꝑcipuè nobiles & principes, nõ aũt inter plebeios, Nã si frater uel soror bona cõmunia administrauit, reddere quidem rõem

claram

claram & distinctam tenentur, non tamen ita strictè, nec ita scrupulose est exigēda ab eis. Vnde sufficiet si exprimāt. quantum uerisimiliter in anno expenderint pro familia, aut pro agrorum cultura, aut territorij custodia, nec adigendi sunt ad minutam rerum specificationem, quemadmodū pulchre decidit Panormit. consil. 12. ut clare. in 6. dubio, uersic. Tertius casus, lib. primo Sequitur Soci. in consil. 73 circa primū, col. 1. lib. primo, & in consil. 40. circa primum num. 2. lib. 4. Sed hæc sincere & sane interpretāda sunt, & accipiēda scilicet ut illud generale capitulū eatenus sit amplectendum, quatenus contra illud non sit sinistra aliqua in contrariorum præsumptio, siue ob rei, siue ob impensæ, siue ob personæ aliquam qualitatē, aut alterius rei. Præterea nisi ad strictè reddendam rationem suscepta fuerit administratio. Hinc est quod meminit Bald. uir ingenio excellenti, in. l. Cum testamento præallegata, necessariò requiri, ut pupillo minorive soluatur, atq; ēt quicquid uspiam soluendum est reddatur, id est, ut reliqua soluantur, si quæ sint restantia per contextū scriptum, hoc idem ēt placuit. l. Nō solum. 2. §. Is qui reddere rationes. ff. de libera. lega. Nec nō l. Si quis ita. §. Si duo. ff. de statuliber. Idem ēt non displicuit. l. Quamuis, & l. Qui sub conditione. ff. de condit. & demonstrat. Atque hoc corroborarunt, & approbarunt. Seue.
12 & Anto. Imperatores in l. Cum † testamento. C. de testa. manumiss. Quandoquidē Rationes reddere nihil aliud est, q̄ reliqua soluere, quæ clarè apparent per contextum rationum, nequaquam culpa, dolo malo, fraude, sinistra, sed syn-
13 cera, bonaq; fide exhibitum, & conscriptum, † esse exoluenda. Per facilè. n. est, quocunq; modo rationes reddere, sed omnium difficillimum reliqua posse persoluere, reddere, & restituere, præsertim nefarijs istis, atq; subdolis administratoribus, quorum numerus (quod magnopere deplorandum est) nostra tempestate, magnus est. Quorum tenacitas, & solutionis iniqua procrastinatio, adolescentibus sæpenumero ruinæ occasionem, & desperationis malæq; uitæ amplectendæ materiam præbēt. Nam si reddituarii sint, hoc est, Si tm̄ suis proprijs uictitent redditibus, hi non rarò ob talem

lem tutorum tenacitatem, & soluendi procrastinationem, multa incōmoda, damna, plerunque patiuntur, & lucrnm illud, quod alioqui sibi comparassent, (si certa ipsis & debita contigisset solutio) planè tunc deperdunt, ueluti nouos reditus, agros, fundos, prædia negociationis lucrum, atq; alia huiuscemodi plura, quæ sibi cum præsenti pecunia conquirere licuisset. Per earundem autem pecuniarum inopiam, & per tardam solutionem prædicta dispendia indignè patiuntur. Nam si isti mercaturæ, seu negociationi studeant, ac operam nauent, quid quæso lucri sperabunt, aut quid p̄clari in mercatura præstabunt cum loculis uacuis? Profectò ob suorum nummorum carentiam, merces suas longè carius mercari cōpelluntur: Qua de causa, ossetenus à mercatoribus illis (quibus cum negociantur & quibus fidem suam pollicentur) corraduntur & planè conteruntur: usque adeò, ut non rarò hanc ob causam inuiti ac dolentes incidant in rerum oīm inopiam, paupertatem, & penuriā, imò quod deploratius est ac tristius, ob causam sæpe ita in summum miseriarum fundum concidunt, ut sese ab odiosa ignominia, ac à publica infamia non possint defendere, quin ob graue æs alienum conflatum, & ob tardam suorū creditorū solutionem, sæpe cogant̄ uersuram facere, quod Bācū facere appellitant. Cuius infamiæ nefandissimæ plerunq; in causa sunt hmōi alienarū pecuniarum peruersi administratores, qui suas Rationes simul & reliqua loco, & tēpore cōgruis, minimè reddunt. Nā (quēadmodū est cernere in nostri æui mercatoribus) si quid carius emant, idem quoq; carius reuendant necessum est. Et plerunq; fit ut ob mercium caritatem auocentur potius, q̄ aduocentur alij mercatores & emptores. Quare contingit, ut si tum uendere uelint (ut certè diuendere debēt) ut inquam tunc cū magno suo damno reuendant: Nā si (ut sors fert) tunc non reuendant, sed merces eas in aliud carius tēpus seruare uelint, tūc immodica mercium uarietate & copia operantur & grauantur, qui quoquo modo mercaturam suam exerceāt, in pauperiē & egestatē incidant oportet, quū ueniente die ac solutionis promissæ termino, à suis creditoribus obruantur, & dehonestentur, quod

quod ob negatam à suis debitoribus certò expectatam solutionem, uicissim suis creditoribus exoluere non possunt. Verum quia iisdem omnino soluere debent, uelint nolint, ut infamiæ notã, aut carceris uincula effugiant, tandẽ ob æs alienũ suas ædes, prędia, prata, nemora, totos census, uillas, & breuiter omne suum patrimonium, cæteraq; fortunæ bona hastæ submittere, uendendaq; eadem ẽt minoris q̃ iusto precio exponere cogunt, aut ad minus oppignerare, siue hypothecare, aut creditorib. uilius in solutionẽ dare, & concedere cõpelluntur, qui alioqui (ut maximè credendũ est) diuites, & opibus affluentes fuissent, atq; prædicta oïa pericula incõmoda, & dedecora fœliciter effugissent, si suas expectatas, & debitas pecunias, tẽpore & loco congruis, à prædictis administratoribus, aut creditoribus suis recipere potuissẽt. Hæc miseranda cũ mecum pressius perpendo, me continere non possum quin obstupefactus omnipotentis Dei optimi Max. clementiam ac longanimitatẽ mecum summopere admirer, ut qui de illis administratoribus in Repub. tam pestiferis extẽplo pœnas non sumat. Verũ in his diuinis dispensationibus nulla perscrutanda est ratio, sed oïa ipsius æquissimo relinquenda sunt iudicio. Metuentes ne in ipso aliqñ
14 competat illud Valerii Maximi eloquiũ. Lento gradu, † ad uindictã diuina procedit ira, tarditatemq; supplicii grauitate cõpensat. Sed hic mihi pii oẽs fortassis obiicient, leges huiusmodi administratorũ maliciæ debere occurrere, eáq; debere cõpescere & grauiter punire. Audio: sed quid poterunt aduersus hmõi uersutos (nõ homines dico, sed pestes)
15 optimæ leges. Profectò in oïbus totius † Flandriæ locis statu sunt edita, ut administratores tales ad ratiocinia, atque reliqua reddenda per leges cõpellantur. Hæc quã ex æquo & bono, quamque dextere, ordinata, & statuta sint, nemo non uidet, attamen multo dexterius fœlicius & æquius multo fieri putarem (salua interim pace tantorum Senatorum) ob plurima (uti cernere est) emergentia pericula, si ordinaretur, & statueretur ut tutores atque curatores statim finita, & absoluta tutela & cura, per decretum iudicis, quã ocissimè administratoribus constituatur tempus idq;. breuissimum,

quo

quo Rationes simul, & reliqua ilico sub graui pœna persoluerent. Atque sub eadem pœna ipsis pupillis aut minoribus mandaretur, ut ad easdem rationes audiendas, & acceptandas præsto adessent, idque siue tutores, aut curatores referre rationem, ratiunculamque reddere sese paratos præbuerint, siue non. Deinde siue etiã pupilli, minoresque ob quippiam detrectantes tergiuersentur, siue non. Hæc enim omnia (seclusis hinc inde causationibus) computabuntur, & reddentur coram Senatoribus atq; Scriba ad ea ordinatis atq; deputatis, præsentibus etiam ibidem utrinque agnatis atq; cognatis minorum, quorum ratio tunc subducenda & reddenda proponitur, ut apertius & decentius cuncta & à Senatoribus, & ab amicis intelligantur, & examinētur, quæ & q̄ non in cōputum transire merеantur, idq; (ut dixi) sub pœna seu uerius mulcta grauissima, in cōtrarium agentes, sine dissimulatione infligenda. Quod aūt ratio & reliqua subducenda sunt coram Senatoribus & cognatis, & affinibus, causa hæc est, ut illi certius cognoscant, an ratione probè an perperam sint relatæ. Nam quamuis ipsi pupilli adulti plærumque inueniantur suis tutoribus magis gnari, acriores, & prudentiores, in rationibus tamen non æquè semper sapiunt, atque in malis rebus. Quocirca adhibentur in rationum negociis, aliquot uiri cordati & exercitationes, ut illi, incorruptiuus de rationibus oblatis diiudicent: Porrò si ipsi pupilli, adulti, ipsis tutoribus, in Rationum formis esse ingeniosiores, doctiores, aut certè minus stupidi habeantur, tum ipsi tutores magis segnes sese ad Rationis exhibitionem præbent, metuentes ne ipsorum exhibenda Ratio ab iis quoque reprehendatur, quos prius incautos, & stupidos sperabant sese potuisse fallere, & nunc eosdem se gnaros magis metuunt. Sed quid hic machinantur putas? Alia tunc uia insistunt: Diffisi enim suis fraudibus in Rationum libellis inspargendis, ipsos quantumlibet acres pupillos adultos adeunt, blanditiis aliisque strophis, eosdem circumueniunt, & astutè remorantur, quo minus debito & constituto tempore suas rationes, & reliqua decenter absoluant. Quoniam autem paulò superius meminimus de

Mercatoribus,qui suis debitoribus obæratis subinde merces uendant carius,nõ temerè me facturũ puto, si hac de re
16 hanc quæstionem obiter explicauero,† scilicet, An quippiã carius liceat uendere propter solutionis terminum longius pro tractũ aut constitutum? Profectò si ipsos mercatores hæc roges,haud dubiè,& incunctanter respondebunt affirmatiuè, id sibi licere maximè: idque ita diiudicantes ex corrupta potius,& de recepta consuetudine, q̃ ex rerũ syncero iudicio,ac notitia. Quocirca neglectis eorum mercatorum corruptis iudicijs, quid hac de re potius censendũ sit, nunc uideamus: Ego itaque uel iis inuitis, ad prædictã quæstionem negatiuè respondendum dico, scilicet, ob tẽporis soluendi prolixitatem,nullo modo ipsis licere diuẽdere carius, ideoq; omnes contractus huiusmodi esse usurarios, illicitos,nefarios,& quouis iure,Ciuili,Canonico,& Diuino prohibitos, & reprobandos. Nã in his contractibus res carius uenditur, ob ipsum tẽpus, siue ob terminũ longiorem solutioni destinatum,concessum aut concedendum, quo fieri iura legesq; summopere prohibent, ob id quod in dictis
17 contractibus sit inclusum precium temporis,† quod est usura,quemadmodum clarè continet.c.In ciuitate,necnon.c. Nauiganti.§.fi. Et ibi sacrorum canonum explanatores,de usur. Quibus accedat.l. Hactenus.§.fi.ff. de constitu.pecu.
18 Ex his igitur ita sese habentibus, † hoc certum axioma colligimus. Quicunq; rem pluris aut carius uendit, eo dumtaxat respectu,quod emptori,tẽpus terminumq; ad soluendũ concedat,& tribuat,is usurã certissimè cõmittit, uel ob id, quod(ut dicunt)temperamenta recipit. Atque hoc axioma magnis auctoritatibus & multis iuribus innititur. Interim hoc te obseruare uolo, quod prædicto axiomati nõ aduersetur.c. Per uestras,de donat.inter uirum & uxorẽ, quæ habet dotem in casu,negociatori aut mercatori committi posse.s. ut de honesti lucri parte, maritus matrimonii onera sustentare possit. Quia aũt meminit ibidem text. expressim de honesto lucro,igitur nõ putandũ,q̃d maritus tunc dotem fœnerari dicatur,aut de usuris alere uxorem, argumento Authenticæ,Nouissimè.C.de admiuistrat.tuto.sed dicẽdum, quod

quod dotē eam in ſocietatem honeſtam, commerciumve aliquod conuertat honeſtum, ut uxorem ſic ex lucro quoq; honeſto alat, argum. in Authentico. Vt hi qui oblig. hab. ſe. phib. res mino §. qm̃ autem uidemus, colla. 6. nec. n. cogit,
19 nec admittitur fœnerari. Non enim debet † aliquis crimen ſuum commodis alienis palliare, ſicut nec ſuo proprio commodo. 46. diſtinct. c. ſi. Quod haud diſplicet Gof. Hoſtien. Ioan. And. eorumq; ſequacibus, quodque etiam confirmat Bald. D. ſubtiliſs. ſuper rubr. C. de conſtit. pecu. ubi inquit. d. c. per ueſtras, non pugnare, quia ibi ad rationē licitæ ne-
20 gociationis pertinebant lucra, † nō ad rōem temporis. Hic tamen ſciendū eſt, & notandū, quod quiſpiā licitè, & abſq; ſcrupulo, triticū, pannos, aliaſve merces Platoni prōpta pecunia carenti, terminumque ſolutionis petenti, uendere quidem poſſit carius, quam Socrati eaſdem prompta pecunia ementi, modo iuſti precii magnitudinē non excedat. Exemplum oculis ſubiiciā. Non. n. eſt prohibitū, ſed pmiſ-
21 ſum, † ut aliquis uendat Socrati unum pannum pro 60. & Platoni pro 61. Imò qđ magis eſt, quoties ita iuſtum preciū nō enormiter excedit, dico mercatorē tūc licitè, & ſine ſcrupulo poſſe carius pānos, aut alias merces uendere ad diē uel certū terminum cōſtitutū, nō quidē tēporis cauſa, ſed reſpectu dāni, fortaſſis ob diuturnam credentiā emerſuri, aut ſaltem reſpectu lucri tunc ceſſantis, quod propter ſolutionis dilationem patitur. Quāobrem ſi teſte conſcientia ingenuè, &
22 ſyncerè profiteretur aliquis, † qđ malet hmōi pannum, aut alias merces promptam recipiendo pecuniam, uendere pro 60. uel 61 (quæ ſtatuitur iuſti precii eſſe magnitudo) quàm expectando ſolutionem in annum, aut duos annos pro 64. uel 68. Is profectò tunc tutus eſt in conſcientia, tunc enim propriè non accipit partem illam iuſti precii latitudinē egredientem, ratione precii aut tēporis, ſed ratione compenſationis illius damni, & detrimenti, & in mutuo licitum eſt, ſcilicet ut ratione damni alquid ultra mutuum recipiat, atq; in pactum hoc deducat. Atque hoc certū & indubitatū eſt, nullumque dubietatis ſcrupulum habet, de intereſſe damni emergentis loquendo. Imò uerum etiam exiſtimo, intelli-

23 gēdo de intereſſe ueri lucri ceſſantis,† tametſi Beatus Thomas aliȷq́ue nonnulli oppoſitum ſentiant. Sed uideat quilibet ne mentiatur iniquitas ſibi. Ea de re plurimi aiunt intereſſe ſubeſſe pp ſolutionis dilationem, ac uenditionē ad terminū. Vbi aūt non pōt contingere uerum intereſſe, aut ubi damnū, uel intereſſe non eſt tm̄, ut ratione illius carius merces uendant, tunc illicitum proculdubio eſt, quandoquidem ſic principaliter ratione tēporis carius uendunt, & plus re-
24 cipiunt. Nequis aūt incautius ad hanc uſuram ſeſe † impingat, ſed ut licitè, & abſque uſuræ ſcrupulo quippiā aut uendat, aut emat, duæ ſtatuuntur (teſte ēt Scoto regulæ) Prior
25 eſt, ut non uendatur tēpus,† quia non eſt ipſius uendentis, ſi
26 cut nec ementis. Poſterior eſt, † ne uenditor ponat, ſe ī tuto de lucro, uel ſemp, uel ut in pluribus ne ēt emptor. Nā de
27 uēditore & emptore ſimiliter † iudicandū eſt. Quēadmodū n. uenditor plus iuſto uendens, & recipiens ultra iuſti precii latitudinem, tenetur & obligatur emptori reſtituere, tm̄, quantū plus iuſto receperit, ſi eundem reperire poſſit, alias pauperibus. Ita ſimiliter emptor, ſi minus iuſto precio emat, ſub latitudine iuſti precii tenetur uenditori refundere quantum minus iuſto dedit prò merce. Huic ſententiæ noſtræ aſtipulatur, ſacræ Theologiæ profeſſor, magiſter Godſcalcus Roſemondus, in ſuo libello de ratione confitendi folio 104. De uenditione ad terminū, ad medium, nempe, Si
28 ſcire uelis, † an fraudem uel iniuſtitiam uendendo cōmiſeris, conſtitue te in locum emptoris, & interroga propriā tuā conſcientiam, an ne iudicares te deceptum, ſi eaſdem mer-
29 ces tali precio ab alio emiſſes. Vnde † propria conſcientia optimus iudex, & teſtis erit tibi, in his ac multis aliis. Si ergo iuſtus uelis eſſe mercator, & pro modico cōmodo, ac pro diuitiȷs terrenis nolis pdere nobilē theſaurū animæ, & cœ-
30 leſtes, & æternas diuitias. Alteri ſemper uendendo, † emendo, & quodcunque officium, uel opus exercendo, feceris, qđ tibi fieri uelles, ſic tutius mercaturā tuam exercebis, teſte tuapte conſcientia, & teſtibus omnibus Theologis, & Iuriſpertis. Sed ad rōnes reuertamur. Si pupillorū, aut minorum debitores poſtea Baucum fecerint (ut dici ſolet) tūc

Tutores

Tutores & Curatores in suis rationib. euidenter ostendere & probare debēt, qđ debitores pupillorū aut minorum, cū quibus pridem negociando (pupillorum loco) contraxerāt; fuerant sat diuites, & optimè soluēdo, ac tales, ut sagacissimus quisq; paterfamilias nō dubitasset cū iis cōtractare, ipsisq; firmiter credere. Nā ab iis qui rōem audiunt, † diligēter obseruandum est, ne in Ratione ponant nomina suspecta. Tunc .n. ab eo, qui rationem reddit, exigitur probatio debitores fuisse tēpore cōtractus idoneos. l. Qui sub cōditione. ff. de condit. & demonstrat. Id autem si tutores aut curatores commonstrare, docereq; nequeant damnum, periculum, & incommodum quod minores meritò sufferrent, ipsi

31

32 subeāt, & sufferant oportet: Quapropter tutores, † & curatores curent, deq; hoc soliciti sint, ut diligenter obseruent, & perspectas habeant eorum hominū personarumq; cōditiones, cum quibus (minorum nomine) contrahunt, & negociātur. Quod nisi fecerint non rarò sese grauibus periculis, & iacturis obiectos implicabunt. Non igitur cum hominibus siue personis, communi fama uilibus, indigētibus, miseris, deq; fuga suspectis, minorum nomine negociandum, ac cō

33 trahendū suadeo. Pari rōne tutoribus † & curatoribus diligēter uidendū erit quales sint ij, qui ipsis emenda offerunt prædia, prata, aut his similia, ut ea pupillis minoribusq; cōparēt, & emāt. Tunc. n. ipsorū muneris erit, & officii, ut primū & ante oīa accurrate diligenterq; inuestigent, num redditus siue redituū cōstitutio, uillæ, cēsus, pdia, id genusq; alia minoribus cōducāt, & cōueniāt. Præterea an eorū alienatores, eorum legitimi, ueriq; dñi sint. An ea alienare sint potētes, & potestatē habentes. Nisi. n. in his tutores, & curatores oculatissimi fuerint, sed si per ipsorū stupidā inertiā & negligentiam, ipsi pupilli aut minores damnum aut incommodum aliqđ ferant, id omne profectò in caput ipsorū redundare debet. Cæterū his dānis & periculis nō erunt obnoxii, si emptionis tēpore, de eo probè cautū fuerit, ac postea tādē p aliū colonū empta cōperiantur effecta minus uti

34 lia, & cōmoda. Sunt. n. nōnulli strictoris, † arctiorisq; opinionis practici, indistinctè, simpliciter, atque categoricè di

centes, nullo quippe modo tutores, curatoresq; minorũ de
bonis, quicquam sine supremorum tutorum decreto, aucto-
ritate, uel licentia disponere posse, nisi quibuscunque peri-
culis aut damnis subiacere uelint. Quocirca omnis generis
tutoribus curatoribusq; consulo, ut in omni comparatione
seu uenditione, siue itidem emptione (pupillorum uel mino
rum nomine facienda) de redditibus, prædijs, nemoribus,
uillis, censibus, ac de quibuscunq; rebus immobilibus, supre
morum tutorum consensum, decretum, & auctoritatẽ postu
lent, & expectent. Si rationali legitimaq; ex causa recusaue
rint, illorum recusationi obtemperandũ omnino, & nequaq̃
emendũ, aut minorũ nomine uendendũ. Secus si petitioni,
licentiæ, auctoritatiq; petitæ subscribant, & consensum per-
mittant. Tunc à Scriba permissionis eiusdẽ cõcessæ, syngra
pham (quã uulgo passim nostra in Flandria Actã uocant) cũ
summa diligentia poscant, quã obtentã diligẽter custodiãt,
ne si fortè post ea de causalis, aut controuersia (quemadmo-
dũ frequenter cõtingit) oriatur, ipsi tunc inermes cõperian
tur, quo minus se tunc cõtra legũ, aut maleuolorũ cõtrouer
sias tutari poterint. Prędicta uerò Acta muniti, oĩbus litibus
& controuersijs per ipsos supremos tutores resistendum, &
respondendũ erit, ad quos hoc ipsum deuoluitur, ratione cõ
sensus, licentiæ, authoritatisq; concessæ, & tributæ. Sunt tñ
alij contrariæ opinionis & sententiæ, qui dicunt (quod per-
petuò mente tenendum est) quod tutores uel curatores nul
35 lo modo obnoxij sunt prædictis † damnis & periculis, ratio
ne illius cõtractus, quẽ pupillorũ, aut minorũ nomine gesse-
runt, quantumuis malè ille idẽ cõtractus pro pupillis aut mi
noribus succedat, aut eueniat, potissimũ si tale contractũ em
ptionis aut uenditionis fecissent præsente pupillorũ aut mi-
norũ matre & consentiente, & consentientibus etiã ipsorũ
cognatis, & affinibus proximis, ẽt sine cõsensu magistratus,
iuxta gl. magnã in l. 2. in uerb. Pupillo. C. de his quib. ut in-
dig. quã ibidẽ Paul. Castren. admodũ singularẽ reputat. Si-
militer D. Iason in l. 1. C. de transact. eandemq; gl. dicit es-
se celebrã doctissimus Boetius in cõsuetu. Bituricen. in titu
lo, de cõsuetu. iur. sta. persona. §. 8. in gl. Hæc consuetudo ui

detur

detur etiam probari, in fine illius gl. Porro aliquo prædictorum modorum solent uti cauti, & prouidi tutores, & curatores. Idq; non solum laudabiliter & rectè, sed etiã sibi admodũ tutè ac securè. Addendum est hic quoq; aliud nõ inutile remedium, quo Tutores, & Curatores sese facilè à periculis, & à damnis resarciendis defenderint. Nempe si contractus oẽs faciant, adhibitis pupillorum aut minorũ proximis, & cõsanguineis, & præterea adhibito Iurisperitorũ cõsilio. Hæc enim si fecerint, quicquid damni postea euenerit, ab eo tunc tutores, & curatores liberi sunt, & excusandi, ut habet Gl. notabilis & signanda in l. Polla. in uerb. Pupillo. C. de his quib. ut indig. nequaq̃ dissimile tenet Gl. in l. Tutor. ff. de bono. possess. quod D. Iason refert in l. Bonorum. C. Qui admit. ad bo. poss. pos. Addendum & aliud in simili qđ
36 habetur, in l. Transactione. † C. de transact. ubi præsentia consanguineorum & proximorum inducit præsumptionẽ, quod obfuerit dolus. Hinc D. Bald. diligenter obseruandã ponit cautelam (quàm ipse quoq; in Francia subinde obseruari conspexi) in Rubri. de pœna iudi. qui mal. iudica. C. scilicet, quod hoc quod supra dictũ est. Quod Iudex qui malè finistreq; iudicauerit, soleat facere litem suam, atque ex tali delicto teneri & obligari, uerum tantum habeatur, nisi ipse sic perperam iudicauerit, cum assessoribus, consiliariisq;
37 (quos habet de publico) adhibitis, tum enim aiunt. † Iudicẽ nequaquam debere facere litem suam, nec eius ratione occasioneq; teneri aut obligari. Quia uerò in hanc rem tam uariæ opiniones incidunt, propterea ego tutoribus et curatoribus suaserim, ut omnium opinionum certissimã amplectantur, quæ dicit, quod in omnibus supremorum tutorum, hoc est, magistratus consensum, decretum, & authoritatẽ implorent, & consequantur, antequam quippiam periculosi ex sua authoritate tentare præsumant. Idem quoq; condidi & fideles quiq; aduocati atq; alii causarũ patroni, tutoribus, ac curatoribus suadere deberent, nempe, ut tutores, curatoresq; ad omnia, & in omnibus, quorũ super ius meminimus, supremorum tutorum, siue dominorum consensum, autoritatẽ & licentiam requirant & expectent, potissimum cum tã in gẽ

contra ipsos periculum uersetur. Imò non tantum in hac materia, sed etiam in quauis alia optimum, atque tutissimum consilium erit, ut quicunq; ulla in re periculosa quippiã tentare uelint, ijdem prius iudicis authoritatẽ postulent, sibiq́; procurent, quo Iudex cum causæ cognitione decernat, quid potissimum facere præstet, deceat, & oporteat. Text. in argumentum in l. Ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. xxv. an.
38 Iussus enim uel iudicis, † senatusve autoritas excusat, facitq́; licitũ, qđ alias foret illicitũ. l. Si quis quasi. ff. ad S. C. Silla. l. furti. §. Qui iussu. ff. de his qui no. infa. l. 1. §. Cassius. l. Qđ principis, & l. Quanquam. ff. de aqua. plu. arcen. Quibus adde iuris pontificij uulgatã regulam, Quod quis mandato. de regul. iur. lib. 6. Atq; iuris Cæsarei regulã nõ minus uulgatam in l. Nõ ur. §. Qui Iussu. Et ibidem Gl. in uerbo, Qui iussu. ff. de reg. iur. longe melius text. in l. Qui autem. §. Apud Labeonẽ. ff. Quæ in fraud. credit. Necnon elegantissime in l. Si stipulatus. §. Si lancẽ. ff. de solu. & libera. cũ plusquam infinitis aliis iuribus, quæ omnia dicunt, quod omniũ tutissimum, & optimum sit, omnia per Iudicem, Magistratumve facere ne quis in obligationẽ, aut damnum incidat.
39 Porro si tutum, atq; omniũ optimum † est in omnibus Magistratus decretum exposcere, atq; ex eo confidenter procedere. Igitur cõtra, periculosum, damnosum, & temerarium sæpe est, Magistratus authoritatem non assumere, sed eam uilipendere. Quocirca longe imprudentissimè faciunt hi administratores, qui in alienatione aut comparatione rerum immobilium, aut tanquam immobilium minorum, Iudicis, Prætoris, Præsidis, Magistratusve consensum, decretum, & authoritatem expetere uilipendunt, idq́; plerumq; ob id, ne rerum bonitas, ualor aut precium, si certo cognoscatur, aut patescat, deinde ne cui manifestum fiat, an hoc alienare, uel uendere, pupillo, minorive expediat, an non atque hæc à nemine sciri, aut examinari percupiunt, imò quod execrabilius est. Sæpe rogati à nõnullis pecuniis egentibus, ut huiusmodi redditus, census ac eius generis haud dissimilia, nomine suorum pupillorum aut adolescentum compararent, & scientes nõ admodum aut etiam nullo modo expedire ut

eman-

emantur, cupiditate ac ardore xenioli seu munusculi polliciti assequendi oblata emunt, & miseros pupillos & minores ita in damna protrudunt. Ah execrandam, iniquam, & summopere dolendam talium administratorum inescationem, qua ipsorum animæ tam misere captiuantur, & pupilli tam nefarie corraduntur. Sed hic mihi occinet quispiam, quod hmôi omnia faciunt cum consensu magistratus: Audio, sed nondum excuso. Nã si id efficiant cum Iudicis aut Magistratus decreto, siue authoritate. Ipsi interim iniustissimi haud uerentur sacramento solenni, & iudicialiter celebrato, ac p̃stito affirmare, & asserere, id pupillo aut minori expedire, & cõmodum esse, quũ tamen diuersum oppositumq; certissime (conscientia teste) sciant. Ideoq; contra suas cõscientias, quæ optimi Iudices ac testes sunt, nequissimo periurio cõtaminare non metuunt, sed ut uiri improbi & proditoris officio sed munere fungentes, Iudicem, Prętoré Præsidem, Magistratumq;, falsis assertionibus circumueniunt, & fallunt. Quin & miserabiles pupillos atq; minores (qui se ac sua propter ætatem tueri nequeunt) fraudant, damnum & detrimétum, contra sua iuramenta, ad exordium assumpti numeris præstita illis inferunt. Quorum astutias & insidias, hic longius aperire & taxare liberet, nisi temporis angustia me nũc ad reliqua retraheret.

## SVMMARIVM.

1 *Ratiò de non gestis, attamen gerendis, non minus quàm de gestis, reddenda est.*

2 *Ratio etiam reddenda est eius, de quo tutor uel curator ex causa fideiussionis astringitur.*

3 *Lata culpa censetur, omittere in alienis, quæ administrari oportuit.*

4 *Ad quorum rationem astrictus fuit tutor, ad eandem astringuntur eiusdem tutoris hæredes.*

5 *In ratione reddenda sunt omnes syngraphæ, & instrumenta ad pupillos spectantia.*

6 *Distinctio inter tutorem, & tutoris hæredem, quantum ad culpam.*

7 *Iuratur in litem contra non conficientem, aut non exhibentem librum*

*brum rationum.*

8 *Præsumitur contra non facientem librum rationum, sicut contra nõ facientem inuentarium.*

9 *Qui non facit id, ad quod scit, uel scire debet se obligatum ex officii, siue publici, siue priuati rõne, eo ipso in dolo esse præsumitur.*

10 *Inuentarium non faciens, eo ipso de dolo conuincitur, & propter dolum ac probationis difficultatem, ad omne detrimentum obligatur, &c.*

11 *Non conficiens, uel non exhibens cum effectus computationis ac plenæ examinationis librum rationum, etiam de dolo conuincitur, & ad detrimentum obligatur.*

12 *Qui nullum penitus inuentarium, aut rationum librum confecit, & qui obscurum libellum edit, ita ut ex eo de rerum quidditate, ac ualore, aut de redditus & impensæ quantitate, non clare appareat, pariter in dolo ac detrimento esse censetur.*

13 *Ratio est reddenda omnium fructuum, qui percepti sunt, & qui con suetudine communi ex re administrata percepi potuerunt.*

14 *Reddenda est ratio non unius partis sed totius administrationis.*

15 *Reddita semel ratione approbata non potest administrator denuo urgeri ad iterandam calculandi molestiam.*

16 *Rationum erratis, calculi beneficio succurritur.*

17 *Error calculi ueritati nullum adfert præiudicium.*

18 *Calculi beneficio in erroribus renunciari nonnunquam consueuit.*

19 *Post summatam rationem mercatorum, adhuc potest petere debitor uel creditor, ut iterum computetur, et uideatur, si erratum sit in calculo.*

20 *Error calculi solum debet detegi, intra triginta annorum spacium.*

21 *Error calculi siue facultati reuidendæ rationis, quemadmodũ aliis facultatibus, triginta annorum spatio præscribitur.*

22 *Administrator non solum rationem reddere, uerum etiam, paria facere debet.*

23 *Sententia rationis reddẽdæ ad reliqua, qualem extensionẽ admittat.*

24 *Paria facere, extendit sese ad totum debitum.*

25 *Reliqua trahere ad partem debiti restantem pertinet.*

26 *Reliquari quid? & reliquatores, qui dicantur?*

27 *Rationis reddendæ necessitas, an per testatorem remitti posset?*

28 *Reddendæ rationis remissio, non liberat à reliquis soluendis, si quæ*

*apud*

*apud administratorem fuerint, multo minus à dolo malo.*

29 *Illa uerba, quæ in ultimis elogiis apponi solent, tutores meos analogistas esse uolo, quid important?*

30 *Reddere rationem, principaliter fauore pupilli uel adulti introductū censetur, ergo absolute non uidetur per testatorem remitti posse.*

31 *Vsufructuarius non minus astringitur salua conseruare bona domini proprietarii, quam ipse tutor curatorue bona pupilli uel adulti.*

32 *Tutor non releuatur, etiam si per testatorem subiunctum fuisset, (Tametsi tutor condemnatus esset, ratione administrationis, aliqua in quantitate, tantundem eidem lego, ipsique dari uolo, & ad dandum & ad hoc præstandum tutori, hæredes meos grauo & condemno, ut ipsum tutorem omnino liberent.*

33 *A dolosè siue fraudulenter gerendis, absoluere testator nequit, neque per uiam directam, neque indirectam.*

34 *Remissum non uidetur, id propter quod tutor, curator, ac quilibet administrator, ad delinquendum inuitatur.*

35 *Nemo ob maliciam seu calliditatem fructum ullum consequi debet.*

36 *Testator non potest moriens, administratores futuri hæredes à ratione reddenda absoluere, sicut nec potest eundem absoluere, quin semper boni uiri fungatur officio.*

37 *Bona parentes pupillis relinquunt, ut iisdem à morte utantur, non ut per administratores ab iisdem frustrentur.*

38 *Absolutio facta tutoribus, non extenditur ad ea, quæ sunt dolo gesta, aut ad reliqua.*

39 *Ius publicum nemo remitterere potest.*

40 *Liberatio quando relinquitur ab administratione futura simpliciter non corrigitur ad dolo gesta, etiam si hoc esset expressum, secundum Angelum.*

41 *Dolus futurus remitti non potest.*

42 *Testator quando remisit tutori uel curatori confectionem inuentarii, quid operetur talis remissio?*

43 *Casus in quibus repertorij confectio remitti potest.*

44 *Qua actione petatur rationis reddendæ æditio?*

45 *Vna est omnium administratorum honestatis regula, ut de alienis rebus rationes fideliter conscribant, eosdem exhibituri quoties opus erit.*

46 *Ratio ex quibus constare debet?*

Ratio-

47 *Rationum substantialia, dies, & annus ad longum, & non per numeros conscribenda sunt.*

## CAPVT TERTIVM.

1 SICVT officium tutorũ, & † curatorum est, rationem exactam reddere de rebus gestis, ita eorundem quoque est reddere debitam rationem de rebus nõ gestis, quam alioquin ex officio, non minus quàm alias res gerere, & gubernare debuerant, quod nisi fecerint, in damnum incidunt, & ad compensationem tenentur. l. Si tibi. C. de testamẽ. tutel. l. 1. &. 2. C. Si tutor uel curator nõ gess. l. Si qs tutor. §. Quin autẽ. ff. de rit. nupt. l. 1. ad exordiũ ff. de tutel.
2 & rat. distrahen. † Et sicut rationem reddere debent de non administratis, ab ipsis tñ administrandis, sic ẽt rationem reddere cogũtur, de rebus quibus per fideiussionẽ sunt astricti, licet ea nondũ sint administrata. l. Pater, & l. Aduersus. C. de hæredib. tuto. uel cura. Nã & cessationis (inquit Antoni-
3 nus † Imperator) ratio reddenda est. Porro, si legitima adfeurat à tutoribus causa, ob quã aut nõ potuerint, aut nõ debuerint res ab ipsis geri, à Rõne reddenda profectò excusandi sunt. Alias uerò minimè. Nam Alexander Imperator latam culpã censet omittere in alienis, quæ administrari oportuit. l. 2. C. Si tutor uel cura. nõ gess. l. ultima. C. de hæredib. tu-
4 to. uel curat. Atq; † hæc oĩa intelligenda sunt, non solũ in ipsis tutorib. & curatoribus, sed etiã de eorũ hæredibus, haud inconueniens est dicere. l. 1. C. de hæredib. tuto. uel curato.
5 & l. 2. eiusdem titu. Debẽt † præterea tut. & cur. pupillis adultis in rationibus reddendis tradere omnes syngraphas & quietantias, alia instrumenta, & munimenta, quæ ipsi tutores de administratione rerum habent, quæq; postea pupillis possent esse usui, & præsidio. Nam si talium literarum quippiam suppresserint, aut si dolo id, aut culpa non fiat, iurare debent in litem. l. Si cui libertas. ff. de condit. & demõstrat. refert rescriptum hoc Pij Imperat. Aditi à uobis amplissimi cõsules, arbitrũ dabunt, qui excussis rationibus, non tm̃ q̃

reliqua

reliqua sunt Epaphoditi, constituent: uerùm ét quas rõnes, quæq; instrumenta tradere, aut exhibere dominis suis debeas. Iuramentum aũt in litem probatur per.l.1.&.l.2. &.l.
6 † Alio iure.C.de in litem iuran. ubi distinguitur inter administratorem ipsum, qui de dolo, & ex oĩ culpa tenetur, & inter hæredẽ ipsius tutoris aduersus quẽ non nisi ex dolo & latiore culpa iuratur. Sed hoc sane intelligendum est. Nã si quis enormè hinc pupilli detrimẽtum ꝓbauerit, & si prius aduersus uiuentẽ tutorem lis fuisset cõtestata, tunc aduersus tutoris mortui hæredem ét ex leui culpa instrumenta non reddentẽ, iuratur in litem, non minus q̃ aduersus ipsum tutorem iurari potuisset.l. Alias.ff.de in litem iuran. Simili
7 quoque ratione, † contra nõ conficientẽ, uel non exhibentẽ librum rõnum, in litem iurabitur.l.1.§.Officio.ff.de tutel. & rat.distrah. Qui text.licet de tutore loquatur, tamen de omni administratore locum habet secundum Doct. Soci. consil.46. Cùm in præsenti, lib.1. Quoniam ut notat Bald.
8 post Ray.de for.in.d.§.Officio. Sic etiam cõtra illũ qui nec fecit librum rõnum, sicut contra illum qui non fecit inuentarium, præsumitur. Qui enim non facit id, ad quod scit, uel scire debet, se ratione officij sui, uel publici, uel priuati obligatum esse, is profectò est in dolo, uel saltẽ dolus de ipso ꝓsumitur.l. Si procuratorẽ.§.dolo.l. Dolus. ff. mandat. &.l.
10 † Dolo.ff.ad.l.falcid. Ob hanc quoq; causam, is qui inuentariũ nõ facit, eoipso de dolo conuincitur, & ꝑ dolum, & probationis difficultatẽ, ad omne id damnũ, quod ex eo profluit obligatur, ad declarandũ per iuramentum in litem ueritatis, quod quidem iuramentum aduersario defertur per iudicẽ sub taxatione prius pręmissa, iuxta personarũ & negocij qualitatem. Atq; hæc ẽm ea quæ leguntur, & notantur, in.l. In actionib.ff.de in litẽ iuran.& in.l. Si qñ.C.unde ui. in.c.finali, de his quæ vi met.caus.text.est in.l. Tutor qui repertoriũ, ad principium.ff.de administrat.tuto.uel curat.
11 † Idem quoque iuris est, ideq; iudicandum est, de non cõficiente, uel de eo qui libellum rationis nõ exhibet cũ effectu cõputationis, ac plenę examinationis, sicut expresse decidit Bar.suis in cõsilijs, cõsil.150. Cũ ꝑdicta. Et Ang.suis in cõs.

consilio

consil.277. Tutor alimentauit, ad finem, ubi loquitur de negociorum gestore uoluntario. Item Ludo. Roma. suis in consilijs, consil. 518. Quo ad primum, ubi loquitur etiam de ma
11 tre relicta domina & usufructuaria. † Atque hæc non solū uera sunt, de eo qui nullum prorsus inuentarium, aut librū rationum confecit, sed ét de eo qui inuentarium aut librum rationū exhibet nimis obscurum, ita ut hinc certo apparere non possit, quid sit de rerum quidditate ac ualore. Aut quā ti qualesq; fuerint redditus, aut quales expensæ, aut unde natæ. Hæc enim nisi clarè exprimat, forma rationis nec subsistere potest, nec honestè concludi. Et certè turpè esset & illicitum, in rōnibus omissa passim per alienam manum ascribere & adijcere, aut perperam conscripta lituris passim delere aut dispungere, ut in repertorio seu inuentario tradit D.Bart. in d.l. Tutor qui repertor. ad exordium col.pe. nu.
13 18. † Est præterea reddenda ratio, omnium fructuum qui pcepti sunt, & qui per consuetudinem communem ex re administrata percipi potuerunt. l. Si sine hærede. §.1.&.2. ff. de administ. tuto. Damnum, ait, si quod accidit eo, quia cautiones soluti uectigalis inuentæ non sunt, ad tutorem, cuius culpa admissa proponitur, minimè pertinere. Modestinus respondit tutorem eorum redditum nomine, rationem pupillo reddere debere, qui ex fundo bona fide pcipi potue
14 rūt. † Imò non solum reddenda est ratio, de iam prædictis, sed etiam de tota ac uniuersa administratione habita reddē da erit ratio, nullo autem modo de parte aliqua rationis sicuti dicit Bald. & rectè, in. l. Si plures. C. de condit. insert. &. l. Cui fundus. ff. de condit. & demonstrat. Cui fundus, inquit, legatus est, si decem dederit, partem fundi consequi
15 non pōt, nisi totam pecuniam numerarit. † Porro si administrator semel dignè & debitè suam rationē exhibuerit, eaq; conclusa & approbata fuerit, non debet is administrator nouis molestiis sollicitari, ut eiusdem administratoris rationem odiosissimè denuò ad calculum reuocare præsumant,
16 ut uult. l. Semel. C. de Apoch. publi. lib. 10. † Sed ex hoc oritur quæstio quid faciendum sit, si postea eadem approbata Ratio reperiatur adulterina, falsa, & insufficiens? nempe in

qua

qua postea reperiantur multa falso adiecta, aut multa necessaria dempta, & non expressa. Quid inquam. Huiusmodi ne ratio reuocabitur denuò ad calculum? aut ad eiusdem iterationem nō cogendus erit administrator? Ad quam quōem negatiuè respondent, talem Rationem, non esse iterandam, ꝙ illis erratis calculi approbati beneficium patrocinetur, &
17 subueniat. † Et hoc exploratissimi iuris est, quę iura statuūt quod error calculi siue ijs ex uno, siue ex plurib. contractib. emerserit, ueritati non adferat præiudicium, quia hoc sæpe constitutum est, illud debere esse ratum, quod semel placuit & probatum fuit, & de quo ueritas semel manifeste apparuit, & ratiocinantium oculis clarè exhibita fuit, iuxta. l. Illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præsid. Imò etsi per errorem calculi uelut debitam quantitatem, quum esset indebita, promisisti: condictio liberationis tibi competit. l. Vnica. C. de erro. calcul. & ibidem Glossæ. Sed hoc intelligendum. Nisi illi
18 iuri, † hoc est erroris calculi beneficio expresse per partes esset renunciatum, sicuti interdū fieri consueuit dicta. l. Vnica. C. de errore calculi. Alioquin nisi hoc fieret, rationis reddendæ tandem nullus esset finis, sed ob quamcunque occasionem in ratione deprehensam, administrator ilicò & sæpius ad iteratione calculi sic retraheretur, & semper nouis molestijs sollicitaretur. Postquam autem hic incidimus in mentionem erroris calculorum, non abs re me hic facturū arbitror, si huic materiæ etiam subiunxero, qđ cum æquitate magis uř consentaneum quàm superius allegata quodq; D. Bart. nequaquam displicuit in. l. Vnica. C. de erro. calcu.
19 præalleg. † Nempe, licet inter plures mercatores sit solidata, probata, & summata ratio, potest nihilominus debitor uel creditor adhuc petere, ut iterum ratio computetur, & uideatur si est erratum in calculo. Idem quoque affirmat Bar. in. l. Instar. C. de iure fisci. lib. 10. Cui seruit illud Raph.
20 Fulgo. in. d. l. Vnica. † Rationes possunt repeti ut exhibeantur, ad hunc finem, ut huiusmodi error possit detegi, Verū dummodo id petatur infra triginta annorum spacium. Quēadmodum enim pér triginta annorum cursum, alijs præscribitur facultatibus. l. licet. C. de iure delib. & l. Pignori. ff.

de

de usucap. Sic pari ratione ēt huic facultati reuidendæ & recognoscendæ rationis indubiè præscribitur. l. Calculi erroris. ff. de administrat. rerũ ad ciuit. pertinen. Ibiq; melior glossa totius corporis iuris Bart. teste ibidem, necnon eodẽ Bartolo in d. l. Instar, id est, desiderans rationem reuocare, erroris ratione, id potest usque ad triginta annos duntaxat, post uerò minime, quia tum per præscriptionem temporis sententię diffinitiuæ uim habet. Sed de his satis. Qui plures distinctiones, aliaq; ab hac materia nec extranea, nec indigna, cupit, eundem ad prædicta loca cõsulenda remitto, at-
22 que ad reliqua pergo. † Ministratores itaq; non solum rationem reddere obligantur, uerum etiã paria facere, hoc est, totum debitũ præstare, & persoluere debent, quod aliis reliquum soluere dicitur, sic ut nihil apud se retineant, quod ex calculo deberi cõpertum fuerit. l. Lucius Titius. ff. de manu. testa. & l. Si quis ita. §. Si duo. ff. de statulib. Neq; enim uidebitur (ut inquit) conditio in persona alterius satis impleta, nisi id quod computatione rationum habita reliquũ fuerit, aut uterq; aut alter totum soluerit. l. Africanus. ff. de condi. & demõstrat. Quia (inquit) rationes reddere, nihil aliud est, quã reliqua soluere. Pulchra disputatio forẽsis est, apud Calistratum. I.C. in l. Cũ seruus ita liber. ff. eo. tit. de cõdit. & demonstrat. quẽ text. ad calcẽ sui nõ mediocriter cõmendat doctus Ang. Aret. in §. Actionum autẽ, institu. de actio
23 nib. ad exordiũ 21. colum. † Ex superioribus nunc habitis colligitur, sententiam redditionis rationis, aliquando extentionẽ recipere ad aliqua præter quàm in allegatis legibus. Haud dissimilè habetur in l. Si ita fuerit. §. Quæstio. ff. de manumiss. testa. & in l. Si pure, in fine. ff. de fideicommiss. liberta. necnõ in l. Si statulibera. §. Si quis non dare. ff. de statuliber. atque in l. Boues. §. fin. ff. de uerbor. significat. & in l. Non solum. §. Is qui reddere. ff. de libera. lega. In quibus legibus dicitur, redditionem rationis duo simul complecti, & rationem exhibere, & reliqua reddere, hoc est, omnia
24 persoluere, † uti supra quoque memini. Hæc igitur uerba, facere paria, pertinent ad totũ debitum. l. Sticho. libertas. §. fi. ff. de statuliber. & l. Semper in ciuitate. §. Conductores,

25 res,in fine.ff.de iure immunita.Ex diuerso ad † patrem de
26 biti restantem ptinent,† reliqua trahere,reliquare. Atque hic reliquatores sunt, qui ex parte se à creditore exemerũt, & ex parte debitores manẽt.l.Creditor.§.Valerius.ff.de solut. Vbi Accurat.dicit, reliquatorẽ dici ex mala administratione.Reliquari.n.uulgo dicimus. *Resten of teen reste schuldich blijuen*.l.Lucius Titius.ff.de administrat.tuto &.l. Rescripto.ff.de munerib.& honoribus.Eos demũ(inquit)debitores accipere debemus,qui ex administra. Reipub.reliquãtur.i.debitores(glos.teste)ex reliquis manẽt.Sed hic moue
27 ri posset qõ. An ne reddendæ rationis necessitas † remitti inter uiuos,uel ex ultima uoluntate p testatorem possit?Ad
28 quã responderi põt affirmatiuè,† quod sic,uerũ talis remission non liberat à reliquis omnino soluendis, si quæ apud administratorem fuerint,multò minus à dolo malo,de quo insigniter Martianus I.C.ff.de lega. 1. Si seruus(inquit) uetitus est à testatore rationes reddere, non hoc cõsequitur,ut quod apud ipsum est reliquum omnino nõ reddat, sibique hoc lucrifaciat, sed tm̃ hoc consequitur, ut scrupulosa nimisq; curiosa inquisitio non fiat,hoc est, ut culpæ leuis uel leuissimæ,siue negligentiæ ratio nõ habeatur, sed tantũ ut modi fraudum diligenter obseruentur,sicut ibidẽ Bald. Neque huic dissimile probatur, in l. Quum tale legatum.§. Quid ergo.ff.de conditio.& demonstrat. In plano itaque calculatis acceptorum, & expẽnsorum articulis omnibus diligenter perquiretur ab administratore, an plura receptorũ enarranda restent, quod si hoc moneatur ut ea præstet, & reliqua faciat.l. Nec quicquam .§. de plano .ff. de offic. Proconsul.l. Pomponius .ff. de negoti. gesti. Astipulatur huic egregius Iureconsultus Franciscus Mingon, suis in cõmentarijs,ad consuetudines Andegauiæ, tit. *De la nature des fiefz*, articu.xcij. fol.xlvii.num.4. Necnon excellẽtissimus, ac summus practicus, Ioannes Petri de Ferrariis sua in practica,in forma libelli. In quo agitur de reddenda ratione tutelæ, super glossam in uerb. Analogistas, folio cxxxii. columna 4. Atque Angel. Areti. uir perspicacissimus, suis in commentariis, super 4. lib. Institutionum Iustinia-

O narum

narum,titu.De actionibus.§. Actionum autem,numero 44 folio.232.uersic.25.Quæro.Et hoc pacto censendum est il
29 la uerba significare, † quæ quotidie in testamentis ac ulti mis elogijs apponi solent,nempe, Dictosque meos tutores Analogistas esse uolo , ita quod nec teneantur reddere rōnem, sicuti traditur in.l.Quidam decedens , ad exordiū. ff. de administr.tuto.His seruit.l.Non solum. 2.§.2.&.§. pe.
30 Et.l.Aurelio.Sempronio.† ad finē.ff.de liber.lega.Potest assignari & alia ratio,scilicet , quia reddere hanc rationem principaliter ad fauorem pupilli uel adulti seu minoris introductum censetur,ideoque absolutè non uidetur per testatorem remitti posse,argumento l.Scire.C.ut in possess. legat.&.l.1.C.de usufruct. facit.l.Nemo potest.ff.de lega. 1. & probatur in. d. l.Quidam decedens,in uerb.Nemo. Idē credit Ioan.Pet.de Ferra.in loco præallegato.In hoc itaq; casu idem iudicandum est,quod usufructuario.Hic enim usufructuarius tametsi per testatorem facta ipsi fuerit rationis reddendæ liberatio , & quamuis rerum substantia salua uideatur,tenetur tamen nihilominus finito usufructu de ꝓprietate rationem reddere,non obstante illa liberatione ꝓ-
31 uia,argumento.d.l.† Scire, &. d.l.1.cū ibi notatis C.de usufructua.Pari enim nodo astringuntur. Tutor , & usufructuarius,sic ut usufructuarius salua facere bona domini proprietarij,& ipse tutor,curatorue bona pupilli uel adulti salua facere debeat. Quinimo quod longè fortius est Angel.
32 Aretin . loco præallegato sustinet . † Tutorem nec leuari, nec absolui,etiam si per testatorem subiungeretur . ( Imo etsi tutor ratione administrationis aliqua in re uel quantitate à testatore condemnatus fuisset.) Tantundem eidem lego,tantumque ipsi dari uolo,& ad dandum , & præstandū tutori,hæredes meos grauo & condemno , ut ipsum tutorē omnino liberent.Vnde obseruandæ memoriæ D. Bartholomeus de Saly.cum hanc facti quæstionem habuisset, legi
33 tur consuluisse.Neq; † per uiam directam,neque per indirectam,testatorem cuipiam tutelam posse relinquere, ac simul eundem à dolose , ac fraudulenter gerendis rebus absoluere. Et profectò is rationibus ualidis , & prægnantibus

moue

34 mouebatur.†Primò ne remiſſum uideretur id, propter qđ
tutor,curator,ac quilibet alius adminiſtrator, ad delinquen
dum inuitentur,ita intelligi debet.l.Si quis, ibiq́ue gloſ. &
Bart.ff.de libera.lega. Coniuncta.l.Conuenire.ff.de pactis
dotal.cũ pluribus ſimilibus iuribus,&.l.Si unus. §. Illud,&
quod ibi per Doct. de pact. His ſeruiunt text. ibiq; Dy. &
Bart.in.l.Quidam decedẽs,præalleg. Hæc copioſiſſimè tra
ctantur per D.Bartol.in.l. Aurelio.§.Caius uerſicul.Quar-
tò quæro,uſque ad uerſicul.Quintò quæro,& ibi gloſ. ff.de
libera.lega.Cum his cõſentit.l.1.cũ ſua materia. C.de uſu-
fructuario.Hanc materiam etiam explicarunt Salycet. Cy.
35 Bald.&† Angel.ad l.Actionem. C. de tranſact. Secundò,
ne malitiæ,ſeu calliditatis ſuæ fructum conſequantur & ac-
cipiant tales doloſi adminiſtratores, iuxta. l. Penultimam.
36 C.de legat.tertio,†quia talem abſolutionem nõ merentur,
qui dolum & fraudem committunt,ſcilicet,ut per teſtatorẽ
bono iure à reddenda ratione ullo modo liberentur.l. Si le
gatarius. ff. de dolo. Quin & legatis omnibus ob fraudem
commiſſam,etiam carere debent,atque ab ijs meritò per iu
ſtitiam priuari, nempe quod talibus legatis ſeſe per dolum
indignos effecerunt.l.Nec adiecit.ff.pro ſocio, & l. Lucius
37 Titius. §. Lucius Titius damam. ff. de legat.2.† Quartò,
quia tales adminiſtratores,ſunt hæredis futuri, aut futuro-
rum hæredum debitores, nullo modo poteſt teſtator mo-
riens,aut mox uita perfungendus,eoſdem adminiſttatores
liberare,aut abſoluere à reddenda ratione, ſicut non poteſt
eiſdem ſatiſdationem, aut ſatisfactionem remittere, aut re
laxare abutendo uiri boni officio,hoc eſt, ut non perpetuò
&in omnibus,(quæ bona erunt & iuſta) optimi uiri officio
38 nõ† fungantur.l.Scire.C.ut in poſſeſſ.lega.Quintò,quia pu
pillorum bona omnia in eum finem relinquuntur,ut pupilli
hæredes iiſdem legitimè utantur, & nullo modo ut ſinant
ſeſe ab iis per doloſos adminiſtratores ſeponi aut decipi.
Quocirca & clare conſtet pupillis ſua omnia ſyncere eſſe tra
dita,& fideliter omnia eſſe adminiſtrata, opus profectò eſt
ad hanc certitudinem,debita rationis exhibitione à quo im
prudens teſtator doloſos adminiſtratores nullo modo abſol

uere, aut relaxare poteſt, aut debet. l. 1. C. de his qui pœnæ nomine. Et ex his nunc apparet, quid reſpondendum ſit, ad l. Si quis rationes. ff. de libera. lega. quæ iſtis aduerſatur, & quæ in contrarium allegari & adduci poteſt, quia ille text. loquitur in debito ipſi defuncto ex adminiſtratione præterita, ſicuti ex illius. l. exordio patet, & ita intellexit gloſſ. eum text. in. l. Aurelio. §. Gaius. ff. de liber. lega. Et ſi quis interroget. Quid igitur teſtatoris uerba operantur? reſpondebitur: quod per teſtatoris uoluntatem tantummodo remiſſa ſit ab adminiſtratoribus ſcrupuloſa, & immodicè curioſa illa inquiſitio facienda, qualem putandum eſt teſtatorem poſt mortem ſuã omnino fieri noluiſſe, uti uult gloſſ. in. d. l. Quidam decedens. Hæc autem ſunt diligenter ſignanda, quñ quidem per ea pupillis, minoribus, atque id genus alijs pſonis inopibus, contra tutorum, curatorũ, ac quorumcunq; adminiſtratorum fraudes, & dolos malos ſuccurritur, & patrocinium præſtatur. De hac quoque pupillis opitulandi uia, etiã meminit idem Saly. in. l. Cum neceſſitatem. C. de fideicom miſſ. & ita conſuluit. Sic eſto quod teſtator abſoluiſſet tutores à tutelæ ratione reddenda, & grauaſſet hæredes dare tutoribus id, in quo fuiſſent condemnati per tutelam malè geſtam, nihilominus non uidetur remiſiſſe dolum, quem nec potuiſſet remittere. His etiam congruit, quod uoluit Ang. in ſuo conſilio cxlj. inci p. In Dei nomine, Amen. Ad primum dico, ubi accidit ſecundum eum in facto. Teſtator uoluit, quod uxor ſua adminiſtraret omnia bona ipſius tutoris eo mortuo, & de fructibus, reditibusque percipiendis ex bonis ipſius teſtatoris non teneretur dicta uxor reddere rationem, ſed ſtari uoluit conſcientiæ ipſius uxoris, uſque ad filij inſtituti pubertatem, dubitabatur, an teneretur adminiſtrationis rationem reddere, & an teſtator potuerit inuentarij confectionem remittere? qui utramque ibidem partem diſputat, & tandem apertiſſimè concludit. Viduam illam ipſam prorſus obligari, & teneri doli, fraudis, & latę culpę, non leuis. Et etiam debere rationem computumque reddere. Quantum autem ſpectat ad prohibitionem teſtatoris, qui uoluit ipſam à reddenda ratione eſſe liberam, hoc intelli-

intelligendum esse dicit, ne nimium scrupulosa & anxia in-quisitio, in uiduam fieri deberet, Allegat optimam. l. Si ser uus uetitus. ff. de lega. 1. præalleg. &. d. l. Cum tale. §. 1. ff. de condit. & demonstrat. &. l. Pomponius. ff. de nego. gest. & ea quæ ex fructibus & bonis mobilibus apud eam reman serunt, tenetur restituere. Allegat. d. l. Quidam decedens, &. d. l. Aurelio. §. Gaius. Quocirca ita concludendum est, di ctam absolutionem, & liberationem factã tutori, aut tutoribus, non extendendam esse, ad ea quæ dolo gesserunt, uel ad reliqua, quæ sunt penes tutores, casus est ad literam, in. d. l. Non solum. §. finali, &. l. Si quis rationes, in princip. ff. de libera. lega. & text. in. d. l. Quidam decedens. Necnõ gloss. in. l. Cũ necessitatem. Et Petrus de Ancho. suis in consiliis, cõsilio cxviii. fol. 44. Nec obstant iura quæ in oppositum allegari possent, quũ illa intelligi debeant (ut sæpe iã diximus) de scrupulosa rõnis redditione non exigenda. Nec obstat, ꝙ contra legatum tutores postea condemnetur in mulctas ob infidelem administrationem, quia talis condemnatio nõ fit respectu legati, sed causa perfidiæ, doli, & fraudis commissæ, á qua testator contra iustitiam, & æquitatẽ, administratorẽ infidelem absoluere non potuit, & si hoc maxime uoluisset, ipsius tamen uoluntas nihil operari potuit, nec ullius esse contra dolum futurum roboris. Neque hoc ẽt præsumẽdum erat de mente testatoris, scilicet, quod dedisset, uel ꝓ-
30 bere†uoluisset maleficii seu delinquendi causam, ansam & occasionem, quia hoc testator facere nequiuisset, quia hoc est ius publicum, quod nemo remittere potest, d. l. Quidã decedens, in principio. Quinimo nec fideicommissum respectu reliquorũ, futura in administratione quicquam operatur. Neq; huic ea Iura obstãt, quæ uidentur uelle. Quod fideicommissum reliquorũ possit relinqui tutori, quia debent ea Iura intelligi de reliquis administrationis ꝑteritæ, & nõ futuræ. Ita Dñs Bartolus in dicta l. Quidam decedens, & in dicta. l. Si quis rationes. Necnon Doctores in dicta l. Cum necessitatem. Hinc conclusiuè dicendũ, aliquem posse petere administrationẽ integrã administratorũ, post finẽ tutelæ administratæ, ꝑ tutores respectu doli & reliquorũ. Alioqui

 si

si diuersum, contrariúq; sentiremus, tutores, curatores, ac similes administratores rerũ pupillariũ, ac minorũ semp soli citarent & ꝓcurarent tutelas, ac curatelas, cũ istis, ac similibus clausulis (contra textũ literalem, in.d.l. Quidam decedens, in uersi. nec eo noĩe) Ang. tamen in consil. clxxxij. uti
40 tur distinctiúcula haud aspernanda, † nẽpe, eo casu, quo testator legat administratori, ab hærede id in quo fuerit condemnatus ratione administrationis dolosè gestæ, ualet quidem testatoris legatio, quia tunc præsumitur, qđ dolus tũ cõmissus, ipsi testatori fuerat tunc manifestus, & eo casu uidetur testatorẽ bene potuisse administratori remittere dolum illum præteritum. Si uerò dolus ille erat testatori incognitus & occultus, tunc nõ est præsumendum, quod dolosè gesta remiserit, quorũ ipse tunc ignarus fuerat. l. Lucius. ff. de libe. lega. & l. Tres fratres. ff. de pact. Vbi dicit se loqui de dolo, ꝑ quem leganti aliquid abest, & legatario aliquid abest, alias bene intelligeretur dolus remissus, sicut in contractu. d. l. Actione. Et subdit idẽ Angel. Qñ relinquitur liberatio ab administratione futura simpliciter, concludit eã liberationẽ nõ debere, nec posse intelligi, de dolosè gestis, aut gerendis, etiã si hoc esset expressum, quia dolus futurus
41 nequit remitti. Nec ẽt porrigitur ad reliqua, † ne cui detur ulla occasio fraudandi. Atq; ad hunc modũ dicit deberi intelligi dictã. l. Quidam decedens. Vide Paul. de Cast. consil. suo cccvi. incip. Aduertendũ, quod si mala redditione cõputorũ. Sed hic mihi quispiam dixerit. Quid si testator remisisset administratori per hæc uerba prægnantia, (Volo administratorem nõ posse cogi ad rationes, nec quouis modo. uexari, nec inquietari)? Dicendum est illa ac similia uerba referri ad uexationem & inquietationẽ iniustam atque maliciosam, & facti, sed ad iustam legitimamq; uexationẽ, nullo modo referri nec intelligi posse, nec debere. Ita formaliter ait Bald. in l. 1. C. de his qui pœnæ nomine. Andreas Barbat. in cõsiliis suis, cõsil. 4. lib. 4. incip. Illud in medium adducam, qđ glorioso Paulo Apost. &c. Saly. tamen in. d. l. Cum necessitatem. C. de fideicommiss. refert Dy. tenuisse ac consuluisse. Licet directè remitti non possit, in testamen-

to,

to, illa obligatio reddendæ administrationis futuræ, & consignationis reliquorum, iuxta supra deducta, tñ s̃m eum per indirectũ hoc fieri potest, ut si subiungat testator. (Et quicquid apparuerit tunc deberi ex ipsa administratione, lego ipsi tutori) per. l. Si quis rationes, secundum unum intellectum. ff. de libera. legata. Porrò licet maxima sit Dy. authoritas eius tamen opinio hac in re nonnullis displicet. Alex. teste suis in consiliis, consil. cxcij. in 7. uolum. incip. Visis narratis in themate, ad finem, sed dicendũ ac resoluẽdum, uti superius latè discussum est. Sed hic quęri posset, quid dicendũ sit de. q. quotidiana, cuius etiã & alio loco memini.
42 Quando testator remisit tutori uel curatori, † inuentarii cõfectionẽ, quid operatur talis remissio, an ualida an inualida erit? Vulgares hm̃oi remissione, tutorem credũt ab omni ratione reddenda, siue syncerè, siue sinistrè administrauerit, debere esse excusatum. Atq; ideo non pauci ẽt decipiũtur, & falluntur. Licet. n. per hm̃oi remissionẽ à confectione inuentarii excusetur tutor aut curator, non tamen excusatur à ratione reddenda omnium eorum, quæ ad eius manus peruenerunt, uti probatur in d. l. Quidã decedẽs, in principio. ff. de administrat. tuto. multoties in mediũ deducta. Est
43 ergo casus in quo põt remitti, † inuentarii seu repertorii cõfectio, nempe per testatoris dispositionem. Est præterea & alius modus ꝑ quem posset fieri hæc remissio, utpote per cõsuetudinem, per legẽ municipalem, uel per iudicem ordinarium. Sed hæc tm̃, quando causa legitima interuenit, ob q̃ posset & Iudex ipse remittere. Imò (quod magis est) ob q̃ causam legitimam posset etiam remittere tutoris dationem & constitutionem. l. 2. §. Tractari uersic. ergo si mater. ff. ad Tertullianum. S.C. & argumento. l. pen. C. de alimend. pup. præstan. Cæterum priusquam hanc materiam absolua-
44 mus † restat ut hic explicemus hanc quæstionem. Per quã actionem rationis reddendæ petitur æditio? Bartolus ad hanc quęstionem, in l. 1. §. Officio. ff. de tutel. & ratio. distrahend. distinguit. Aut ceptum est (inquit) de alia causa iudicium, puta negocio quopiam inuicem gesto. Et tunc inuocatur Iudicis officium mercenarium, hoc est, actioni

instituta deseruiens.l.Nõ solum.ff.de rei uendicat.l. Aediles,prima.§.item sciendum.Necnon.l.Quod si nolit.ff. de ædil. edict. Aut principaliter, nulla præcedente alterius causæ cõtrouersia,petitur ratio administrationis gestæ,Et tunc utendum est actionibus.Si ex contractu,uel quasi ex contractu processit administratio, contractus actionem pariet.l. Quædam,in principio.ff.de edend. Alioqui enim uel officio iudicis nobili,uel actione in factum, rationes cum eo quod interest exigi possunt.l.Si quis ex.§.Ex hoc edicto.ff. de edend.

45 † Hoc loco nunc statui potest certissima regula, quæ administratoribus omnibus usui esse debet, & gloriæ, scilicet, Vt semper de alienis rebus rationes cõscribant,easdem exhibituri,quoties opus erit. Rationis autem reddendæ formam, sicut de iure,& consuetudine seruari debet, & consueuit ob imperitorum adolescentium gratiam, paulò infra subnectere statui.Ideoq; eam breuitatis causa hic omitto.

46 † Sat enim erit illis hic scire, quod omnis ratio constat ex proœmio, præfatione,aut titulo:præmittendo, scilicet in duobus primis capitulis,scilicet ante primum caput acceptorum,& ante primum caput expensorum. Atque ab isto præmisso titulo, & à primo capitulo acceptorum debet incidere omnis bene ordinata ratio, ne peruersus ordo intellectum turbet, & bene ordinatam rationem uiciet, uti notat. Albericus in l. Quamuis. ff.de condit. & demonstrat. Post omnia accepta enarrata, subiicienda erit totalis summa receptorum.Mox in sequenti facie,præmittitur titulus expensorum. Atque hinc ilicò omnia expensorum capita per ordinem ut factum prius fuerat in ordine acceptorum. Hæc autem rationis reddendæ duo membra ulterius diuidi possunt,in plura alia membra subdiuidua, uel in plures (ut uocant)Rubricas partes,aut canones,pro materia subiecta, & pro arbitrio conficientis rationes,ad hunc modum. Sub capite acceptorum ponetur unũ capitulum, de rebus receptis ab initio contentis in repertorio siue inuentario.Item aliud capitulum de rebus additis, uel postea repertis. Item aliud de fructibus aridis,aliud de fructibus liquidis,aliud de canone emphyteuseon uel censuum.Aliud de reditu inuestitura

rum

rum. Et alia pro unoquoque genere reditus rei. Sub capite expensarum, ponentur capitula de expensis, ac solutis redditibus. De reparationibus, de expensis alimentariis, de emptionibus agrorum, aut domorum. Item caput unum de expensis extraordinarijs. Item aliud de computatis & non receptis, id est, de his quæ debuerant recipi, & in capitulo receptorum descripta sunt, sed sine culpa curatoris uel admini

47 stratoris, nō fuerant ab eo recepta. † Post enarrata omnia capita expensorum, subiicitur summa eorundem uniuersalis, quæ eam rationis partem claudit, unde ab imperitis uocatur clausura. Sed hic notandū est, quosdā receptores magnopere gnaros esse, & acutos in rationum subductionibus. Nam præter hoc quod singulis capitibus suam summulam uniuersalem subscribant, etiam singulis pagellis ad infimam margi nis partem, singulas summulas eiusdem paginæ subnotare consuescunt, atq; ex ijsdem summulis debite collectis, hoc quoq; modo finalem cōclusionem elicere, conferentes hos duos modos inter sese an in summa uniuersali subductiones per paginas, & per capitula, simul bene conueniant. Porro sicut in singulis (ut supra diximus) capitibus, tum receptorum tūm expensorū, apertè exprimenda sunt rationum substantialia, scilicet dies anni menses, & huiusmodi alia plura. Ita quoque post generalem summam (quam uerbis lōgioribus, non numeris, aut cyfris perscribes, ut omnis fraudis, & malitiæ occasio tollatur) & post rationis conclusionem, necessum est, ut & annum, mēsem, & diem quoq; collectæ & approbatæ rationis clarè exprimas, & i quorum præsentia, cum singulorum syngraphis diligenter subscriptis.

# COMMENTARIA IODOCI DAMHOVDERII BRVGENSIS IVRECONsulti, in titulum, de tutorum & curatorum Rationis iustificatione.

## SVMMARIVM.

1 *In omni ratione opus est iustificatione.*
2 *Rationem non reddere, & insufficienter sine iustificatione reddere, sunt paria.*
3 *Rationarius in rationario contenta probare, ac iustificare tenetur.*
4 *Rationarius, quantum ad contentorum in suis rationibus comprobationem, habendus est pro actore.*
5 *Rationarius disputationis tempore habendus est reus.*
6 *Rationarius post exhibitam, & legi cœptam rationem, uerus actor esse incipit, atque dominus deinceps defensoris locum obtinet.*
7 *In materia rationis reddendæ, probatio siue uerificatio uariis modis fieri potest.*
8 *Probationes iura nolunt angariare, sed contenta sunt his quæ conuenienter secundum subiectam materiam haberi possunt.*
9 *Opinio authoris contraria opinioni. D. Bartoli, & sequacium.*
10 *Confessio potest diuidi in facto seu capitulo separato, siue facto, ex interuallo.*
11 *Alia in mercatoribus, alia in tutoribus conficiendarũ rationũ ratio.*
12 *Mercatoris libro etiam simplici, & recenter tantum cœpto, fides adhibenda pro scribente, quando in plurimis capitulis ibi descriptis ueritatis reperitur conformitas.*
13 *Ex separatis, nihil rectè colligitur.*
14 *Nihil probatur per hoc quod facilè & frequenter abesse contingit.*
15 *Impensæ omnes (modo sint notabiles) probari ac uerificari debent.*
16 *Leues impensæ, etiam iuramento probantur.*
17 *Impensæ paruæ, siue minutæ, quæ dicantur.*
18 *Propter detrimenti exilitatem, & alioqui propter laborum difficultatem, probationes solo iuramento firmantur.*
19 *In magnis expensis non sufficit per iuramentum probatio, sed certioribus tunc probationibus opus erit.*

Expensæ

20 *Expensæ modicæ uel magnæ, quæ dicendæ sint, ex rei, actus, & personæ qualitatæ censendæ sunt.*

21 *Impensæ minutæ in rationibus specificentur, cui, quam ob causam, & quantum singulariter datæ sint.*

22 *De expensis minutis, tutoris aut curatoris scripturæ standum est.*

23 *Ex enormitate facti prauum animi consilium præsumitur.*

24 *Minor si contrahendo cum patruo, enormiter lædatur, dolo seductus præsumitur.*

25 *Arbitrator si enormiter læsit præsumitur in dolo.*

26 *Non uacat a falsitatis suspicione, qui diceret simpliciter, & sine specificatione standum esse iuramento.*

27 *Impensæ minutæ & specificatæ dummodo sint tolerabiles & uerisimiles probandæ sunt. Sin tales non existant, etiam probatæ, redduntur non probandæ.*

28 *Sententia quæ dicit de iure statuto, uel consuetudine, standum esse iuramento alicuius, ea intelligenda est, dummodo uerisimilia asserat, non autem, si præsumptio sit in contrarium.*

29 *Doctrina Bartoli, Quando id quod requirit sumptum, apparet factum, eo ipso præsumitur factũ ab eo, & eius expensis, ad quẽ id facere spectabat, & cæt.*

30 *Probato autem à quo factum sit, semper præsumitur eius impensa et pecunia factum.*

31 *Si de impensarum quantitate liquido, & minutatim non appareat, non ob id talis expensarum articulus reiicitur, sed satis erit, si probet, quod in ea re bonus paterfamilias tãtum expendisset uel fiet æstimatio per duos in tali opere peritos.*

33 *Valor rei seu damni quantitas, licet non sit probata, Iudex tamen eandem ex officio æstimare debet.*

33 *In rationibus consanguineorum, sicut non requiritur tam stricta specificatio, ut ab extraneo, sic nec tam stricta probatio.*

34 *In maximis expensis, solo etiã statur iuramento, si personæ qualitas, uerisimilitudo, & iudicis motus, cũ hoc concurrant. Bald. teste.*

35 *Obligatio expressa & solennis, forma & uis publici officii magis obligant, & plus operãtur, quam ulla priuatim suscepta negocia.*

36 *Is cui rationum reddendarum prælegata est liberatio, nec ratio nem ponere, nec probare tenetur.*

37 *Libro rationum expensis an credendum sit? & quando credendum.*

Fidei-

## CAPVT VNICVM.

EXPLICATIS utcunque ijs quæ ad rationis reddendæ modum concernere uidebantur, restat nobis nunc dicendum de eiusdem rationem iustificatione, quã etsi nõ perperam in eodem proximo præcedenti capite simul pertractare potuissem, uolui tamen hanc seorsum in hoc caput explicandam conijcere, ut hæc materia tum clarius, tum
1 distinctius explicata appareat. † Omnis igitur ratio fulciri debet probatione, uerificatione, ac iustificatione, non mi-
2 nus quam debita enarratione. † Paria enim sunt, non reddere rationem, & rationem reddere, sed insufficienter, indebitoq; modo, & sine iustificatione siue uerificatione, argumento. l. 1. §. Quod ait Prætor. 2. ff. Quorum legato, & l. Quotiens. ff. Qui satisd. cog. non refert. non reddatur ratio,
3 uel malè, aut insufficienter reddatur. † Rationarius itaq; qui obligatus est ad redditionem rõnum, illis traditis, computationeque inita, etiam obligatur & tenetur probare & uerificare, ea quæ in rationibus se gessisse uel impendisse scripsit uera esse, ut si postea de ullis articulis contingeret oriri aliquid controuersiæ aut dubij, pupilli tunc ueritatem quoque rationis approbatæ ostendere possint. l. Qui sub conditione rationum reddendarum. ff. de condit. & demonstrat. Quod
4 itaque cum ueritate cõprobanda sunt oĩa in rationibus contenta hęc potissimũ spectãt ad utilitatẽ, & ad certã cognitionẽ actoris, cuius solius maximè interest ea cognoscere. Verũ hic operæpreciũ est scire, quis meritò in hac re (potissimum qñ lite ac disputationibus res peragitur) dicẽdus sit actor, &

quis reus. Pro quo hoc notandū est, quod qñ Dñs aliquis feudalis, aut alius quispiā cōtra cōmissarios suos, uel cōtra suos tutores, aut curatores agit, ut condénenť ac cogantur librum rōnum offerre, & exhibere, necnō calculū inire, tunc hmōi
5 Dñs quātū ad hanc† petitionē suā, est actor, alij aūt sunt rei & hoc (ut dixi) quandiu disputatur. an illi teneantur rōnum libros offerre & cōputare, an non, aut ét quādiu disputať de rōnum oblatarum debita idoneitate & sufficientia. Nā idem Dñs fortassis post exhibitam rōnem, replicare & insistere posset, Rōem non sufficienter fuisse exhibitā, ideoq; tutorē debite exhibitioni non satisfecisse, uel quia chartæ rationis oblatæ in debita forma peccent, uel qui aliam similem ineptitudinē per totū referāt. Hæc si Dñs replicet, actor etiamnum permanet.
6 † Verùm postq̃ rōnes fuerint exhibitæ, acceptæ, & admissæ, sic ut legi examinarique cœptæ fuerint, imò ut earundē ueritas, & summæ expendi & perquiri cœperint, tum rōnum exhibitores ueri actores esse incipiunt, & Dñs rei & defensoris locū obtinet. Quamobrē si corā rōnū auditore siue calculatore ullæ oborirentur controuersiæ, super certis quibusdā capitulis, aut articulis, pro quibus ad iudicē remittunť, tunc illi exhibitores actores sunt, & in redditione, seu uerius in approbatione, uerificatione & clausura rationum, actorū qualitatē assumunt, & Dñs illis debitè approbatis, stare, atq; acquiescere condēnandus est, perinde ac si agerent contraria actione mādati, negociorū gestorū, tutelæ, uel simili. Dominus aūt tunc rei qualitatem seu defensoris ad earum improbationem assumit, atque negatiuè omnia declarabit, esse falsa, tam in accepto, q̃ in dato, (potissimum respectu articulorum controuersorum) ideoq; petet ut absoluatur ab approbatione petita per actores, non secus quam si actionibus contrarijs circumuentus se defenderet. Atq; hæc, opinor sunt praxis & styli, quibus plærumque in hac nostra Flandria, necnon in alijs regionibus, siue prouinciis utimur, quem quidem stylum iuridicum & uerissimum esse censeo, & idem ipse facilè iudicabis, si eundem pressius perspexeris, & rimaueris. Hic aūt diligenter obseruādū est.
7 Probationē † siue uerificationē hac in materia haud semper

exigi

exigi:aut neceſſariò requiri per teſtes, uel per inſtrumenta authentica, quia talis uerificatio nonnunquam fieri poteſt, aut per ſyngrapha priuata, aut quandoq; per rei uel operis euidentiam, ſiue inſpectionem, aut per alias coniecturas arbitrio Domini Iudicis approbandas, ut per D. Baldum doctorem acutiſſimum in Rub. C. de fid. inſtru. col. pe. uerſ. uti eſt cõſiderandum Phi. Cor. in l. fi. §. In computatione col. 1. C. de iur. delib. & (ut inquit) Federi. de Senis, conſil. 119.
8 Nulli dubiũ.† Iura.n. nolunt nimis anguſtæ cõſtringere probationes, ſed contenta ſunt his, quæ cõuenienter ſẽm ſubiectam materiam haberi poſſunt. Verum hanc libertatem, & minus laxam ſufficientiam, nolim habere locum in articulis impenſarum, qui certos articulos receptorum concernunt, quiq; per Dominum non ſunt impugnati, ſed acceptati, ac comprehenſi ad augmentationẽ ſummæ recepti, quia quãuis de contentis in illis recepti articulis aliter non conſtet, q̃ per ſcripturam ſiue confeſſionem reddentis rationes, ſuis in rationibus factam, nihilominus tamen obligatur omnia contenta & comprehenſa in articulis impenſarum eiuſdẽ recepti legitimis ueris rationibus & documentis probare & uerificare. Nec poterit in rationarius allegare, quod quantum ad eandem rem uel ſummã pertinet, in toto ſtandum ſit ſuę ſcripturæ, uel confeſſione propiæ idq; tam in recepto, q̃ in impenſo. Aut quod ipſi ſaltem in parte quidem ſtandum ſit ipſius cõfeſſionibus, per quas unum, ſcilicet, receptum acceptaret, & alterum, ſcilicet, impenſas negaret, aut contra, niſi ſaltem Dominus non uelit ſe iuuare cum articulo eiuſdẽ recepti, uel per confeſſionem recepti, ſed aſſumere in ſe onus probandi illud receptum fuiſſe, uel recipi debuiſſe, perinde ac ſi nihil de hoc ſcriptum in rationib. fuiſſet, quod tamẽ e-
9 ximii D. Bart. theoricæ † aduerſatur, in l. Aurelius. §. Idẽ quæſijt. ff. de liber. lega. Vbi ait confeſſionem poſſe diuidi
10 † in facto ſeu cap. ſeparato, ſine facto ex interuallo, cui canoniſtæ atque legiſtæ omnes ſubſcribunt. Sed hic aliud eſt: Hic enim adminiſtrator curare debuit, ut de contentis in recepto, atq; de cauſa recepti certò appareret ueritas, quod ſere fit dupliciter. Primò per inuentarium, in quo ſummã illa

in dicto articulo recepti designata, debebat esse expressa, tanquam in bonis inuenta, uel si erat nomen debitoris, eodem in repertorio seu inuentario, chirographum, uel aliud debiti instrumentum exprimi debuit. Secundò probare debuit cōtentorum ueritatem sine ullo inuentario, uel citra repertorium, scilicet si debitor administratori solutionē offerens, superueniat, ac petat apochā, obligatur administrator, uel instrumentum debiti cancellatum aut antapocham debiti retinere Doct. in l. Cū de indebito. ff. de proba. necnon. l. plures apochis. C. de fid. instru. Et id, ne debitor (qui ante exoluerat) iterum ad secundam solutionē sollicitari posset, ob id quod per administratorem, uel ipsius Dominum (qui receptionem uerificauit) is locus solutionis in Ratione receptionis relictus sit insolutus, & uacuus. l. Si procurator. ff. de condi. indebiti. Ideoq; has quidem cautiones aut documenta, administrator, cæteris cum instrumētis & gestis administrationis, Domino sua pro securitate restituere obligatur, alioquin Dominus de articulo quidem impensæ doceretur, uerum idem interim incertus, & insecurus permaneret de articulo recepti, ob quam causam administrator à Domino condici posset, quod esset indebitum, iniquum, & superuacaneum, quum omnem hanc uexationem administrator præcauere posset literarum omnium exhibitione. Nec cum his pugnat, quod inquit Bald. in Rub. C. de fid. instr. col. 9. uersic. Sequitur uidere. Quod ubi administrator scripsit per se in recepto, de eo non est deinceps amplius perscrutandum, aut inquirendum, quia per solam ipsius scripturam satis conuincitur, & damnatur, nec alia maior causa est requirenda. Sed in expensis, causæ expressio desideratur, & necessariò requiritur, quia in illa Rubr. Bald. solum loquitur quantum ad obligandum, & cōdemnandum administratorē, ob quod profectò sufficit, si in suis rationibus tantum recepta cōmemoret, & ponat, sine ulteriore perquisitione rei aut causæ. Verum fortassis cōtingeret Dominum receptorum eorundem causa, & propter talem non specificatam receptionem, aut capi aut conueniri, tunc Dominus ad se purgandum, & defendendum teneretur etiam causam, atque à quo receptū

esset

esset exprimere,& docere,quod Dominus præstare nō posset,si idem per administratorē prius articulatim,& cū causis non fuisset in rōnibus expressum. Quocirca ut Dñi securitati in hac quoq; parte satisfiat, non sufficit simplex administratoris confessio,sed præterea necesse est in receptis,& debitis nō minus q̃ in expensis uerificationes,& causarum documenta aperte exhibeat. Nouit.n.uel nouisse debuit administrator,qđ rem alienam administrauerat,quodq́; ad eiusdem rei rationē reddendā obligatus fuerat. Ideoq́; ēt scire debuit quod ipsi quoque diligenter curandū esset, ut oīa tā recepta quàm expensa,certis,firmis, & euidentibus rationibus,& documentis uerificare,& confirmare teneretur,quod si nec curauerit,in culpa censetur,facit.l.Etiam.§. Licet, in principio,&.l.Si constante.§.Si maritus in fine.ff.solu. matrimo. Quam ob rē non multū admirandum est, si confessio eius de recepto possit ab illa de impensa diuidi, tametsi pp unitatem libri rationū una eademq́; confessio , atq; eodem
11 etiam contextu facta uideatur. Diuersum † tamē in alio( nē pe mercatore)censendum est,qui pro seipso, & ad sui instructionē,& securitatē,nequaquā ut aliis rationem reddat, li-
12 brū rationum conficit. Facit ad hæc,† quod ēt simplici libro mercatoris,quē tempore negociationis suæ iam recens, cœpit & confecit,tantum recenter cœpto & confecto fides adhibeatur,& confessioni scribentis potissimū, qñ in plurimis capitulis ibi descriptis , ea fides uerificatur,& inuenitur ueritati conformis,sicuti decidit. D. Panormita.ingenii dotibus cumulatissimus in cōsil. 310. Ad bene examinandū , in fine col.1.uersic. potissimè lib.1. Sequitur Angel. Aret.in §.Actionum,col.28.in materia tutelæ,q.13.instit.de actionibus. Phi.Cor.cōsil.81. Quāquā in hac col.fi.uersi.& saltē lib.1.D.Iason uir nō uulgari ingenii dexteritate perspicuus in repetitione.l. Admonendi.col.45.nūm.128.ff.de iureiurand. Sed hæc oīa ampliorē extensionem requirunt,tametsi tales rationes multa alia uera & uerisimilia contineant,& in reliquis omnibus clarè essent uerificatæ,excepto certo articulo impensæ,de quo solūmodo remansit disceptatio. Quāuis.n.talis ratio non modicam ueritatis præsumptionē, & fidem

dem habeat, ob omnium cæterorum articulorũ approbatio-
13 nẽ, † tamen quia ex separatis non infertur, & nõ probat hoc
14 esse, quod ab hoc uel hoc cõtingit facile & † frequenter abes
se (iuxta. l. Neq; natales, & ibi no. per glossam ac Doctores,
&. l. Ad probationẽ. 1. & 2. C. de probat. atq; l. Non hoc. C.
unde legit. quę. l. Baldo, & Salyceto testibus, ad id uulgatũ
15 † semper allegatur) idcirco debet ẽt hæc impensa, si modo
sit notabilis & nõ modica, probari ac uerificari. Nec obstat
qđ paulò ante tradidi & dixi libro mercatoris fidẽ esse adhi
bendã, qñ in multis capitulis ueritati conformis reperitur.
Nã id sanè debet intelligi. Primò ꝭm ea quæ ibi & in locis
ibi allegatis traduntur. Secundò qđ longè alia sit ratio mer-
catoris, qui sibi ipsi rationes conficit, quàm administrato-
ris, aut tutoris, qui alteri administrationis suæ rationẽ red-
dere cogitur. Quocirca mercatori licitum est suam rõnem
multò liberius, & neglectius cõtexere, & non tã accuratè sin
gula probare & uerificare. Administratoris uerò rei alienæ
qui nõ sibi sed domino rationem conficit, meritò oĩa rede
pta, & expensa uerificare, & restituere tenetur. Vnde ut de
singulis sufficiẽter, ꝭm rei subiectæ rationem, ueritas, appa
reat, diligenter curare tenetur, qđ nisi fecerit, in culpa est,
uti ẽt in præcedenti ampliatione meminimus. Hactenus igi
16 tur habita limitationibus opus habent, † ac primò in his q̃
sunt leuioris precii, ĩ quibus sufficit solũ iuramẽtũ rõem red
dentis, quẽadmodũ tenet Specu. acre & singulare illud ĩge
niũ, in titu. de instrumento, edit. §. Nunc uerò aliqua. uersi.
20. quid si executor. Bart. in l. Diuus in fi. ff. Si cui plus, quã
ꝑ legẽ falcid. Nicol. de Neapo. in l. 1. §. Officio. ff. de tutel.
& ratio. distrahen. Bartol. & oẽs scribent in l. fi. §. in cõputa
tione. C. de iur. deliber. Phi. Franc. in c. unico. §. fi. de cle-
ric. ægrot. in 6. Ang. Arec. §. fi. institu. de uerbo. oblig. So-
17 ci. cõsil. 40. Circa primã, num. 2. lib. 4. Dicuntur † aũt res
esse exigui precii, siue minutæ impensæ, de quib. cõmodè
nõ possunt parari instrumẽta, & probationes, qđ hæc essent
18 maioris precii & sumptus. Ex his aũt rebus, † qm̃ parũ de
trimenti oriri põt, & alioqui multis difficultatib. sumptib.
& laboribus constare deberent certiores probationes, ideo

receptum est (ut ea uitentur) sufficere solā probationem per
19 iuramentū. Verū in magnis expensis & sumptibus, † planè opus est certioribus probationib. & documētis. Ita Bald. in l. Id qđ pauperibus in fine, in l. Nulli, col. 2. uersi. Sed uerius est. C. de episco. & cleri. in l. Si quis pro redēptione, ad finē. C. de donatio. æstimauit aūt Bald. in d. l. Id qđ pauperibus in fine. C. de episco. & cleric. expensam quinq; solidorum esse modicā, ut de ea nō debeat fieri instrumentū, per alia ꝓbatio parari, sed sufficiat iuramentū, & hoc usu in omni fere materia receptū est, atq; multarū ēt consuetudinum præscripto ita expressim cauetur. In hac tamen rationum reddendarum materia etiam longe maior quantitas posset dici modica, & iuramento cōprobari, ſm multiplices & ua-
20 rias circunstantias, unde generaliter, † q̄ sint modicæ uel magnæ impēsæ, boni iudicis est, arbitrari ex rei, actus & ꝑsonæ qualitate, ut tenent Angel. Phil. Cor. in d. §. In cōputatione, co. 1. Cors. in tractatu de minimis, in principio, & ī col. 3. uer. 16. Quæ sic intelliges. Iudex obseruabit, qualitatē rei. s. administratę, nempe, an fuerit ampla & exigua, preciosa an uilis, Actus qualitatem uidebit, hoc est factum impensarum, an fuerit uerisimile, & fide dignū, an secus, an probationes cōmodè parari potuissent, an difficulter. Personā aūt obseruabit an spectatę, probateq; fidei an improbæ. Porrò ex his tribus primum (id est Res) limitatione, & sublimita-
21 tione indiget. Limitatione. s. si hæ impensæ † minutæ siue exiguę in rationū scriptura specificent̄, nēpe, cui, quā ob causam, quantū singulariter datum est, & sic affirmatæ iuramē to probant̄ ac uerificant̄, uti Ioā. Andreæ placuit, in addit. Specu. de instrument. edit. §. nunc uerò aliqua, uersic. 21.
22 quid si executor, † referēti fuisse facti q̄stionē, ꝙ de expensis minutis statur scripturę tutoris, ac curatoris, ut notat̄ ī l. fi. §. licentia. C. de iure deli. quidam tutor aut curator scripsit tot minuta, quæ ad maximā summam ascendebant, qđ non debuit adhiberi fides, huic seruit quod singulariter ait D. Bart. in l. fi. ff. de Prætor. stipula. quē refert & sequitur
23 Bald. in c. 1. §. Item sacramēta. de †pa. iura. fir. ubi dicit qđ
24 ex enormitate facti, † præsumitur prauum animi cōsiliū.

Ideo

Ideo si minor contrahendo cũ patruo enormiter læditur, ꝑ-
25 sumit fuisse dolo inductus ad sic † cõtrahendũ. Alleg. Bar. in d.l.fi. dicentem, quod arbitrator præsumitur in dolo, si enormiter læsit. Bartolus in l. Qui sub condit. in fine. ff. de
26 condit. & demonstrat. Esset.n. periculosum, temerariũ, † & multis fraudibus expositum, si simpliciter diceret, sine specificatione standũ esse solo iuramento, quẽadmodũ magni papalardi uolũt, inqt Ioã. And. in d. loco post Iacob. de Ra. referens de quodã qui uolebat sibi credi expendisse duo milia in minutis distributionibus, sine aliqua alia seu ulteriore declaratione. Sed huic tñ sublimitationi certus imponẽdus
27 est modus, uti in hoc titu. sed paulò inferius † latius cõmõstrabimus. Res aũt sublimitabis hoc mõ, dũmodo hæ impẽsæ minutæ & specificatæ sint rationabiles, rationi cõsonæ, & uerisimiles, alioquin.n. si nõ essent huiusmodi, ut quia non debuerãt fieri, tunc ẽt probatæ nõ deberẽt approbari. Paul. & Ias. in d.l.fi. §. In computatione colum. 1. C. de iure deliberan. Quod si rectè potuerant fieri, sed non constat esse factas, imò uerisimilius est omnino factas non esse, tunc non probantur iuramẽto. Saltem si simul unitæ ascendant ad magnam uel notabilem quantitatem, ẜm Bald. in consil. 117.
28 † inter lib. 2. Est.n. maxima. Quod ubicunque de iure statuto, uel cõsuetudine standum est iuramento alicuius, intelligitur, dũmodo uerisimilia afferat, secus si præsumptio sit in contrarium, ẜm Bartolum in l. Inter omnes. §. Rectè, numero. 3. ff. de furt. In l. Quemadmodum, in fine 1. colum. de agrico. & censi. lib. 11. C. Ludouicus Roma. consil. 480. Pręsentis dubitationis colum. fi. Alexand. in l. 1. §. Per procuratorem. colum. 2. ff. de acqui. possess. & in consil. 47. In causa & lite, colum. 2. uersicul. Tertia causa, lib. 6. Iason in §. Sed istæ colum. 18. num. 92. institu. de Actionib. Anto. de Petr. in repetitione. l. 1. de iureiurand. in 72. effectu uer. 9. & 14. Facta aũt limitabis hoc mõ. Si apparet id esse factũ, cuius impensa rõnibus infertur, tunc.n. id ipsum præsumitur factũ opera & impensa administratoris, ad cuius curam & officium spectabat hoc facere, ut est doctrina Bartoli, in
29 l. Cum seruus. ff. de uerb. oblig. qñ id † quod requirit sum-

ptum apparet factum, eo ipso præsumitur factũ ab eo & eius expensis, ad quem eos sumptus facere spectabat, idq; tam ad obligationem & actionem acquirendam, quàm ad pœnã cui tandam, text. in l. 2. C. de aliment. pupill. præstand. Idem Bart. in l. Nomina. C. arbitr. tutelæ ubi infert. Si testator iniunxit hæredi suo, ut curaret pingi quodam in loco, certã figuram, certa sub pœna, posteaq; eadem figura picta reperiretur, sed nõ satis constaret per quem depicta fuisset, eo casu præsumitur per hæredẽ fuisse depictã, & suis sumptibus qui ad hoc ex mandato tenebatur, & obligabatur, seq. Bald. in d. l. 2. & in l. Id quod pauperibus, in fine. C. de episcop. & cleric. ubi refert q͛ꝺ si executor cõstitutus est ad sacellũ aliquod construendũ, idq; postea appareat constructum, per quẽ uerò, & cuius sumptibus fuerit exrructũ non appareat, tunc præsumitur factum ab executore, & cum eiusdem impensis. Et in consilio 378. Sequitur aliud lib. 1. Vbi uult hospitale præsumi ædificatũ per eũ qui tenebatur & obligabatur, iuxta D. Bart. doctrinã, in præallegata. l. Cum seruus, quẽ ibi sequuntur Imol. Paul. Alex. Aret. & Iason. Idem Aret. in cap. 1. colum. 4. uersi. Tu autẽ, de iudic. & ibi Fely. Ex quibus claret, q͛ꝺ in hoc casu, non tenebitur rationes reddens, pluribus certioribusq; testimoniis, quàm prædictis, probare, quin à se, & cum suis impensis factũ fuerit. Sed hoc ego sanius intelligendũ arbitror, scilicet, quando de hoc etiã sunt uerisimiles coniecturæ. Hæ enim nisi fuerint, profectò tunc teneretur probare id à se uel ab alio quopiam pro se factum esse. Ita dictam Bartoli doctrinã limitat, & declarat. Io. Imo. in l. Qui sub cõditione. ff. de condit. & demonstrat. seq. Alexan. in d. l. Cũ seruus. Itaq; tenendũ est, quamuis Phi. Cor. in consil. 45. Licet in hoc colum. penult. & fi. lib. 4. Doctrinam Bartoli impugnare, & restringere ad terminos, d. l. 2. C. de aliment. pupil. præstan. nitatur. † Cæterũ probato à quo quid
30 factũ sit, id semper præsumitur eiusdem impensis & pecuniis esse fructum. Bald. in l. In restituenda. C. de petit. hæredit. l. fi. §. In computatione, colum. 1. C. de iure delib. ubi ad hoc allegat. l. Si uentri, in fine. ff. de priuileg. credito. sed melius facit ac quadrat, l. Cum proponas. C. pro socio, & l. fi. C. de pigno-

31 pignoribus. † Quamuis autem de impensæ quantitate liquido & minutim nõ appareat, & fortassis nec rationarius minu tatim per singula exprimere possit, non tamen reijcitur arti culus huiusmodi impensæ, ex quo non est dubium, nisi de so la quantitate, sed satis erit probare, quod in ea re bonus paterfami. tantum expendisset, uel fiet æstimatio per duos tali in opere peritos, secundum Bart. in d. l. Id quod pauperibus, in fine. Facit huc quod uult idem Bartolus in l. Si qđ ex Pam
32 phila. ff. de lega. 2. † Quod licet ualor rei uel damni quantitas non sit probata, Iudex tamẽ ex officio debet æstimare. l. Semper. §. Officio, in fine. ff. quod ui aut clam, atq; per omnes scribentes in l. Vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod in
33 ter. limitatur † etiam prædicta. l. in consanguineis, à quibus sicut non exigitur tam stricta specificatio, ut ab exrraneo, sic nec tam stricta probatio, uti decidit Paul. Castr. in consiliis suis consilio 12. in sexto dubio, in fine libro primo. Soc. suis in consilijs, consil. 73. lib. 1. quemadmodũ allegat Bald. suis in consiliis, consilio incipien. Ad primum, quod secundum nouam impressionem est in ordine 418. lib. 3. Vbi Baldus di cit, quod etiam in non modicis statur iuramento, si personæ
34 qualitas, uerisimilitudo, † & iudicis motus cũ hoc cõcurrant. Soci. tamen suis in consiliis, consilio 46. Cum in præsenti. lib. 1. colum. 1. intelligit istud procedere, si consanguineus, puta, frater administrasset tantum iure fraternitatis. Secus si administrasset ut tutor, uel curator, Tunc enim uult eũ tene
35 ri ad diligentiorem, † & ad exactiorem rationẽ reddendã, quoniam expressa & solennis obligatio, forma & uis publici officii magis obligant & plus operantur, quàm priuatim susce pta negociorum administratio, quod tamen intelligendũ puto, nisi illi quorum bona administrauit fuissent minores, quorum tutelam uel curam tunc prorsus suscipere, uel quibus tunc prouidere tenebatur. Eo enim casu arbitror ipsum in nullo esse releuandum aut absoluendum. Non enim ob id melioris conditionis esse potest, sed peioris, quod contra Ius neglecto officio tutelari, & authoritate Iudicis, priuatim ex proprio motu, & ratione consanguinitatis tantum, talem fraternorum bonorum administrationem in se susce-

 perit,

perit,ficuti liquebit per ea quæ fortaffis alio explicabuntur, loco,fi temporis ratio permiferit,atque Deo Opt. Max.ita tandem placuerit.Cenfeo tamen hanc limitationem, atque illud dictũ Baldi non folum locum habere in adminiftrante bona maioris iure fraternitatis,fed etiam(fi bono Iudici id æquum uidebitur) in adminiftrante bona minoris nomine tutorio uel curatorio,licet hoc nõ ita promptè & facilè,nem
36 pe pp iuramenti, † & publici officii uinculũ. Limitatur pte rea prædicta lex in eo,cui rationũ reddendarum prælegata fuiffet liberatio,non eñ tunc is teneret rõnem ponere, nec probare, nifi quatenus dolum & latã culpam à fefe excluderet.Nihilominus tamẽ libros, & rationũ codices exhibere, & reftituere tenetur una cum reliquis. Et etiam cum his, q̃ fuas ad manus peruenerunt,quæq; damno eorumq; dolo & lata culpa uel fecit,uel aliquando omifit.l. Quidam decedẽs in exordio.l.Qui plures.ff.de adminiftrat. tuto. uel curato. l.Non folùm 2.§.Si hæredes.l.finali,§.Inter cætera. ff. de libera.lega.Quocirca,de his omnibus rationem reddere neceffariò obligatur,& aftringitur quantumuis teftaméta & legata his iftis imprimis refragari uideant. Atq; hoc pacto decidunt Ang.in cõfiliis,cõfilio 175.Vifo dicto ftatuto.Alex. fuis in confiliis,confil.74.In caufa & lite lib. 7. Practi. Papiẽ.in lib.ad red.ratio.tute.in uer.Analogiftas. Ad hoc aũt operabitur huiufcemodi legatum,ne fcilicet nimis fcupulofa fpecificatio,uel ne nimis anxia probatio ab adminiftratoribus requiratur,ita ut obleuiufculam culpam, aut negligentiã condemnari nõ debeat,ut eft pulcher textus,in l. Si feruus uetitus.ff.de lega. 1.ibiq; Bartol. atq; pulchrè Salycet. in l.Cùm neceffitatẽ C.de fideicommif.ubi Phi. Cor. expreffe uult latam culpam minimè effe remiffam, ficut ẽt memini in titulo proximo. Limitatur ẽt & explicatur prædicta lex,qñ manifeftum eft certum aliquod opus,atq; impenfam factã effe,nec cõmodè potuit,aut nunc nõ facile poteft rationarius eam impenfam fpeciatim ac minutatim peruefligando cognofcere,tunc enim fufficit, fi dicat in tali ædificio tm̃ impenfum effe,potiffimum fi id per infpectionẽ & p uerifimilitudinẽ aut per æftimationem peritorũ probare poterit.

poterit. Bart. in d. l. Qui sub cōditione. ff. de condit. & demō strat. Ex superioribus autē habitis atq; ex D. Bart. in l. 1. §.
37 Officio. ff. de tutel. & ratio. distrah. perbreuis† hæc nascitur quæstio, s. An libro rationum in expensis omnimodè sit cre dendū, Hanc quæstionē ita dissolues, & distingues. Aut expensæ sunt magnæ, & tum non creditur. Aut sunt modicæ, & tunc rationū libello in expensis creditur, per ea quæ not. per Raij. in l. fi. 3. §. In computatione. C. de iure delibera. Attamen in hoc casu id est in leuibus expensis, etiam iuramentū adhibendum est, argumento eius quod notatur in l. Diuus. ff. Si cui plus quam per. l. falcid. & l. Si quis pro redemptione. C. de donat. coniuncta gl. in l. uxori. ff. Ad. l. Cornel. de
38 fals. quæ fideicommissarium, † & tutorem æquiparat. Præ-
39 terea in paruis expensis etiam & de † quibus uix probationes requiri consueuerunt, fidendum est libro rationario tutoris paulò ante defuncti, uti notat Bart. in d. l. Id quod pauperibus, in fine, & in l. Nulli in 3. colum. C. de episcop. & cleric atque quod nota. in Specul. de instru. edit. §. nunc uerò aliqua uersic. sed nunquid secundum dictum, &c. & quod nota. in l. fi. §. In computatio. C. de iure delibera. Huic autem non obstat, quod dictum est. In paruis impensis etiam adijciendum esse iuramentum, ut hanc ob causam simul cum libro requirendum esse uideatur iuramentum tutoris, quod quia præstare non potest, ob id quoque ipsius libro, etiam in paruis omnino credendum non esset. Nam illud adiectum, de iuramento quoque præstando, tantum locum habet de uiuentibus, non autem de mortuis, qui iurare non possunt, argumento. l. Cum non facile. ff. Si cui plus quàm per. l. falcid. Atque quod notat. eod. tit. l. Nisi. §. quamuis. Et quāuis
40 mortui iurare non possint, † ipsorum tamē mors non minorem fidem rationario libello adhibet, quā iuramentū, iuxta notata per Bartolum in l. Admonendi. ff. de iureiurand. qui
41 ibidem † dicit pro defuncti scriptura præsumi, uerum per. l. Rationes. C. de probat. quia nō præsumitur, quod quisquā administrator aliorum bonorū uellet imminente morte aliquid falsi committere, ac quasi salutis suæ immemor alium fraudare, & seipsum ab æterna beatitudine tā inclementer ex

cludere, l. fi. C. ad. l. Iul. repetun. Bartholo. Soci. suis in cõsiliis, consil. clxi. incip. Pro decisione uerb. nec obstat. si dicatur, & uerb. quinimo, in 1. parte Paul. Cast. suis in consiliis, consilio ccci. in prima parte, ibi, Super tertio quæsito. Abso
42 lutè igitur ad superiorẽ q̃stionẽ. (An in paruis † habenda sit fides soli libello rationario? an ne præterea requirat̃ iuramẽtũ?) sic respondebis. Si administrator uita potitur, cum suo codice requiritur iuramentũ. Sin fato ꝑfunctus est, soli credendum est codici rationario. Hæc autem de rationis iustificatione dixisse, quàm breuissimè fieri potuit, sufficiat.

# COMMENTARIA IODOCI DAMHOVDERII BRVGENSIS IVRECONsulti, in Titulum, de tutorum & curatorum Mercede.

## SVMMARIVM.

1 *Tutelæ ac curatelæ, quæ sint accidentalia.*
2 *Tutelæ & curationis munus conuenit esse gratuitum.*
3 *De tutelæ curæve natura est, mercedem non accipere.*
4 *Tutela originem ducit ab amicitia.*
5 *Merces tutelæ est contraria, & ad conductionem potissimũ spectat.*
6 *Paupertas à suscipienda tutela non excusat.*
7 *Tutelæ curatelæque officium, onus est, non libertas.*
8 *Ex certa causa iudici cognita, tutoribus salaria constitui possunt.*
9 *Tutores & curatores egeni, bonis pupilli aut minoris diuitiis ali possunt.*
10 *Tutori aut curatori etiam salarium constituitur in profectionibus, pupillorum gratia.*
11 *Officium non debet esse tutori ac curatori damnosum.*
12. 15 *Salaria tutoribus, & curatoribus constituenda sunt in profectionibus pro qualitate personarum.*
13 *Alio alimento curandus nobilis & ciuis, alio rusticus.*

*Tutor*

14 *Tutor aut curator an ex pupilli uel adulti bonis alimentari debeat?*

16 *Salarium potest etiam constitui ex causa, à Iudice, contutoribus, curatoribus, & concuratoribus.*

17 *An tutor, aut curator possit inhabitare domum, aut fundum pupilli sui, uel minoris gratis.*

18 *Tutores & curatores salarii sunt incapaces, nisi Iudicis accesserit authoritas.*

19 *An ualeat consuetudo, qua tutor aut curator, omnium pupillorum aut minorum boni utatur, ut propriis?*

20 *Consuetudo seu usus quotidianus efficit licitum, quod alioqui foret illicitum.*

21 *Consuetudo peccata fouens, nullo modo potest esse licita.*

22 *Consuetudo præbens exempla, mali exempli, non est licita.*

23 *Consuetudo quæ nunquam in ulla specie fuit licita, illicitum excusare non potest.*

24 *Tutores, & curatores pauperes modo probi & fideles, reiici non debent.*

25 *Paupertas non est de genere malorum, ut quam fere sequuntur fides & integritas.*

26 *An tutor, uel curator tempore morbi debeat habere salarium?*

27 *Tutor & curator per totum morbum suo debent gaudere salario, ut heriles famuli.*

28 *An tutor uel curator stipendiarius ante annum moriens, recipere possit salarium totum anni, an pro rata temporis?*

29 *Tutoribus & curatoribus morientibus, totius anni salaria debentur.*

30 *Salarium ex parte promissum, debetur pro rata temporis.*

31 *Lex & consuetudo patriæ seruanda sunt.*

32 *An salarium tutelare, dici possit Castrense peculium.*

33 *Pupillos egeno, tutor de suos non tenetur alere.*

34 *Si tutor pupillum inopem alat, atq; hic postea ditescat, impensa reposcere potest.*

35 *Quando, & quomodo salarium constitutum petendum erit.*

36 *Qua actio negatum salarium repeti possit.*

37 *Per iudicem ex causa fit licitum, quod per iura uidebatur illicitum.*

38 *Non peccat, qui cum iudicis authoritate aliquid facit.*

39 *An tutoribus liceat ad pupillorum bona constituere receptorem?*

40 *Tutoribus aut Curatoribus non permittitur constituere receptorem*

*sumptibus*

*ſumptibus & periculis pupillorum, aut minorum.*

41 *Si tutoribus non licet aſſumere ſibi pro tutela mercedem, minus ipſis licet aliis conſtituere mercedem.*

42 *Tutoribus non licet adminiſtrare cum damno pupillorum, minus dãni occaſionem erogare.*

43 *Si tutores receptores conſtituant, iuramentum ſuum uiolant.*

44 *Tutoribus & curatoribus licet receptores conſtituere, cum propriis ſumptibus & periculis.*

45 *Tutoribus non poſſe receptorem conſtituere, eſt ex rigore iuris.*

46 *In aſſumendo receptore tutelari, uidendum quid æquitas poſcat.*

47 *Durum exemplum de tutore grandeuo, cui non permittitur Receptorem aſſumere.*

48 *Iudicis eſt, non minus rerum circumſtantias, quàm leges, obſeruare.*

49 *Quando, & quomodo Receptores tutelares conſtituere licebit.*

## CAPVT VNICVM.

IN ſuperioribus titulis me hactenus ſic ſatis declaraſſe exiſtimo, quicquid ad tutorum, curatorumq́ue officia aliquo modo ſpectare uidebatur. Reſtant nunc nobis explicanda non, quidem
1 quæ tutelæ aut curatelæ ſunt ſubſtantialia, † aut eſſentialia, ſed quæ ipſis uerius ſunt accidentalia, atque acceſſoria, qualia ſunt tutorum, atque curatorum mercedes, aut ſalaria, pupillorum damna, tutorum pericula, tutorum liberatio, pupillorum erga tutores gratitudo, de quibus poſthac ex ordine dicemus, non quidem longis, aut prolixis uerborum ambagibus, & coloratis ſententiarum floſculis, quum ornari enim res ipſa neget, contenta doceri (ut inquit Manilius) Neque etiam quæuis infarcire ſtudebimus, ſed tantum ea, quæ quàm maximè utilia, neceſſaria, & quotidiana uidebuntur, explicanda curabimus. l. Legaui. ff. de libera. legat. Primò itaq; omnium de tutorum, curatorumq́ue ſalario, ſiue de eorum merce-

cede

2 cede tractemus. De qua mercede sciēdum est,† quod tute-
3 lae,& curationis munus meritò deberet esse†gratuitū,deq;
ordine & natura tutelae,curaeve esse ut minimè gaudeant sa
lario,uel mercede,glos. in l. In eos,in uerb. datis.ff.de tute.
& idem glos. alio satis celebri loco, in l. 1. §. Mandatum, in
uerb. nisi gratuitum.ff. manda. D. Guido Papae suis in deci-
sionibus. q. lxviij. fol. 29. D. Nicol. Boerius suis in glossema-
tibus,ad consuetudines Biturigum. §. xi. titu. de consuetud.
iur. sta. perso. fol. lib. meo. xix. Tutores eñ & curatores mā
datum habet,uel à defuncto,uel à lege,quod quidem man-
datum,nisi detur gratuitum,nullum est,& irritum. Tutelae
4 enim & curatelae officium originem suā ducit ab † amicitia,
Porro amicitiae nihil aequè aduersatur,q̃ mercedis promis-
5 sio,aut expectatio,aut acceptatio. †Haec enim ad locationē,
aut ad conductionem proprius spectant,q̃ ad amicitiae iura.
d. l. 1. §. Mandatum,quod & regulare est, quandocunq; eñ
contractus gratuitus fieri debet, pecunia interueniente, est
locatio, & conductio. Idem quoque placet. §. fina. institu.
eod. titu. manda. Ratio autem, quare tutori siue curatori à
pupillo aut minori salariū nequaquam debeat, est haec, nam
si deberetur salarium,ex eo salario tutores, & curatores par
tim alerentur. Atque eo alimento postea cessante, à tutelae
aut curatelae administratione sese subtraherent & excusarēt,
quod longè diuersum alienumq; foret,à laudāda tamq; no
bili Iustiniani Imperatoris constitutione,in. §. Sed & pro-
6 pter paupertatem,excusationem tribui,†tam diui fratres,q̃
per se diuus Marcus rescripsit, si quis imparem se oneri inū
cto possit docere. Ideoq; infinitis propemodum iuribus ostē
7 ditur tutelae curaeve munus† quomodocūq; intelligas, uerè
onus esse,& sarcinā,nullo modo libertatē,ut licet uidere ff.
C.& institu. de excusat. tuto. & curato. uarijs in locis sese ibi
dē offerentibus,quae hic cōmemorare superuacaneū foret,
sed commonefecisse sat fuerit. Quae licet sint uerissima,&
certissima, limitationem tamen & interpretationē in se re-
cipiunt, sicut & Paulus. I. C. hoc sua authoritate cōfirmat, in
l. A tutoribus. §. finali,& ibi D. Bartol. ff. de adminis. tuto.
uel cura. Ex qua claret quod ob iustā legitimamq; causam, à
Iudice,

Iudice, aut Prætore,(cauſa cognita)certũ aliquod determinatumq; ſalarium tutoribus curatoribusq; cõſtitui nihil ꝓhibeat. Fit enim non rarò ut pupilli aut minores ſint diuites, Tutores uerò & curatores pauperes, qui eo in caſu non tenentur ſcilicet diuitum bona tueri,& adminiſtrare,cũ ſua tenuitate,imò cũ ſuis laboribus & ſudoribus,idq; gratis:ho
9 neſtatis enim æquitatisq; ratio hoc nõ expoſcit.† Quocirca ſi tutor aut curator licet pauper, diuitis ſui pupilli uel minoris bona diligenter atque fideliter gubernauerit, ꝓfectò ex iiſdem bonis pupilli aut minoris meritò alendus eſt. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Atque hoc etiã notat Specul.in titulo.Qui ſint legiti. §.primo,in uerbo, Item pupillus,& præclariſſimus Dñs Maſuerius,ſuo in tractatu practico lõgè elegantiſſimo,ſub titulo,De tuto.& curato.Et maximè ſalariũ tunc decernitur tutori,quum eſt pauper, & aliunde ſe non poteſt ſuſtentare,iuxta. l.primam. §. Si pupillis.
10 ff.de tute.& ratio.diſtrahend. † Aut ſi tutori aliquo proficiſcendũ eſſet,pro factis,negociisq; pupilli, tunc enim æquo iure,tum pro maioribus moleſtiis ferendis, tũ pro grauioribus ſumptibus in itinere inſumendis, q̃ impenderet domi ſuæ,æqua ſalaria à iudice cõſtitui ſolent.Nemo enim ſuis ꝓpriis ſtipendiis alteri militare cogitur.Atque iſtud confir-
11 mat.l.†Sed etſi hæreditas ff.ad exhibend.quia officiũ non dẽt ſibi eſſe dãnoſum.l.Sed ſi quis ex ſignatoribus. ff. Quẽadmodum teſta.aperiant.Ad hunc itaq; modũ dẽt intelligi l.A tutoribus §.fi.ff.de adminiſtrat.tut.uel cura. Niſi enim ita intelligas tutoribus nullum conſtituendum eſſet ſalariũ, uti Gloſæ placuit in l.prima, ſuper uerbo Gratuitum ff.Mãdat.Verùm priori huic, ſcilicet. Vlpiani ſententiæ accedit Paulus Caſtrẽſis,ſuis in conſiliis,conſilio cccj.numero 7.in
12 prima conſiliorũ parte.†Ponatur igitur hac in re diſtinctiũcula talis.Si tutor aut curator,pro bonorũ pupilli, uel adulti adminiſtratione,hoc eſt,ex officio,neceſſe habuit aliquò excurrere,uel proficiſci,iuxta l.1.§.Si pupillis ad medium. ff.de tutel.& ratio.diſtrahend.tunc ei adiicient ſalaria diurna,pro qualitate ſuę perſonæ,& pro quantitate, uel facultate,ſiue pro redditibus patrimonii pupilli,uel adulti. Idq; ꝓ

impen

impensis & sumptibus itineris, equi, & uictus, &c. Astipulātur huic Bar. & Doctores, in præallegata l. A tutoribus §. fi.
13 hoc est, Si † ꝑsona tutoris, uel curatoris sit honesta & diues aut primaria, is non uulgari cibo, sed uino, pullis, atque huiusmodi alendus erit, Atque ꝑter has expensas, ſm suā personæ qualitatē, & iuxta quantitatē seu facultatem redditūū, aut patrimonii, consequetur pro laboribus nihil. Si uerò tutor sit rusticus diues tamē, is fabis, pisis, allio, butyro, caseo, lacte, & huiuscemodi uulgaribus cibariis foris alendus erit, præter quæ nihil recipiet amplius. Aut horum loco illi stipendium quoddam diurnum à Iudice assignabitur. Porro si tutor sit ciuis, aut rusticus pauper humilisve conditionis, tunc [præter] expensas & uictum tantum accipiet, quantum domi suæ per laborem fuisset lucratus. Quam distinctiunculam crebrò sustinuit doctissim. uir ac legum Doctor Domi. Ioannes Hazius, quum Imperiales institutiones Louaniensi in Academia publicè interpretaretur: Hęc quoque distinctiuncula ad multa alia non incommodè applicari poterit, de quibus uidendi Bartol. & Baldus. in d. l. A tutoribus §. fin. qui non dissimile prædictorum cēsuerunt, ad l. In eos. ff. de tutel. Dicitq; eo loco subtilis Baldus, id tenuisse Iaco. de Aret. Oldra. & Ang. de Pis. ad l. 1. §. Si pupillis. ff. de tutel. & ratio. distrahend. Meminitq; ibidē Nicolaus de Neapol. de solutione qōnis, q̄ sæpenumero (ut inquit) in dubiū uocari nouit, scilicet, † An tutor uel curator debeat alimentari, habereq; expensas, ex bonis pupilli uel adulti minoris an non? Atq; ibidē idē Nicolaus negatiuā amplectit partē, sed exceptionē addit, s. nisi Iudex ex cā ei salariū, aut id, uel simile quicq̄ salarij loco cōstituat, & decernat. Atq; hoc Iudex qdē pōt, uti paulò sụpius claruit, atq; eādē interꝑtationē adiecit ad d. l. In eos. Eādē quoq; solutionē ponit D. Ang. in §. Actionū institu. de actionib. Prædictorū itidē mētionē facit D. And. barb. suis in cōs. cōs. 6 2. nu. 6. uol. 2. Neq; eiusdē qōnis oblitus est D. Masuerius, suo in tractatu
14
15 practico, ī tit. † De tu. & cu. fo. 17. Sed quonā q̄ō (iqt) pacto Iudex tut. aut cur. salariū cōstituet? Certē (ut ibidē inqt) ſm ꝑsonę qualitatē, & pupil. aut minoris facultates, ꝑ all. l. A tutoribus

toribus.§.fi.Applaudit huic responsioni. l.1.§. Si pupillis, ff.de tutel.& ratio.distrahend. Nec omnino extraneum fue
16 rit adiicere.l.Sed & si hæreditas.ff.ad exhib. † Potest quo que salarium à Iudice constitui contutoribus. Item curatori bus,& concuratoribus,idq; ob certam causam, iudicem ad hoc mouentem,iuxta dictam.l.primam.§. Si pupillis. Idē quoque annotat D. Bart.in l.In eos præallegata. Idem quoque non displicuit Angelo Aret.in §.Sed & propter,institu.de excusat.tut.uel cura. Ex prædictis nunc præfacilis col
17 ligitur solutio,ad uulgarē illam quæstiunculā,scilicet, † An tutori aut curatori absque pensionis conductionis solutione inhabitare liceat domum,uillam,aut castrum sui pupilli,aut minoris. Aut ipsorū fundos gratis possidere, aut colere. Ex prædictis enim authoribus, & locis perfacilis propendet solutio. Ad hunc igitur modum,superiora concludes, & dices.
18 † Omnes tutores uel curatores salarii incapaces prorsus esse,nisi Iudicis, Prætoris,aut Præsidis accesserit authoritas, siue decretum, & nisi ex certa causæ cognitione illis id ordinatum fuerit, & constitutum. Causæ aūt Iudici obseruandæ erunt,an tutor uidebitur industriosus,uafer, siue peritus & callidus,an pauper,an diues,an fidelis,an inops. Nisi isthæc & similia iudicem permoueant,nullum salarium decernere potest,iuxta textum optimū, prę allegata in l. De tutoribus. §. fi.ibiq; Bart.atque scribentes,quem textum tanquam notabilem sæpiusculæ allegauit Louanij obseruandus Dominus meus & præceptor. Dominus Ioaunes Hazius, legū Doctor disertissimus,quum Imperiales institutiones interpretaretur me præsente,& audiente. Cū his idem sentiunt D. Guido Papa,suis in decisionibus,q.lxviij.folio xxix. Similiter D. Nicolaus Boerius suis in glossematibus, ad consuetud. Bituriceñ.§.11.titu. De consuetudine iur.stat.perso.folio lib.meo xxix. Commodè hic quoq; sese alia prodit quæ
19 stio,scilicet: An ualida sit illa consuetudo,†quæ in quibusdam locis est receptissima(nō autem in nostra Flandria) scilicet, per quam tutor,aut curator omnium, siue nonnullorū bonorum pupilli aut minoris fructus habeat, illisq; utatur, ut libet,non secus,quam suis proprijs? Certissimè affirmatiuam

uam partem approbandam censuit D.Paul.Cast.suis in consiliis, consillo ccclxxj.incip. Super istis dubijs, in 1. dubio, in nouis consiliis, impressione noua, ubi ait, huiuscemodi consuetudinem esse Cauodistriæ.subditq; etiam (quod fortius est) id habere locum in fructibus, quorũ bona extra territorium, locumq; consuetudinis sita sunt, quẽ etiam in hac sententia sequitur D.Barthol. Chasseneus, Iurium doctor nostræ tempestatis admiratione dignissimus, suis iu cõmentariis, ad Burgun.consuet.in tit. *Des enfans de plausieurs lictz.* §.4.fol.ccxvj.nu.1. Cum his quoque congruit, illud quod
20 dici solet, † quod consuetudo, seu usus quotidianus efficit licitum, quod alioqui per se esset illicitum, sicuti passim explicant Doctores, & signanter D.Iason uir. V.Iur. haud uulgariter peritus, in l. Certi iuris, in 2. colum. C. de iudic.
21 † Tria tamen sunt, quæ non sinunt, ut per consuetudinẽ, aliquid illicitum fiat licitum. Primum est ne(si pp talẽ consuetudinem illicitum fieret licitum) tandẽ uideretur ob id nutriri; peccatum, & dari occasio peccati illiciti. Quod quidem per consuetudinem non uidetur posse firmari, aut tolerari quemadmodũ habet Gregorii q.c.finale, extra.de cõsuetu. Quapropter Ludo.Rom. malè defendit contra Nellum doctorem integrum. Vsurarios, absoluendos à pœna, propter consuetudinem Florentinã, aut per quotidianum usum Flo
22 rentinorum, quotidie tales usuras exercentium. † Secundũ est hoc. Nam si per consuetudinem illicitum fieret licitum, fieret tandem id illicitum malũ, occasio mali pessimiq; exẽpli, & per hoc disciplina ciuilis corrumperetur, quod profectò ob nullum quotidianum usum fieri debet licitum. Consuetudo est, ut officiales, magistratus, & curatores rerum publicarum quoties conueniunt ad Rationes audiendas, ut postea ibidem lautè commessentur, & sæpæ strenuè potitent, bonorum publicorum partem ita indignè absumentes. Verũ hæc praua consuetudo illicitũ factum minimè excusat. Ter-
23 tium est, † si id qđ est illicitũ, in nulla unquam specie excusabili repertum fuit esse licitum, ut dat D. Felyn.exemplũ, de episcoporum procuratoribus, quæ contra Canones fiũt. Hæc tria per ordinem ponit Fely.in c.Cum ex officii, in 6.

colum.

colum. de præscript. cuius opinionẽ, Pauli atq; Bartholomei authoritatibus præponendã censeo, idque ob multas & urgentes causas, quas hic breuitatis studio subticere malui, quod earũ plerasq; nulli Iurium candidato notiora esse cõ
24 gnoscã, † q̃ ut ulla maiori explicatione indigeant. Neq; his obstant paupertas, & inopia, quia licet tutor aut curator sit egenus & pauper, modo uiciosus aut mendax nõ sit, sed fidelis, & diligẽs, is certè nihilominus acceptãdus & nequaquã reiiciẽdus uenit. Quocirca talis & huiuscemodi paupertas tutelæ minimè nocet, dũmodo tutelę curæve possit superesse, queãdmodũ habẽt text. in l. Cura, §. Inopes. ff. de mu. & hono. & l. § si institu. de suspe. tuto. uel cura. Nã text. in c. quo iure. 8. distin. ait. Pauperes & diuites una terra supportat. Dñs de uno limo fecit & pauperes & diuites. Hoc idẽ cõfirmat. c. uidẽtes 12. q. 1. ubi dr̃, qđ sufficit si sit uirtuosus, licet pauper sit & egenus. Huic quoque seruit, qđ uoluit c.
25 Si qui testiũ, † extra de testib. Cõtingit frequẽter, & sæpe, qđ licet quis pauper, egenus, & inops sit, habeat tñ, & calleat artẽ, ex qua cõmode uiuit, ac uictui necessaria nanciscit. Paupertas. n. non est de genere malorũ, imò fere fieri uidemus, ut in paupertate plus regnet candor, fides, & integritas, quã in opulentia. Et paupertas sola non facit hominem improbum, institu. de suspect. tuto. in fine cum multis quæ adduci possent. Et dicit Flori. in l. Testium, super glos. ff. de testibus. Quod in his in quibus requiritur idoneitas circa fidẽ, in illis pauperẽ fidelẽ non esse reijciendũ. Atq; hoc diligenter quoq; notandum est, quod tibi usui esse poterit in materia testiũ. Ex hactenus igitur habitis nunc manifestum est, quã iniquè, & indebitè faciãt, qui ex sua authoritate, in suis rõnib. aliquid mercedis & salarii causa interserũt. Hac em̃ grã nihil illis concedendũ arbitror ab iis, qui à Iudice ad. Rõnem audiendã sunt cõstituti, quales fere in Flandria sunt scribæ publici, cum uno, aut altero magistratu, sub quorum præsentia Rões necessario fieri oportet, si recte Rões curari uelimus. Qđ eã ob cãm dico, quod aliquando Rationes (licet minus tutæ) sub præsentia proximorũ, agnatorũ & cognatorũ reddantur. Et hi qm̃ plærũq; illiterati, rudes sunt,

&

& simplices, ideo sæpe in cōputū cōcedūr, & ꝑtrāsire permit tunt, ꝙ meritò iureq; optimo dolendū fuerat, aut litura tollendū. Ideoq; in rationū libellis nihil admittendū est, quod mercedis loco inseritur, ob id quod (ut supra dictū est) tutoris, curatorisque munus officiumq; debeat esse gratuitum nisi eis per Iudicem causa cognita, salarium constitutum reperiatur. Hic aūt interim moueri posset qō talis. Demus q̄d Tutoribus, ac Curatoribus iuxta modum, & formam, & causam prædictā: à Iudice constituta sint certa salaria, eademne
26 salaria locū habebunt, † & se porrigere intelligenda sunt, si postea iidem tutores, aut curatores postea incidant in tardum, & lōginquum morbū? cuius nempe causa, tutelæ aut curatelæ munere nō satis ꝑfungi poterūt. Ad hanc quæstionē multi negatiuè respondent. Verū si aliquantò cōsideratius, humanius, & æquius rem perpensam habeamus, res & æquitas ilicò monstrabunt affirmatiuè respondendum esse, quod
27 per totū morbi spaciū decreto † salario gaudere debebit, nō secus, quā famulus in herili ministerio interim in morbū incidens, idq; partim respectu laboris prius insumpti, & ut in morbo ipsi succurratur, ut postea causam habeat, ob q̄ diligentissimā (si prius diligentē) operā in sua tutela, & curatela impendere debeat. Atq; hæc diligenter sunt considerāda, & animaduertenda, ad eadē, & similia dubia euētura, qualia in mediū adfert D. Stehpanus Anfferrius uir cōsummatæ disciplinæ, suis in decisionib. Capellæ Tholosanæ. q. cclxviij. folijs lxxxj. & seq. Superiori q̄stioni quodāmodo af
28 finis erit isthæc. Si tutori aut curatori, † cui (uti dictum est) cōstitutū fuerat salariū, ex bonis pupilli uel adulti, singulis annis. scilicet, sex librarū grossorū Flandriæ, quodq; singulis annis in redditione cōputus à rationū auditoribus ipsi ꝑsolui cōsueuit. Si inquā idē tutor autor morbo succumbat, uitamq; pro morte infra annum cōmutauerit, quæritur an eo in casu, tutori aut curatori totius anni, aut pro temporis rata reddendum erit, salarium? Hanc quęstionem fœliciter explicat Bartolus ille, qui in distinguendis factorū speciebus, ut certum ius colligatur, inter iurisperitos sui sæculi nulli secundus est (cui & ipse astipulator) ad. l. Diē fun-

cto ff.de offi.asse. Vbi inquit, salarium non deberi, nisi pro rata temporis, quia ad salarium non censetur ex publico cõstitutum, sed effectualiter, (decreto tamen Iudicis) à parte promissum. Iudex eñ hoc casu est loco pupilli, aut minoris
29 inhabilis ad salarium promittendũ. † Ideoq; secus censendũ est de assessoribus iudicis, aut de aduocatis, quibus salarium ex publico constitutum debetur: Ideoq; ipsis nequaquã pro rata temporis, sed uniuersum & integrum totius anni salarium debetur, iuxta allegatam atque expressam l. Diem functo ff.de offi.assesso. Necnon l. Post duos §. Is quoque C.de aduoca. diuerso. iudic. & sic secus censendum est, de salario
30 promisso à parte quandoquidẽ tunc non debetur, † nisi ꝓ rata temporis, secundum Bartolum in allegata l. Diem fun-
31 cto. † Nisi profectò ciuitatis, aut alterius loci consuetudo contrarium haberet in usu. Tunc enim talis patriæ lex aut consuetudo indubiè ueniret adobseruanda. l. 1. C. Quæ sit long. consuetud. & text. in c. unico. de feud. cog. cum uulgaribus iuribus. Hic quoq; alia succurrit quæstio, scilicet, An tu
32 toris uel curatoris salariũ dici possit peculium † Castrense aut quasi aduentitiũ uel quasi. De qua quęstione lectorẽ mitto (breuitatis gratia) ad D. Baldũ in l. Cum oportet, in uer-
33 sic. de tertio genere peculij C.de bo. quæ liber. † Sed si egeni sint pupilli uel adolescentes, de suo eos alere tutor aut curator, nequaꝗ cõpellendus est. Verum si post decreta alimẽta ad egestatem fuerit pupillus minorve perductus, tunc diminui debent quę decreta siue ordinata sunt, quemadmodũ solent augeri quæ patrimonio accesserunt, iuxta insignem l. Tertiã. §. Sed si egeni ff. ubi pupil. educa. debe. Quã quidẽ l. eximius D. ac præceptor meus D. Ioannes Hazius, legum Doctor, à capite ad calcẽ usque miris cõmendauit modis, ꝗ idcirco lectoribus ẽt atque etiã commendo. Rursum quæri-
34 pôt, quid iuris erit, † si tutor aut curator misericordia, officio, pietate, & charitate ductus, pupillũ, minoremve, egenũ & inopẽ de suo proprio aluerit, atq; is idẽ postea ad splẽdidiorem fortunam euectus fuerit. In eo inquã casu quærit, An poterit tutor curatorve à pupillo, aut adulto repetere id quod in educatione siue interuẽtione eius consumpsit, atq;

expendi

expendit. Ad hanc quæstionem uſ omnino negatiuè respondendum esse, per allegatam. l. Tertiam §. Sed si non constat ff. ubi pupil. educa. deb. Cui congruere uidetur. l. Officio. ff. eo. titu. continens, quod pro modo facultatũ pupilli debet arbitrio Iudicis æstimari, nec enim permittendum est tutori tantùm reputare, quantum dedis, si plus æquò dederit, & ibidem gloss. in uerb. pro modo facultatum allegãs plures concordan. pro modo facultatũ faciendos esse sumptus. Veritas tamen est in cõtrarium, atque affirmatiuè respondendum esse docet, iuxta l. Tertiã ff. de cõtra. & util. actio. tute. qui ibidẽ dicit, tutorem aut curatorem, sumptus, mõ ac forma supradictis factos repetere posse. Idem ẽt expresse sustinet Bart. in l. Ius alimentorũ, quæ est, tertia. §. Sed si non cõstat, ad finẽ. ff. ubi pupil. educa. debe. pluries prællegata.

35 Subsequitur & alia hæc qõ. † Si tutori aut curatori certũ salarium foret constitutũ. Quæritur qñ, quo modo, & qualiter id peti liceat? Ad quam qõnem manifestè respondendum est (si modo iuribus fidem adhibeamus: quod sicut post suã finitã absolutamq; tutelam aut curã, salarium cõstitutũ petere licet, ut id sibi in redditione rationis persoluatur, si plura expendisset, q̃ recepisset. Verum si tutor plura recepisset q̃ expendisset, tunc in fine rõnis satisfaciet sibi ipsi idem salariũ per articulũ ad expensa adiectũ. Attamen cõsuetudine, siue rectius statuto, aut lege municipali, nr̃a in Flãdria secus cautũ est, nempe ut secundũ hoc quod ratio semel in anno aut biennio redditur, secundum hoc salarium constitutum à rõne per tutorem aut curatorẽ defalcari poterit, aut alias satisfacere oportebit, iuxta qđ æquũ, ac rõni consentaneum

36 ratiocinatoribus, & rationũ auditoribus censebitur. † Quæritur præterea quomodo, quaque actione foret petendũ cõstitutum, sed refutatum salariũ? Respondendũ est, hoc nullo actionis iure repetendũ esse, sed Iudicis ex officio (qđ de iure latissimum est l. 1. ff. de iurisd. oĩm Iud. & c. 2. ibique gl. & Doct. extra de offi. Iudi.) tale salarium ex causa cognita constitutũ, certũ, determinatumq; repetendũ esse, ut est text. & glos. & ibi D. Bart. in d. l. A tutoribus §. fi. fa. text. atque hoc ibi notat Bartol. in d. l. In eos. Idẽ quoq; notat D.

Bart.in l. Athletæ.§. Athletæ.ff.de excuſ.tuto. text. eſt & ibidē. D.Bart.in l.1.§. Si pupillis pallegata ēt cēſuit Ang. Aret.in tit. De actio.inſtitu.fol.231.nu. 36. His tñ prædictis nō refragat.l.In eos prææallegata,quā D.Bart. p oppoſitionis modū allegat & adducit in d.l. A tutoribus.§.fi. quæ cōtinet,qđ tutori nequeat dari pecunia. ut ſit tutor. Huius n.apparentis diuerſitatis perfacilis eſt ſolutio, quam ponit D.Bart.in d.l. A tutoribus.§ fi.præallegata.l.in eos,nō pugnare cum his quæ diximus per arbitriū Iudicis tutoribus poſſe conſtitui,pōt enim Iudex ex cauſa(ſicuti dictū eſt)tu-
37 tori aut curatori certū ſalarium conſtituere: † & authoritas Iudicis efficit licitum,quod alias per iura ſcripta foret illi-
38 citū l.Iuſtè poſſidet.ff.de acqui.poſſeſſ.c. Qui † peccat.23. q.4.Neq; dicendus eſt peccare qui iuris,uel iudicis authoritate fretus aliquid facit & molitur ſicuti memini ēt D.Bart. in d.l.In eos.Exurgit hic quoq; &alia ob frequentē euentū, non contemnenda qō.An liceat tutoribus, & curatoribus
39 rerum † pupillorum,& minorum,pro ſuo arbitratu, & cū incōmodo pupillorū,& minorum Receptores cōſtituere, quod uidemus hodie eſſe frequentiſſimū? Huic interrogationi(omiſſa lōga diſputatione,quæ piū lectorē magis one
40 ret,q̄ doceat)faciet ſatis unica iſthæc diſtinctio.† Nā tuto. & curato.tales receptores aut cōſtituunt ſimpliciter, & cum ſumptibus & periculo pupillorum,aut minorū,aut eoſdem conſtituunt cū ſuis propriis ſumptibus & periculis,eaque lege,ut ipſi à laboribus,& moleſtiis(quibus fortaſſis ſunt impares)ſeſe liberent,& quieti dedāt. Priori itaque mō, non licet tutorib.conſtituere receptores.Nā cū tutelę & curationis munus ſit gratuitū,oportet ut ipſimet gerant munus perſonale propriaq; ſolicitudine & uigilantia,& abſq; detrimēto aut erogatione patrimonii ſui pupilli,aut minoris iuxta l.1.ff.de mu.& honorib.notatur plenè per D. Bart.& Doctores,in l.Placet C.de.ſacroſanct. Eccleſ.& in l. Reſcripto §.finali,ff.de mu.& honorib deq; ordine & natura tutelæ curæve,quæ eſt carere ſalario & mercede,gloſ.in l. In eos, in uerb.datis ff.de tutel.& idē aſſerit gloſſa alio ſatis notabili loco,in l.1.§. Mandatū,in uerb.niſi gratuitū ff.māda.quę admodum

admodum ad huius tituli initiũ latius ante cõmõstrauimus. Sed hæc intelligenda sunt nisi Iudicis, Prætoris, aut Præsidis authoritas, siue decretum accesserit, quæ & ex causæ cognitione, illis id ordinet & cõstituat, textus notatu dignissimus in l. A tutoribus §. fi. ibiq; Bar. & Scribẽtes ff. de admi nist. tut. uel cur. Nã si ipsi tutores aut curatores salario atq; mercede carere (citra authoritatem Iudicis) debeant, multo minus ijdẽ ipsi tutores, receptores recipere, aut eis salariũ, aut mercedẽ cõstituere possunt, nisi ex causa superius cõmemorata. Qũo enim alteri, s. Receptori mercedẽ cõstituet, q̃ sibi in eadem causa nullã mercedẽ cõstituere potest? Huic
42 quoque seruit, qđ † maius est, s. Quod ipsis tutoribus nullo modo liceat adminĩstrare cum dãno, & diminutione rerum pupillarium, aut minorum. Ergo ẽt multo minus ijsdem licet cũ pupillorũ atque adolescentũ sumptibus, & expẽsis re-
43 ceptorẽ aut receptores constituere. † Imò si hoc ipsis esset licitũ; hoc ipsorum iuramento in principio assumptæ administrationis pstito, aduersaretur, quo iurarunt se bona pupillorũ aut minorum non indiligẽtius curaturos, q̃ res proprias, & eadẽ augmentare sicubi possent. Qđ nõ facerent si receptorẽ cum incõmodo pupillorum constituerẽt, eiq; salariũ
44 ex bonis pupillorum uel minorum decernerent. † Sed potius sic faciendo, eorũ bona minuerent. Secundò aũt modo hoc est, si tutores, aut curatores ad bona pupillorum aut minorum secum administrandam receptorem constituerent suis proprijs (ut diximus) sumptibus, & impensis & periculis (qđ rarò euenit) eo inquã modo, hoc oĩno tutoribus licitũ est, ẽt sine Iudicis, Prætoris, aut Præsidis decreto, authoritate & licentia, quæ sunt diligentissimè animaduertenda in redditione rõnis & cõputus. Secundum enim priorẽ modũ, salariũ Receptori constitutum; minimè admitteretur in cõputum, sed prorsus delendũ foret, & reijciendũ. Secundum uerò ẽm modum salarium (quod nullum esset) rationi
45 inserere planè superuacaneum esset, & uacuũ. † Sed hęc omnia ẽm rigorem Iuris dicta sunt potius, quàm secundum re-
46 rum consideratarũ æquitatẽ. † Quocirca tam in hac re, q̃ cæ bus alijs puto æquius futurũ, si non strictũ rigorẽ, sed potius

quid res,occaſio,ueritas,& utrinq; utilitas,cōmoditas,imò
47 quid fraterna charitas ſuadeant † amplectamur. Durum.n. uidetur,quod uir grandeuus,& mediocris fortunæ, qui alicuius pupilli prædiuitis gubernationem aſſumpſit,quod hic inquam in extrema ætate,& graui corpore,nuſquam non locorum uolitare deberet, ad tuitionem , & receptionem bonorū talis pupilli,idq́; ſuis ſumptibus,& periculis,atque idē dicendum eſt de curatoribus. Quantum quæſo offenderetur legum integritas(quæ æquitati & hominum commodo ſeruiunt)ſi in prædicto aut ſimili caſu per magiſtratū,aut ēt per ſe talis tutor receptorem aſſumeret, qui cum rationabili ſalario duriſſimas quaſq; moleſtias ſubiret, & grandeuum tutorem difficillimis laboribus liberaret. Profectò optimè cōſuleretur ſeniculo,laboribus Receptoris ſatisfieret, & ni-
48 hil, † aut parum pupillo incommodaretur. Huiuſmodi itaque & ſimiles rerum circunſtantiæ,à Iudice non minus cōſiderandæ ſunt,quam legum ſcriptarum ſeueritas,& ſm ſenſum communem permittendum &decernendum, quicquid æquitatis & honeſtatis ratio ex certis cauſis,ad hoc mouen-
49 tibus,uidebitur,† expoſcere. Iuxta hanc itaq; ſententiam , (quam ſpero multis non iniquam uiſam iri)licebit tutori fideli & diligenti ſecum aſſumere receptorem unum aut plures,quos ſecundum rei, negociiq́; exigentiam & neceſſitatem conſtituant,cum honeſto ſalario , idq́; cum decreto,& authoritate Iudicis,Prætoris,aut Præſidis,ad hoc, & id genus alia,ordinati ac conſtituti,qui tūc id cū cāæ cognitione efficiet. Hæc ſunt candidè Lector,q̄ ſeſe mihi offerebāt, & ſufficere mihi uiſa ſunt, ad utcunq; declarandā p̄ſentē materiā,circa q̄ ſi quis ſit,qui rectius aut melius ſentiat,non dedignabor illi adhærere,eiuſq́; ſententiæ ſubſcribere. Hæc.n. à me ſcripta ſunt,ſalua cuiuſcunque rectius ſentientis authoritate. Facilè enim fuiſſet mihi & alia hic adiicere, tam ex meo(& ſi tenui)ingenio,quàm aliundè,niſi intelligerem in re leuicula(cuiuſmodi eſt hæc) mihi non eſſe memorādum diutius. Cætera quippe quæ ad hanc materiam pertinent, ex aliis cuique repetere licet,ſunt enim peruulgata, atque Iuris candidatis ſatis ubique obuia.

# COMMENTARIA IODOCI DAMHOVDERII BRVGENSIS IVRECONSVLTI,

## in Titulum, de Pupillorum, minorum & prodigorum intereſſe.

### *SVMMARIVM.*

1 *Intereſſe quid propriè dicatur?*
2 *Intereſſe eſt triplex.*
3 *Intereſſe commune quid ſit?*
4 *Intereſſe ſpeciale ſeu ſingulare quid ſit?*
5 *Intereſſe conuentum.*
6 *Intereſſe conuentum nihil aliud eſt, quàm uſurarum palliatio.*
7 *Vſuræ cum aperto exerceri non poſſunt, transfertur res ad intereſſe conuentum.*
8 *Cauſidici reſtitutionem intereſſe (loco uſuræ) inuenerunt.*
9 *Intereſſe, aut propter damnum emergens, aut propter lucrum ceſſans, oritur.*
10 *Exemplum de intereſſe, quod euenit propter damnum, & moram.*
11 *Damnum duplex, aut ante, aut poſt moram accidit.*
12 *Quiſquis efficacem damni cauſam alteri præbet, is, illud compenſare debet.*
13 *Qui damni cauſam aut damnum etiam ex leuiſſimâ culpâ præbet, obligatur in foro conſcientiæ.*
14 *In mutuo intereſſe compẽſandum eſt, etiam ſine ſtipulatione præuia.*
15 *Intereſſe lucri ceſſantis, tantum mercatoribus permittitur.*
16 *Qñ intereſſe lucri ceſſantis per Iudicem permittitur aliis perſonis.*
17 *In mutuo ſpectandus eſt metuantis animus.*
18 *In mutuo habenda ratio lucri ceſſantis.*
19 *Intereſſe quid ſit, ſecundum Bartolum.*
20 *Pecuniam mutuatam, qui ſeruaſſet ſterilem, nihil de mutuo repoſcere poteſt.*
21 *Aeſtimatio intereſſe lucri ceſſantis unde petenda?*
22 *Stipulatio in mutatione nunc eſt uſitata, & ſæpe prætextus eſt uſurarius.*

23 *Iura inter usuras, & id quod interest, diserte discernunt.*
24 *Cessantis lucri compensatio limitatur ad mercatores, & ad æquitatem, siue mediocritatem.*
25 *Certius decernitur compensatio interesse absque stipulatione, quàm cum stipulatione.*
26 *Ex pecunia ociosa, nõ est petendum interesse, quum hoc sit usurariũ.*
27 *Ob licitam compensationẽ interesse, nõ excusantur edaces finãciarii.*
28 *Financia est honestæ negociationis & Reipub. pernicies.*
29 *Pecuniarum negociatio apud financiarios uberior, quàm mercium.*
30 *Financiarum incommoda.*
31 *Verum interesse etiam ante moram peti potest.*
32 *Leges honestam interesse compensationem decernunt.*
33 *In quouis contractu commune & æquum interesse compensandum.*
34 *Interesse soluere non est usura, sed debiti uera solutio.*
35 *Ob probabilem causam stipulari licet, ante moram lucri cessantis, sed cum moderamine.*
36 *Compensatio interesse, sine probabili ratione urgente usura est dicenda.*
37 *Causæ aliquot, cur usuræ tam sint iniustæ.*
38 *Vsura certum est, & breue, ad oppulentiam, compendium.*
39 *Vsuraria pecunia nulli unquam fœliciter cessit.*
40 *Tria iura, quæ pupillorum bona fœnori danda disponunt.*
41 *Tutor, qui pupillarem pecuniam non dedit ad lucrum, tenetur ad damni restitutionem.*
42, 43, 67, 68 *Tutor pupillarem pecuniam non expendens fœnori, aut suis usibus seruans, tenetur ad compensationem Interesse.*
44 *Tutor pupillarem pecuniam clam mutuo sumens, tenetur ad usuras centesimas.*
45 *Tutor qui pupillarẽ pecuniam per consensum contutoris sibi mutuo sumit, tenetur ad usuras pupillares tantum.*
46 *Vsuræ pupillares sunt, quas pupillus stipulari potest.*
47 *Tutor post tutelam pro usura pecuniæ pupillaris, conuenendus est, usque ad diem Rationis.*
48 *Tutorum hæredes etiam tenentur ad usuras pupillaris pecuniæ.*
49 *Secundum ius.* } *pecuniæ pupilaris exponendæ ad usuram.*
50 *Tertium ius.* }
51 *Qui pupillarem pecuniam fœnerat mutui periculo subiacet.*

*Pecunia*

52 *Pecunia pupillaris, pro honesto lucro, committenda mercatoribus.*
53 *Vsuræ exiguæ, & cum ratione æquæ, hoc est, propter ueri interesse compensationem, sunt licitæ.*
54. 63 *Vsuræ ratione interesse tantum sunt permissæ, & petendæ.*
55 *Canones damnum & interesse petere permittunt.*
56 *Qui interesse petit, nihil ultra sortem petit.*
57 *Vsuræ in contractibus licitæ, ratione interesse, non ratione usuræ.*
58 *Vsuras multi ficte palliant, per interesse titulum.*
59 *Vsura ex praua intentione, non ex contractu mutui iudicanda.*
60 *Forum iudiciale de occultis, id est, hominum intentione, non iudicat.*
61. *Interesse uerum aut probabile est licitum, & repeti potest.*
62 *Stupida ignorantia ad interesse non resarciendum, non excusat.*
64 *Vbi eadem militat ratio, ibi eadem locum habet iuris dispositio.*
65. *Quæcunque in una conueniunt causa, in uno quoque conueniunt effectu.*
66 *An tutor teneatur ad interesse, si pupillarem pecuniam non statim expenderit ad lucrum?*
69 *Lucrum pecuniæ pupillaris, uocatur interesse, non usura.*
70 *Tutores non tenentur ad interesse, si defuit occasio lucri, bifariam.*
71 *Negligentia tutoris in lucri occasione oblata, non liberat ab interesse.*
72 *Immodica rationis dilatio, tutorem ad interesse constringit.*
73. 74 *Pecunia pupillaris expendenda, non seruanda.*

## CAPVT VNICVM.

PRAESENTEM materiam exactius, ac penitus explicaturus, ut quæ non solũ ad. I. V. politiã, uerumetiã ad Theologũ pertineat, statui principio huc multa, ac uaria conuehere, quę aliquo modo ad hanc materiã pertinere uidebuntur. Tandem uerò in hoc subsedit sententia, ut omissis super uacaneis quæ sæpe plus laboris, q̃ emolumenti hñt, & neglecto uerborũ ornatu, rẽ ipsã pinguiuscula minerua traderẽ, atq; ad eã tũ cognitu necessaria con-

conferrem. Quum igitur hic de interesse, siue de damno passo agere decreuimus. Primò aperiendũ est, quid propriè sit
1 dicendum Interesse. † Vocamus itaque interesse damnum quod aliquis patitur, propter interiectum incommodũ, aut est lucrum propter moram, aut occasionem interceptã adeptum, & non consecutum l. Si commissa. ff. Rem ratam habe. In tantum (inquit Paulus) competit, in quantum mea interfuit, Id est, tantum mihi debetur, quantum mihi nunc abest, & quantum aliqui lucrari potuissem, nisi per talem occasionem fuisset mihi præpeditum. Tale autem interesse
2 siue damnum interiectum est triplex, † commune, speciale,
3 seu singulare, & cõuentum. † Interesse cõmune continet ueram æstimationem rei, hoc est, Tanti interesse æstimandũ est, quanti res ualeret communiter in foro. Ideoq; dicitur, quanti ea res est? l. Inter hæc uerba, & l. Hæc uerba 4. ff. de uerbo. signific. Veram itaq; æstimationem, quæ significatur per quanti ea res est? sequitur interesse commune. Quamobrem hæc duo idem significant. Ego persolui interesse, &
4 ego persolui quanti res est, † si intelligas de interesse communi. Interesse speciale seu singulare est, cum damnum æstimat̃ nõ ad ueritatẽ, sed ad affectũ æstimantis, quia ut iocale quod habeo, ualeret fortasse 10. libris grossorum, ego non darẽ pro 20. propter affectum quẽ habeo. Vnde qui mihi iocale conferret, iã æstimabitur iocale non ex cõi interesse, sed eatenus quatenus mea specialiter seu singulariter interest. Et tunc quanti ea res est, & id quod mea interest, eadẽ sunt, non quoad ueram æstimationẽ rei, sed quoad rei utilitatẽ, & ad affectũ erga rem eandẽ, & ita denuò pro eodẽ ha
5 bentur, quãti ea res est, & quanti interest. † Interesse uerò cõuentum, est quod pacto consurgit, scilicet, cum inter partes conuenit, si hoc non fiat, quod pro interesse soluantur uiginti uel triginta. Vel est, cum dr̃. Si non fecero quod ꝓmitto, dabo tibi triginta pro interesse. Aut simpliciter, dabo tibi triginta, nisi dolus interuenerit in ipsa conuentione, ſm illud uulgatissimũ, Pacta seruabo, in. l. Iurisgentium. §. Prætor ait. ff. de pactis, & in c. Primo, ex̃. eodẽ titulo de pactis. Et hoc interesse conuentũ (uti apertè testatur D. Vldaricus

Zasius,

Zasius, cui potissimum Iuris studiosi, multum debent, in ti-
6 tulo. ff. Si quis ius dicenti † non obtemp. ad. l. Vnicam. §.
hoc iudiciũ) nihil aliud est, q̃ amiculum & tegumentũ usura
7 rũ. † Quum eñ usuræ aperto exerceri nõ possunt, nomẽ usu
ræ quidem tacetur, & alio quidẽ titulo translatum uestit & coloratur, & interesse scilicet uocatur, interesse inquam cõ-
uentum quod quantum absit ab usura non uideo. De eo e-
nim habemus multas congestas repetitiones, in. l. 1. C. de
sentent. quæ pro eo quod inter profer. Quæ quidẽ interes-
se descriptiones magis textibus consonæ apparent, sufficien
tesq; præsenti proposito, quibus ẽt subscribunt nonnulli ne
quaquam infimæ authoritatis Doctores Neoterici. Inter
quos D. Vdalricus Zasius loco iamiam allegati, necnon D.
And. Alciatus, suo in Iudiciarij processus compẽdio, atque
V. I. praxi de interesse restitutione. D. Ioan. Oldedorpius,
de copia uerb. & rerum in iure ciuili, super uerb. Interesse,
& plures alii cum his iisdem in eadem sententia permanen
tes. Et si propemodum tot sint interesse descriptiones, quot
sunt doctores, ea de re ac materia scribentes, ut manifestum
est ex D. Iacobi Renaldi tractatu de eo quod interest, ad l.
Vnicã. C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest pro fer. intuen
ti ac legenti qui multas uariasq; ibidem in medium adfert
interesse diuisiones, ad quas breuitati studentem, & curio-
sum remittimus, quas (tametsi utiles sint amplæ, ac pulchrę)
quia tñ extra causam ac præter intentionẽ sunt, obiter per-
transmittendas censeo, in d. l. Vnica. C. de sentent. quæ pro
8 eo qđ inter. profert. Multi autẽ sunt causidici nouelli, qui
qm̃ non audentes petere in iudicio usuras & fructus, hãc in-
uenerunt cautelã, ut peterẽt fructus & interesse, sub quo uer
bo interesse, apud aduocatos, usurarum fraus, tanquam sub
pileo siue modico contegitur & palliatur. Quocirca ut præ-
sens materia magis reluceat, subsequentem distinctionẽ ad
nectere uisum est, quæ in sequentibus quoq; cognitu erit ne
9 cessaria. † Omne interesse oritur, aut pp damnum emergẽs,
10 aut propter lucrum cessans. † Exemplũ de priori ante oculos
ponamus. Si quispiã obligaretur mihi ad calendas Iulii ex
pacto soluere 40. ducatos, quos tamẽ uiolata fide ad præscri

ptum

ptum diem non persolueret, sed æquo diutius solutioné pro crastinaret, ut ego ob talé moram,& uiolatã fidé non passim uicissim meis creditoribus seruare solutionis fidem, unde mei creditores offensi, me in ius pertraherent,& dedecore, mulcta,& damno me eius causa afficerent. In eo quidem casu omne damnum, quod ego propter illã solutionis moram
11 perperior Iuridici Interesse uocant. † Cæterum hic notandum est, damnum bifariam distingui. Euenit enim damnũ, alius ante solutionis constitutæ terminum, aliás post eundé terminum, atque hoc est illud damnum, quod quis patitur post constitutum,& non seruatum solutionis diem. Prius autem damnum nullo modo uocandum est. Interesse, de quo latius infra dicemus. Secundum uerò damnum, quod per moram solutionis, aut per non seruatum solutionis constitutæ diem, quispiam patitur uere,& solum dicendũ est Interesse, quod ultra primum debitum cuiq; optimo iure reposcendũ est. Veluti si quisquam mihi daret mutuo 100. ducatos, quos eidem promittentem reddere ad calendas Maii. Interim tamen mutuatos ducatos, & reddi promissos, ad præscriptum diem non redderem, ob quod mutuator, alteri debens citaretur, & damnum pateretur, profectò in hoc casu, mutuator hic damna passus, à me optimo iure eiusdem damni compensationem, & sibi resarciri postulabit Interesse cum principali summa, etiamsi nulla accessisset stipulatio de interesse compensando, Atque hoc est consentaneum tam scripto iuri, secundum. l. Vnicam. C. de sentent. quæ pro eo quod inte
12 rest, profer. ac Scrib. quàm naturali æquitati, † Nam qui dat efficacem causam damni alteri, illud meritò compensare de
13 bet. c. Si culpa tua extra. de iniuriis. Imo teste † Domino Panormitano ibidem. Qui dat causam damni aut damnũ prouenìens etiam ex leuissima culpa, dans, obligatur in foro animæ, fa. notata lo. And. in c. Quanquã de usur. lib. 6. Sed quia mora post tépus solutioni constitutũ, præbet abundè efficacé
14 causam damni. † Igitur æquissimũ est ut illud interesse soluatur. Per prædictos itaq; casus perspici potest, quod uerum, & non simulatũ interesse sit illud quod accidere solet mutuanti. Atque illud resarciri, & compensari debet, etiam si nulla

acces-

accessisset stipulatio. Nam si mutuo prætexeretur interesse, (ita ut diceretur, nullũ esse debitum interesse, nisi accederet stipulatio) eo profectò casu talis mutuatio illiberalis esset,
15 præciata esset, lucrosa esset usurã saperet. † De lucro autẽ cessante post moram, (quod est, cum debitor non soluit constituto die) pronunciatur eodẽ modo deberi id quod interest. sicut iam de damno emergente diximus. Sed hoc tantum negociatoribus, & mercaturæ operam dantibus cõceditur, idq; propter uicinitatem, quàm lucrum cessans habet cum damno emergente, quemadmodum D. Panormita in c. Conque-
16 stus, de usuris, scribit. † Nihilominus propter causas æquas & rationabiles, idem interesse damni cessantis per Iudicem etiã ad quosuis alios attribui, & permitti potest, scilicet redditarios, & similes, qui ut ex illis uiuant, redditus, domos, prædia, & id genus alia, comparare consueuerunt, quando uenalia extant & reperiuntur. Exempli gratia. Si quispiam certum aliquam summam apud se habeat pecuniariam, quã in animo habet conuertere, & impendere redditibus emendis, simulatq; eosdem uenales compererit. Interim tamen hanc eandẽ pecuniam ociosam mutuo det amico egenti, ea lege, qua eandem sit redditurus ilicò postquam oblati fuerint redditus, uel ad certum constitutum diẽ. Si inquam hic amicus acceptam pecuniam ad constitutũ diẽ, uel ad coemendos redditus nõ reddat, ut mutuator eius causa tales redditus sibi cõparare non possit, profectò hic mutuator damnũ lucri cessantis patitur, & acceptor mutui ad damnum uel ad Interesse eiusdem lucri cessantis tenetur. Et ideo tantum mutuatori addicetur, quantum cum eadem pecunia in redditibus
17 lucratus fuisset. † Atque id potissimum ob mutuatoris animum, quem prius ad redditus habebat intentum. Quocirca secus iudicandum est de ijs, qui suam pecuniam perpetuis scrinijs inclusas seruãt, nec in huiusmodi usum unquam conuertere solent. De illis enim pronunciandum est, nequaquã deberi id quod interest lucri cessantis, quia huiusmodi philargyris mutuantibus nullum interesse lucri cessantis, ratione mutui competere debet, uti omnibus est perspicuũ, & cũ ratione, æquitate, & iure consentaneum. Imò si quicquam

ob eam causam reciperet, haud dubie ad eiusdem restitutio nem optimo iure censeretur obnoxius. Atque ad hunc mo-
18 dum iudicandū erit de reliquis, & similibus. † Sunt hodie Doctores & Canonistæ qui in mutuo semper censent haben dā esse ratione lucri cessantis, adeò ut Interesse lucri cessan-
19 tis esse existiment, † quoties uerū interesse mutuantis adfuerit, quod interesse non sit aliud quàm detrimentum & impedimentum lucri, uel iustæ utilitatis interceptio, ut pulchrè & acutè differit D. Bart. eximium illud ingeniū, in l. Vnica. C.
20 de sentent. quæ pro eo † quod inter. profer. ubi quoque uult, quod ille qui pecuniam mutuatam alioqui seruaturus fuisset, ita ut in loculis mansisset ociosa, & quieta, si eandem in mutuum non expedisset, si post iterum receptam eam pecuniā, aliquid amplius acceperit, ueram usuram commisit. Quamobrem mercatores, qui tantundem pecuniæ seruant, quantū necesse habent pro negociationis usu, q̄ exercere uolunt, usque ad conuentum mutui reddendi diem, nullum possunt de
21 iure interesse, cessantis lucri, deducere & exigere. † Neq; debet æstimatio interesse lucri cessantis haberi ad quantum lucrari potuissent, sed quantū uerisimiliter cum bono & æquo lucrati fuissent, deductis expensis & laboribus. Atque in ea æstimatione standum erit boni uiri arbitrio, quantum interest inter habere & prope esse. Et per hæc putamus non obiter scopum & radicem præsentis materiæ (quomodocunque accipiatur, masticetur & intelligatur) tetigisse. Porro de damno emergente, & de lucro cessante ante morā in mutuo, iura quidem nō dant actionem, nisi quis stipulatus sit, ut soluatur
22 illud quod interest. † Itaq; nunc usitata est hæc stipulatio in mutuatione, & persæpe prætextus est usurarios, hoc igitur quæritur an liceat stipulari de eo quod interest, etiam ante moram. Et respondetur affirmatiue. Ratio est. Omnis iusta compensatio stipulari potest. Soluere id quod interest est iusta cōpensatio, Igitur. Soluere id quod interest, stipulari potest. Minor probatur, quia iura disertè discernunt inter usuras, & id quod interest. In usuris lucrum ex mutuationis officio captatur, & ipsum officium ad quęstum confertur. Sed cū petitur id quod interest, uera & non simulata, aut ficta damna alle-

na allegantur, quæ uerè & nō ficte ex mutuatione orta sunt. Nemo autem debet alteri dare efficacem causam damni, qua de re diligenter cōsiderandum & adnotandum est, quod. ff.
23 pro socio. l. Socium, & C. de usuris. l. † Cum alleg. in glossa prudentissimè discernuntur usuræ, & id quod interest. Ideò Doctores hanc stipulationem eius quod interest approbant per præsumptitiam ipsius interesse ueritatem, quando ipsamet non apparet. Et in c. peruenit de fideiussoribus pronunciat. Si Pontifex, ut fideiussori qui pro aliis soluerat, soluatur & creditum, & quanti interest, nimirum quod fideiussor ille interim uelut mutuo dat pecuniam illi pro quo soluit. Quare Doctores hoc exemplo utuntur, & hanc stipulationem licitam, necnon à labe usuraria immunem esse sentiunt, taleq́; interesse ex cōuentione peti posse dicunt. Sic enim iudicant Hostien. & ipsius sequaces, in c. Salubriter, de usur. Deberi
24 † etiam id quod interest lucri cessantis ante moram, sed addunt, modo non sit usurarum prætextus. Atque ideo quāuis aliquam æquam cōpēsationem talis lucri concedant, tamen eidem certas constituunt metas, ut non quibusuis ea cessantis lucri compensatio adiudicetur sed tantum mercatoribus & similibus, qui suas facultates omnes in pecunia, & in negociatione habent, quibus inquam pecuniis, cum non possint sine graui damno carere, æquum est ipsis aliquam compensationem reddi, Et eatenus probant hāc stipulationē. Prǽterea cōpensatio prædicta ijsdē mercatoribus permittitur, quatenus mediocris, & æquitatem rationis nō excedat. In qua re standum erit bonorum uirorum, aut certè Iudicis iudicio: Nam æquabilitas in ciuilibus negociis nō uersatur in indiuisibili, sed in latitudine. Ideoq́; non potest punctum, seu certa for-
25 ma, uel certa summa constitui in ipsa stipulatione. † Quum uir bonus, & iustus illam summam melius, et ueriq́; commodius decernet, ex cognitis circunstantiis, absq; ulla stipulatione, quam cum stipulatione, nempe si consideret quantum sit damnum, quantum interesse, quantoq́; lucro fraudatus fue-
26 rit. Ideoq́; hac cōpensandi forma probanda uidetur. † Cæterum quoties auarus quispiam ac pecuniosus, per pecuniæ compensationem lucrum captat, idq́, cū immoderata accessione

ſione,quum tantum pecunia ſua lucrari honeſte non potuiſſet, aut fortaſſis nihil lucrata fuiſſet toties illnd intereſſe in
27 uſuram degenerat.† Quare non ſunt prætextu eius quod intereſt,excuſandæ illæ crudeles, aſperæ, & immites uſuræ; quæ uelut hirudines exugunt ſummates, infimates, principes,ac regnorum poteſtates, & totas reſpublicas. Nouimus quidem omnes in Iure honeſtam ac plenam humanitatis & æquitatis appellationem eſſe id quod intereſt. Verum iſthæc honeſta appellata non debet prætexti turpiſſimæ rapacitati, non ſolũ publicorum, uerumetiam ſecretorum fœneratorũ, quorum tanta ubiq; eſt copia, ut ſanè omnibus deplorandũ ſit. Nam à quo tempore huiuſmodi fœneratores,(quos honeſtiori uocabulo, financiarios uocamus) permiſſi ſunt in Repub.imo quoties ipſi coli & frequentari, ac primas & ſaluta-
28 tiones & ſedes in † Republica uendicare & præoccupare cœperunt,refriguit ac planè collapſa eſt honeſta negociatio, & mercium communis proſtitutio & prima communicatio ſublata eſt,omniumq; denique rerum inſolita & abſurda conſecuta eſt mercium caritas. Et quod Deus Opt.Max.abſq; perſonarum exceptione communicandum uoluit,priuatum cõmodum abliguriuit & deuorauit,cum tamen ipſa negociatio diuinitus inſtituta credatur,ad cõmmunem Reipub.utilitatem,atque propterea immanius nihil ſit,quum uelut locuple-
29 tari cum tanta communitatis iniuria & iactura.† Quis enim non dixerit Rempub.graui affici iniuria?quamdiu numerata pecunia pluris ueniat,quã merces, adeò ut hodie certior, & frequentior exerceatur negociatio pecuniarum,quã mercium. Imò cum pecunia non ſolum uſuræ,ſed etiã uſuræ uſurarum,aut ſi uelis alio nomine, financiæ financiarum paſſim
30 exercentur & indebitè debita extorquentur. † Vnde præter alia multa incommoda emergunt anxia & aſſidua familiæ (quæ tamen ſemper retrograditur ſolicitudo, apothecarum tenuis inſtructio, rei domeſticæ & familiaris ſordida ob uictus & amictus inſufficientiam parſimonia,uel potius cõtractio aut inopia,fraudulenta uiciſſim lucra, adulterina mercium mixtio,prelium mala inſtitutio,egeſtas & penuria, bonorum ceſſio,deniq; bellorum prolixi cõtinuatio, patriæq;

aſſi-

assidua depopulatio. Quæ ex sentẽtia D. Host. ita memini-mus, tametsi eximius D. Panormi. in c. Nauiganti. de usur. aliquãtò uerecundius pronunciat tñ idẽ cum eo consentit, modo nõ prætexatur simulatũ, seu fictũ interesse, hæc enim sunt eius uerba nota In contractu mutui peti posse interesse post moram lucri uerisimiliter cessantis. Sed an à principio possit haberi ista ratio? posset fortè dici, quod ubi mutuans ducitur bona intentione, nec mutuat in fraudem, captandi lucri causa, quod tunc excusatur à peccato, licet alia
31 opinio sit sanior ac tutior. Itaq; si non sit † simulatũ fictũq; interesse, concedit & Panorm. ante moram peti posse, & satis honesta ratio est, si æquitas rei & intentio considerent̃,
32 quia ut supra dictũ est, † longissimè à sese differunt interesse & usura. Nulla. n. leges usuras permittunt, attamẽ leges ipsæ indicant æquissimam & honestissimam esse compensationem eius quod interest, sicut D. Baldus inquit in l. Acceptã
33 C. de usur. Cõmune & æquũ interesse † uenit in omni contractu. Concludamus igitur, quod liceat stipulari quanti interest damni emergentis, etiam ante moram, nec id ualde
34 obscurum est. Nam uerum interesse soluere, † nõ est usura, sed est debiti æquissima solutio. Nam hæc compensatio, siue solutio interesse, iuxta boni uiri iudicium deberetur, ẽt si non intercessisset stipulatio, ob id quod nemo debeat alteri dare ullam efficacem causam damni, quod si talem dãni causam præbuit, profectò etiam in conscientia ad eiusdẽ dãni cõpensationẽ tenebitur. Atq; iuxta hanc † responsionẽ,
35 tametsi aliquanto obscurior sit ratio de lucro cessante ante moram, tamen si sit etiam probabilis ratio similiter concedẽdum est, quod liceat stipulari quanti interest, etiam ante moram lucri cessantis, sed (ut diximus) sit probabilis ratio, uidelicet, si talis sit casus, in quo uir bonus iudicaret alteri deberi cõpensationẽ, ẽt si nulla intercessisset stipulatio. Sed sit cõpensatio æqua, & non immoderata. Hæc aliquanto latius explicauimus, ut cõmonefaciamus lectores studiosos, ut usuras à petitione eius quod interest prudenter discernant. Quare nõ sunt dãnandæ sine descrimine omnes mutuationes, in quibus ij qui mutuo dant stipulant̃ quãti interest an-

tę moram: nam boni uiri re honesta bene uti possunt. Est au tem in hac materia sciendum, quod in ea probabilem ratio nem, legibusq; consentaneam habere sufficiat, quia mediũ
36 ut supra diximus, habet aliquam latitudinem. † Sed cum ꝓ babilis ratio reclamat, tum officium mutuationis, tantũ ad quæstum conferri dicendum est, quia in emptionibus hone stis illa pecunia tantũ lucri nõ pareret. Ideoq; hos quæstus
37 palã apparet esse usurarios, iniustos ac peccaminosos. † Sũt autem usuræ iniustæ, propter multas causas, unam tamen, aut alteram causam (nam omnes hic commemorare nõ est consilium) lectoris ob oculos ponam, ut manifestissimè cernat usuræ iniustitiam. Primo enim in usura non seruatur æqualitas, ut uidere licet in fœneratoribus, qui & sortem accipiunt, & supra sortem etiam usuram extorquent, pro qua nihil dederunt. Imò tantum lucrum & planè enorme extor quent, idq; planè certum & sine ullo periculo (quod tamen in mercatura non rarò accidit) ut nemo sanæ mentis iudica re deberet, tam enormè extortum lucrum ullo modo posse
38 dici æquũ & bonũ, & iustũ. † Si enim æquum esset, profectò pecunioso cuiq; peteret certissimum ditescendi cõpendiũ, ꝑ quod longè citius & certius Crœsi opes corraderent, quã per mercaturæ sæpe periculosam negociationem. Altera
39 causa iniquitatis usurariæ, † cõspicitur, ex effectu uel euẽtu pecunię usurarię, ut q̃ nec fœneratoribus ipsis, nec ad fœnus oppignerantibus profuit unquam. Quis enim unquam fœne ratores fœliciter ditescere, lætissime in uita ualere, aut honorificè, & cum tanta, & secura conscientia, hanc uitã relin quere conspexit? Quis ipsorũ hæredes infœliciter uiuere, & multò infœlicius mori non cognouit? Ad hæc, Cui unquam homini pecunia accepta fœnori profuit? Imò cuius facultates (si ea utatur) non exhausit? quẽ quæso ad maiores aĩ angustias, & ad contractiorẽ rem familiarẽ non pertraxit? Profectò ex hmõi rerum infœlicissimo euentu facillimè re ducimur ad ipsorum causas, ut dicamus eas esse undique in fœlicissimas, iniquas, Deo odibiles, & proximo perniciosissimas, & charitati Christianæ inimicissimas, ideoq; ex Repub. passim exturbãdas. Sed ad intermissa. Et priusq̃ aliò di-

uertamur,

uertamur illud quoque Scoti Doctoris subtilis, distinct. 15 4.q.2.arti.2.haud a pernandum de interesse in mediũ adducere constituimus. Quamuis inquit creditor nõ possit cõtra debitorem habere actionẽ ad dãna, quia desunt pacta, stipulationes uel iuramenta, tñ in foro conscientiæ, debitor
40 tenetur ad interesse creditori.† Quia aũt hic agimus de interesse, & de lucro pupillorum, non abs re me facturum puto, si hoc loco explicauero tria illa iura, q̃ lata & disposita sunt super pecunia pupilli, minoris prodigi, ac similium subiectarum personarum, an ea uidelicet ad fœnus aut usurã
41 dari possit? Primũ † fuit ius ff. quo tutori aut curatori iniunctũ fuerat, ut pecuniã pupillarẽ fœnori deponeret ac daret, & si in hoc negligentes deprehenderent̃, ad omne damnũ exinde proueniens tenerentur. Imò quod fortius est, si ad damnum resarciendũ non sufficerent, extraordinariè coercerent̃, tex. est notatu dignus, in l. Ob fœnus. ff de admini.
42 tuto. uel curato.† Eo iure ẽt prouisum est, si tutor pupillares pecunias non deposuerit pro comparandis prædijs, aut eis iã depositis, in cõparando negligens fuerit, aut eadẽ legitimum intra tempus, fœnori nõ dederit, uel si eas suos in usus conuerterit, idque euidenter constiterit, ipse usuris legitimis earum pecuniarum conueniri potest, quas præstare obligatur, uniuersa autem hæc probant̃ ordine, notabili necnon utili in. l. Tutor qui repertoriũ §. Si post depositionẽ, &. §. Pecuniæ q̃, cum sequẽtibus. §§. ff. de administra. tuto. uel curato. & in optima. l. Si tutor cõstitutus, eodem titu. Item, eodem iure dispositũ reperitur, eo dumtaxat casu ad usuras usurarum pupillo tutorem obligatum esse, si quas usuras ab alio per eum pro pupillo exactas aut suos in usus cõuertit, id est, usibus suis retinuit, aut si fœnori dare, cũ potuisset, neglexit, hic est casus apertus, in l. Qui negociationem. §. ex duobus, &. §. fin. de administ. tut. uel cur. atq; in. d. l. Tutor
43 qui repertorium. §. Si quas usuras, &. §. seq.† Et ita tutores & curatores præfati, pro pecunia pupillari ac minoris, quã in suos usus conuerterunt, tenentur ad interesse actualiter ipsis pupillis ac minoribus præstandum, iuxta. c. Per usras, de donatio. inter uir. & uxo. ac Bartol. & alios in. l. Diuus

ff. ad.l. falcid. & d.l. Tutor qui repertorium. §. Si post depositionem & §. fina. ff. de administrat. tuto. Bald. in l. prima, ad finem. C. de condit. indeb. & in l. fin. ad fin. C. de petit. hæredit. & in specie D. Ludouicus Romanus, in consilio. cxxxix. incipien. Pro propositæ quæstionis decisione præmittendum est, & cætera. D. Iason in consilio ccxix. 2. uolumin. incip. Ista materia rationum tutelarium tota ex bono
44 & æquò pendet, &c. Item eodem iure cautum est, † Si tutor sibi pupillarem pecuniam mutuo accipit clam, obligatur ad maximas usuras, scilicet, centesimas expressa. l. Qui sine. ff.
45 de nego. gest. Aut ad legitimas, † id est, pupillares, si palam, uel à contutoribus suis accepit. Idem alio loco, uidelicet in l. Non existimo. ff. de administrat. tuto. uel curato. & d.l. Tutor qui repertorium. §. Quæ autem. Huic quadrat per notabilis glossa in uerbo, legitimas, in l. prima. C. de usur. pupil.
46 † Et dicuntur usuræ pupillares, quas pro conditione suæ personæ, potest pupillus stipulari, secundum. l. Eos. C. de
47 usur. Ita glossa, ad Rubr. C. de usur. pupillaribus. † Eadem præterea iuris dispositione sancitum est, Tutorem finita tutela in usuras pupillaris pecuniæ conueniri posse, ad eum usque diem quo administratæ tutelæ rationem reddiderit. Sed hoc intelligendum est ni eas prius obtulisset, & in tuto loco deposuisset. l. Tutor qui repertorium. §. final. prællega. ubi inquit. Sciendum est tutorem, & post officium finitum usuras debere usque in diem qua tutelam restituit, & l. Tutor pro pupillo. §. Tutor qui post, cum. l. sequenti. necnon. l. Lucius. §. Quæsitum. ff. de administrat. tuto. uel cura-
48 to. † Postremò eodem iure prospectum legimus etiam hæredem ipsius tutoris ad usuras pupillaris pecuniæ per eum administratæ, astringi & obligari, Iudicis tamen arbitrio ex bono & æquo moderandas. Sicuti manifestè declarat. l. Cum ostendimus. §. usuras. ff. de fideiussorib. tut. Atque ita hactenus de primo Iure pecuniæ pupillaris dandæ ad usurã.
49 † Secundum uerò ius. C. superueniens quæ primo & secundo locis, pro iure. ff. superius posita sunt, approbauit, in l. 1. & in l. Si pecuniam, à contrario sensu. C. de usur. pupilla. atque expresse probatur in Rub. C. de administrat. tuto. uel cu

rato. &

50 rato.& pecu.pupilla. fœneranda uel deponenda. † Tertium autem ius est Autenticorum, atq; hoc planè contrarium est cum duobus iuribus præcedentibus, ut in Authentic. ut hi qui obliga.se haber.perhib.res mino.§.Quoniam autem col
51 la.6.Constitu.2 Necnon in Authentic.† Nouissimè. C. de administra.tut.uel cura.uetuit pecuniam pupillarem fœnerari id est, expendere ad usuram quod si fecerit, mutui subiacebit periculo, nisi sit mobilis eius substantia, cuius tutela uel cura administratur, tunc enim illud solum ad fœnus mutuare licet, quod ad dispensationem adolescentis & rerum eius sufficiet, quod uerò superest, cautè recondatur. Hæc uerba habet in forma dicta Authent. Cæterũ ex his iuribus emersit tandem & alia utriusq; iuris dispositio, quæ usurarum prędictarum planè est prohibitoria, eoq; magis Christiana, sicuti plenissimè probatur, in l.Cunctos populos.C.de sum. Trinit.& fid.catho.& in Authent. Ad hæc. C.de usur.atque plenè signatur, in c.Quia in omnibus, per gloss.& Canonistas, extra, eodem titulo.de usuris.Ideo, inquit D.Bartol.quem in hoc plæriq; omnes imitari gaudent in l.Diuus.ff ad l.fal
52 cidiam.Quod eo modo, † quo olim obligabatur tutor curatorve pupillarem aut minorum pecuniã expendere fœnori; eodem modo eandem pecuniam mercatoribus idoneis, in societatem honestam, uel ad aliquod cõmercium prò honesta quadam ac licita lucri parte assignare, & tradere cogitur. Quod quidẽ ius adhuc hodie licitũ esse censetur per casum expressum in c.Per uestras, extra, de donat.inter uir.& uxo. & ibi D.Panor.ac scribentes.Ex quo syncerè sequi indubiũ est, quod quemadmodũ obligabantur tutores uel curatores ad legitimas usuras pupillares restituendas, scilicet, pupillis, minoribus, & prodigis, si pecuniam pupillarem, minorũ, aut prodigorum ad fœnus nõ expendissent (præallegata.l.Si tutor constitutus, cum similibus multis) Ita hodie ijdẽ ad interesse pupillare, minorũ & prodigorũ obligantur & astringuntur, si ipsorũ pecuniam, mercatoribus idoneis in societatem honestã, aut est cõmercium aliquod non tradant & consignent, ut sic ex ea tandẽ honestã aliquã & licitam lucri partem consequantur. Atque hoc est quod sensit Bart. in d.l.

Tutor qui repertorium.§.Si post,cum.§.sequenti. Cuius conclusio etiam stabilitur ex eo quod notat glos.in.l.Sociũ qui in eo.ff.pro socio,& in d.l.Cunctos populos,in,l.Iulianus.§.Ex uendito.ff.de actio.empt.& uendit.Necnon in.l.
53 Curabit C.de actione empti & uendit. † Ex præmissis apertissimè nunc patet, de iure ciuili usuras esse permissas, petique posse per dictam.l. Curabit, & ibi Baldus, &.l. Fructus.C.de actio.empt.& uendit.cum mille alijs locis huic. l.suffragantibus. Ac etiam licitas esse de iure Põtificio, quatenus interesse uerum aut saltem probabile resarciunt & cõpensant. Quocirca non sunt licitæ per se,& quatenus sunt usuræ,sicuti habet Glosa notatu dignissima, post Dominum Azonem,in dicta.l.Curabit.in uerbo Ratio. Ideoque regu
54 la Iuris Canonici dicit,† Vsuras eo iure peti posse, quando ut interesse exiguntur,alias uerò minimè,hoc est,usuræ ratione interesse sunt permissæ, etiam iure Canonum. Glosa est singularis, pro hac materia, teste Baldo,in.l. Petens,in repetit.C.de pact. Cui applicare operæpreciũ erit Dominum Panormitanum,& Doctores,in.c.Conquestus, & in.c.Salubriter,extra.de usur.Car.in c.Super eo. eod.titulo,& in Cle.eod.titulo.Istis quamoptimè accedunt c.Peruenit.&c.Conquestus,extra,de fideiussoribus,&c. Dilecti. ex.de fo.compet.Ex quibus authoribus luce meridiana cla
55 rius constat ſm † Canones, damna & interesse peti posse.
56 Nec regula illa tritissima:† Quicquid accedit sorti, est usura,huic obstat.Nam illa dumtaxat procedit,quum petit̃ aliquid ultra sortem,nulla rõne ad interesse habita,ad hæc optime suffragãtur,quæ ponit ac notat D.Bartolomeus Cepola,suis in cõsiliis,con s.15.numeris potissimum 4.5.& 6.Est igitur uera snĩa & indubitata, rõniq; maximè consentanea.
57 Quod in bonæ fidei cõtractibus,† ueniũt usuræ iure Canonico,nõ quatenus usuræ,sed quatenus interesse. Et facit ꝑ ea.l.Sociũ,qui in eo.ff.pro socio.Nullatenus igitur abrogatæ iure Pontificio censentur usuræ,si q̃n ueniant, ut interesse,sicuti ẽt nec displicuit D.Ioanni de Blanasco Iurisconsulto,suis in cõmẽtariis super titulo De actionibus,institu. 10. ca.de actione ex uẽdito. Sed hic diligenter quisq; suã intẽ

tionem perspiciat, ne mentiatur iniquitas sibi. Quidam e-
58 nim imò permulti suas usuras palliant, uestireq; † uolũt suos contractus usurarios & iniustos, alterius contractus noĩe, dicuntq; se ex mutuo passos magnũ interesse, propter eius pecuniæ carentiã, & non usum, quum tñ in rei ueritate, nihil horum cũ ueritate subsistat. Seipsos hoc modo non Deũ, (q
59 nõ fallit) miserè fallentes. Vsura † enim (Dño Panormitano testante, in c. Nauiganti. extra, de usur.) quo ad formã contractus non cõmittitur, nisi in contractu mutui, sed quo ad intentionem deprauatam, etiam aliis in contractibus com-
60 mittitur. † Quum igitur humana tribunalia nõ iudicent de occultis, hoc est, de hoĩum intentionibus, sed tñ de manifestis, & q̃ foris patent, aut factis, aut uerbis, signãter idẽ Pan. asserit, aliquem in foro iudiciali posse excusari, & absolui & eundem in foro poli & conscientiæ accusari, & ligari. His itaque iam habitis diligenter obseruatis, audacter hanc colligemus conclusionẽ, & certũ de Interesse hoc statuemus Iu
61 ridicum axioma, † Omne Interesse pupillorum, minorum, & prodigorum, uerum, non simulatum, & saltem probabile licitũ est idq; tam iure Põtificio, quã Cęsario. Ideoq; & illud interesse pupillare, ad quod obligantur, quouis iure pe
62 ti põt à callidis tutoribus, & curatoribus, † quãtumuis sese p ignorantiam excusare nitantur, quæ crassa est & supina, & mõ ad interesse pupillare nõ resarciẽdũ excusabilis, ut etiã eximius D. Bartolus sustinet, in d. l. Cunctos populos. C. de
63 sum. Trinit. & fid. catho. inquiens, † Vsuras nullo modo exigi, quasi usuras, sed ut interesse, iuxta Iuris Canonici præceptum. Glosa est in uerbo. Petrum Apostolũ. In d. l. Cunctos populos Glosa in fine sui, in uerbo. Excedit. in. l. Iulianus. §. Idem Papi. ff. de actio. empt. & uendit. Glosa est in uerbo, Ratio, in. l. Curabit. C. codẽ titulo, De actio. empt. & uẽdit. & in c. Conquestus, ex. de usur. nonnunq̃ præallegato. Vt ergo præsentem materiã omissa superflua prolixitate tandem absoluamus, eam una aut altera q̃one tã utili, q̃ necessaria,
64 terminabimus. † Plures enim adferre non est necesse, quũ de similibus idẽ sit iudiciũ, ac ubicunq; eadẽ est rõ uel æquitas, ibi locũ habet una iuris dispositio, ẽm. l. Illud. ff. ad

legem Aquil.& l.A Titio.ff.de uerbo.obligat.Illa em̃ quę in radice & causa conueniunt,conueniunt etiam in effectu, uulgata.l.De quibus,& ibi Angel.& Doctores notant.ff.de legibus.Quocirca(ut dixi)explicata una aut altera q̃one,facillime decidentur & reliquæ,quas breuitatis studio omittendas censuimus.
66 † Prima itaque quæstionum sit isthæc. An tutor,uel curator pupilli,adulti,siue minoris aut prodigi obligetur ad interesse,si nõ statim pupilli sui lucro & utilitati inuigilauerit,hoc est,si pecuniã sui pupilli,adulti,minoris,aut prodigi,ex patris,matris,aui,auiæ, aut cuiuscunque alterius hæreditate,uel aliundè debite,dextereq; prouenientẽ,in possessionũ,fundorum,feudalium, aliodalium, prædiorum,domorũ,reddituum,& eius generis haud dissimilium emptionem ac comparationem non cõuerterit, aut bono & æquò mercatori ad honestum licitum quæstum legitimum intra tẽpus non dederit,aut eã suos (ut liquidò constat)in usus conuerterit. Nam sic ad pupilli,adulti, aut prodigi utilitatem non satis inuigilasse conuincitur.l.fin. C.de administrat.tuto.uel curato.atq;.l.Generaliter,necnõ uulgari.l.A tutorib.ff.eodem titulo, De administrat.tuto. uel cura.& l.1.in principio.ff.de tutel.& rõ.distrahend.cũ similib. Ad hanc itaque quæstionem ex iurium,atque acutissimorum scribentium sententijs, & ex ijs quæ supra per nos
67 probata sunt, facillimè respõderi potest sic:† Tutor uel Curator si pecuniã pupillarem,aut prodigorũ(quæ tanquã interesse,& nõ ut usuræ,uti supra declaratũ est exigẽdi ueniũt) non statim ad pupilli,aut prodigi utilitatem expẽderit, profecto de eiusdẽ pecuniæ interesse conueniri poterit, & idẽ interesse sine dissimulatione præstare tenebitur,ut patet in. l.Tutor qui repertoriũ.§.Si post depositionẽ. ff. de administrat.tuto.uel curato.& quod ibi per Bar.necnon per eun
68 dẽ Bar.ubi hoc tenet in l. † Diuus.ff.ad.l.falc.licet em̃ pupillorũ,minorum, prodigorũ pecunia hodie ad usuras dari nõ possit(ut in dicta Authentic.Nouissime, & in Authẽtic. unde d.Authentic.deprompta est. C. de administrat. tuto. uel curato.)Sollicitare tamẽ,& diligenter curare debẽt, tutores & curatores,ut pupillaris,adulti,uel prodigi pecuniæ

ad legitimum honestumq; quæstum expendatur, ut ex ijs aliquid fructus & utilitatis pupilli, &c. tandē percipiant, qđ nisi tutores, & curatores ilico præstent, negligentiæ accusantur, & fiūt obnoxii, ꝑ quā & in culpā incidunt, & ad uerum interesse aut saltem probabile (nō aūt ad simulatum interesse) cōueniri & damnari possunt, iuxta. l. Ita autem. §. gessisse. ff. de administrat. tuto. &. d. l. 1. ad exordium ff. de tutel. & ratio. distrahend. &. d. l. Tutor qui repertorium. §. Competit. uersiculo, Quid ergo atq;. l. De his. C. de administ. tuto. & uulgatam. l. Quicquid. C. Arbit. tutel. cum aliis iuribus minimè dissimilibus. Omne ergo lucrum siue omnes usuræ quas olim petere licuit à tutore aut curatore, respectu negligentiæ cōmissæ in non fœnerandis pecuniis, idem adhuc lucrum interesse & usura hodie peti possunt, & non uocatur tunc propriè usura, sed interesse: quodquidem iure compensandum permittunt, propter negligentiam tutorū, aut curatorum, qui dictas pecunias aut fidis mercatoribus (pro honesta aliqua lucri parte) non commiserint, aut ad redditus, aut fundos emendos non expenderint. D. Bart. in. d. l. Diuus & in. d. §. Si post depositionem, iuncta. d. l. §. Si tutor constitu-

70 tus. Moderanda tamen ac † temperanda sunt præcedentia hoc modo. Tutor & Curator ad interesse non tenentur, si ꝑdia, redditus, idq; genus alia nequaquam dissimilia, suo pupillo, minori ac prodigo non cōparauerint, nisi ea uænalia fuisse apertè constitisset, & liquidò apparuisset. Huic moderationi subscribit D. Bart. in l. Tutor qui repertorium. §. Si post depositionē crebro præcitata. Necnō Philp. Decius, in 3. consiliorum parte, cons. ccccxxx. Debet ēt apparere tantā pecuniam prius peruenisse ad manū tutoris, aut curatoris, & quæ ad prædictos redditus, fundos, aut prædia meritò sufficeret, alioqui de negligentia damnari nō possent. l. Ita aūt. §. 1. præallegato & Authentico, ut hi qui obliga. se hab. ꝑhibéres mino. §. pen. His similiter cōgruit. l. cū plures. §. fi. ff. de administrat. tuto. &. l. Idemq;. §. 1. ff. pro socio. Itaque priusquam tutor & curator ob negligentiam conueniantur, redditus, possessiones ꝑdia, & horū nec dissimilia prius fuisse uenalia certo probari debuit. quid. n. tutor pupillo cōpara-

 ret?

ret? An id quod vænale nõ præstitit? Eo igitur casu tutor, & curator de negligentia damnari non possunt. Alia præterea ratio tutoris, &c. negligentiam liberat, siquidem pecunia ad manus ipsius peruenisset, sed minimè permãsisset. l. 2. §. per uenisse. ff. de hæred. & actio. uendit. ergo si eius ad manus peruenit, & non ad tempus aliquod notabile permansit, sed in pupilli adulti uel prodigi necessitates expensa fuit, excusationi profectò locus est. Hæc opinio & limitatio etiã cõfirmatur per D. Paul. Castren. suis in consiliis, consil. 305. nu.
71 6. 1. partis. † Hic obseruandum est, si Iudex tutoribus uel curatoribus præcepisset ut ex pecunia pupillari, aut minorũ cõmonstratos, aut oblatos emerent redditus, prædia, &c. eosq; tunc sine legitima causa non comparassent, quin potius neglexissent aut negligenter obliti fuissent, eo quidem casu ad legitimas usuras compensandas obligarentur, quæ hodie iure etiam nouissimo peti possunt, non tanquam usuræ, sed quatenus ex fructibus tantum percepissent uulgata. l. Tutor qui repertoriũ. §. Si post depositionem, & ibi Bart. ff. de adminis. tut. cum aliis superius diffusius cõmemoratis. Atq; hactenus
72 de priori quæstione. Altera † qõ est. Tutores & Curatores si rerum pupillarium, minorum, prodigorum, necnon similiũ subiectarum personarum, rationes reddere distulerint, an ob illã causam ad uerum (si quod acciderit) interesse obligentur? Huius quæstionis solutio ex superioribus hactenus habitis satis colligi potest, & respõdendum est affirmatiuè, quod maximè tunc obligentur ad cõpensationẽ interesse. Statuen
73 da est igitur ex superioribus hæc conclusio. † Tutores & curatores tenentur pupillorũ, minorũ, & prodigorũ ociosam pecuniam conuertere ad lucrum, scilicet ad emptionem redditutuum, prædiorum, &c. siquidem per opportunitatẽ ea vænalia cognoscantur, aut his non oblatis, saltem eam pecuniã cũ mercatorib. ad honestũ & licitũ lucrũ aliqđ cõuertere. Nõ enim sufficiunt tutoribus aut curatoribus, si talẽ pecuniã domi in scriniis ociosam usq; ad diẽ rationis recondant, quum Christus inertem illũ talenti Dominici custodentam acriter obiurgatũ, multò accerrime puniri iusserit. Non amat, non q̃rit Chrus ociosos, sed laboratores, quosq; perquiri iussit.

Non

Non cōmisit sua talenta recondenda, sed ad lucrū exponēda
74 tradidit.† Quocirca tutoribus, & curatoribus non patrocinabitur, si in die rationis reddendæ acceptam pecuniam integram retulerint. Ab eis enim (sicut Christus fecit) eiusdē pecuniæ lucrum, aut lucri interesse meritò tunc reposcendum erit. Quod diligentissimè notandū est aduersum tutores, aut curatores pecuniā pupillorū, minorum, ac prodigorum ociosam relinquentes, præsentantes, putantes interim se per hoc etiam multa gratiarū actione, imò & remuneratione dignissimos esse. Deoq; optimo maximo rem pręstare gratissimā, quod bona fide pecuniā acceptā integram seruauerint, & nō (ut quidā alii) eandē prorsus absumpserint, aut bonā eiusdē partem sibi decoxerint, quales ego ipse noui: Fateor, sunt illi quidē istis aliquanto & corā Deo, & pro pupillis utiliores, uerum ob hoc ab ignauia, inertiq; negligentia nō sunt prorsus excusandi, aut absoluendi. Posset hoc loco etiam moueri quæstio. An tutor, & curator teneantur ad interesse omissæ oportunitatis uel omissi oportuni retractus? Huius.q. minimè inutilis, ex his quæ supra diximus, perfacilis est solutio, nēpe tutorē uel curatorē, tutelæ aut curatelæ actione teneri tanti quanti pupilli uel minoris interest, si talis retractus utilis, & oportunus non fuerit factus. Atq; ita finē huic titulo, De pupillorum, minorum, & prodigorum interesse imponimus: sufficit enim rē quasi cōmonstrasse digito, qđ omnibus ueris Iuristis, tū dicta, tum adhuc dicenda passim sint obuia, & notissima. Ideoq; ex una aut altera quæstione discussa facilè soluuntur & reliquæ nequaquam absimiles, prædictas autē duntaxat dedimus ad exēplum, ad quod innumeras alias similes (quas fora ciuilia quotidie suppeditant) referre licebit. Satis hic mihi fui, si du i andi, ueritatem inquirendi, similes q; quæstiones fabricandi, ac resoluendi occasionem, & materiam dederim.

18 *Liberationibus ac absolutionibus generalibus facillimè multi circumueniuntur.*
19 *Nemo cum alterius iniuria locupletari debet.*
20 *Qui cum alterius iniuria locupletari studet, is per Iudicem repelli debet.*
21 *In liberatione generali obseruanda est utrinque personarũ qualitas.*
22 *Sicut in callidò solennitatis alicuius omissio, fraudis suspicionem parit, ita & superflua cautelæ excogitatio.*
23 *Per quos, & quales liberationes genarales fieri curent administratores fraudulenti.*
24 *Liberationes generales à Iudice diligenter sunt expendendæ.*
25 *Boni Iudicis est cuncta rimari.*
26 *Exemplum lepidum. quo quidam per quietantiam generalem, falsum administratorem ad reductionem calculi coegit.*
27 *Amantes omnia audent, omniaque promittunt, ut uotorum compotes fiant.*
28 *Liberationis, acquietantiæ fraudulentæ formalia.*
29 *Tres insignes errores per quietantiam generalem fraudulenter commissi.*
30 *Redditus pro temporum & locorum uarietate mutantur.*

## CAPVT PRIMVM.

1 QVEMADMODVM tutor, † curator, aut quilibet alius administrator, perfunctus officio ad reddendam rationem, (si in hoc cessare, aut tergiuersari uelle uideatur) per Prætorem, Præsidem, aut Iudicẽ cogi debet, teste Vulpiano I.C. haud infimo, in l. 1. §. Officio .ff. de tutel. & ratio. di-
2 strahend. Ita contra † si pupillus adultus, aut maior, aut ꝓdigus ad sanã mentẽ reuersus, oblatã ꝑ tutorẽ, curatorẽ, aut ꝑ aliũ, aut per procuratorẽ rationem suscipere contẽpserit, idem similiter ꝑ Prætorẽ, Præsidẽ, aut Iudicẽ cogi poterit, ne tutoris, curatoris, aut administrato-

ſione,quum tantum pecunia ſua lucrari honeſte non potuiſſet, aut fortaſſis nihil lucrata fuiſſet toties illud intereſſe in
27 uſuram degenerat.† Quare non ſunt prætextu eius quod intereſt,excuſandæ illæ crudeles, aſperæ, & immites uſuræ, quæ uelut hirudines exugunt ſummates, infimates, principes,ac regnorum poteſtates, & totas reſpublicas. Nouimus quidem omnes in Iure honeſtam ac plenam humanitatis & æquitatis appellationem eſſe id quod intereſt. Verum iſthæc honeſta appellata non debet prætexti turpiſſimæ rapacitati, non ſolū publicorum, uerumetiam ſecretorum fœneratorū, quorum tanta ubiq; eſt copia, ut ſanè omnibus deplorandū ſit.Nam à quo tempore huiuſmodi fœneratores,(quos honeſtiori uocabulo, financiarios uocamus) permiſſi ſunt in Repub.imo quoties ipſi coli & frequentari, ac primas & ſaluta-
28 tiones & ſedes in † Republica uendicare & præoccupare cœperunt,refriguit ac planè collapſa eſt honeſta negociatio, & mercium communis proſtitutio & prima communicatio ſublata eſt,omniumq; denique rerum inſolita & abſurda conſecuta eſt mercium caritas. Et quod Deus Opt.Max.abſq; perſonarum exceptione communicandum uoluit,priuatum cōmodum abliguriuit & deuorauit,cum tamen ipſa negociatio diuinitus inſtituta credatur,ad cōmmunem Reipub.utilitatem,atque propterea immanius nihil ſit,quum uelut locuple-
26 tari cum tanta communitatis iniuria & iactura.† Quis enim non dixerit Rempub.graui affici iniuria?quamdiu numerata pecunia pluris ueniat,quā merces, adeò ut hodie certior, & frequentior exerceatur negociatio pecuniarum,quā mercium.Imò cum pecunia non ſolum uſuræ,ſed etiā uſuræ uſurarum,aut ſi uelis alio nomine, financiæ financiarum paſſim
30 exercentur & indebitè debita extorquentur. † Vnde præter alia multa incommoda emergunt anxia & aſſidua familiæ (quæ tamen ſemper retrograditur ſolicitudo, apothecarum tenuis inſtructio, rei domeſticæ & familiaris ſordida ob uictus & amictus inſufficientiam parſimonia,uel potius cōtractio aut inopia,fraudulenta uiciſſim lucra, adulterina mercium mixtio,prelium mala inſtitutio,egeſtas & penuria, bonorum ceſſio,deniq; bellorum prolixi cōtinuatio, patriæq;

aſſi-

assidua depopulatio. Quæ ex sentētia D. Host. ita meminimus, tametsi eximius D. Panormi. in c. Nauiganti. de usur. aliquātò uerecundius pronunciat tñ idē cum eo consentit, modo nō prætexatur simulatū, seu fictū interesse, hæc enim sunt eius uerba nota In contractu mutui peti posse interesse post moram lucri uerisimiliter cessantis. Sed an à principio possit haberi ista ratio? posset fortè dici, quod ubi mutuans ducitur bona intentione, nec mutuat in fraudem, captandi lucri causa, quod tunc excusatur à peccato, licet alia
31 opinio sit sanior ac tutior. Itaq; si non sit † simulatū fictūq; interesse, concedit & Panorm. ante moram peti posse, & satis honesta ratio est, si æquitas rei & intentio considerent,
32 quia ut supra dictū est, † longissimè à sese differunt interesse & usura. Nulla. n. leges usuras permittunt, attamē leges ipsæ indicant æquissimam & honestissimam esse compensationem eius quod interest, sicut D. Baldus inquit in l. Acceptā
33 C. de usur. Cōmune & æquū interesse † uenit in omni contractu. Concludamus igitur, quod liceat stipulari quanti interest damni emergentis, etiam ante moram, nec id ualde
34 obscurum est. Nam uerum interesse soluere, † nō est usura, sed est debiti æquissima solutio. Nam hæc compensatio, siue solutio interesse, iuxta boni uiri iudicium deberetur, ēt si non intercessisset stipulatio, ob id quod nemo debeat alteri dare ullam efficacem causam damni, quod si talem dāni causam præbuit, profectò etiam in conscientia ad eiusdē dāni
35 cōpensationē tenebitur. Atq; iuxta hanc † responsionē, tametsi aliquanto obscurior sit ratio de lucro cessante ante moram, tamen si sit etiam probabilis ratio similiter concedēdum est, quod liceat stipulari quanti interest, etiam ante moram lucri cessantis, sed (ut diximus) sit probabilis ratio, uidelicet, si talis sit casus, in quo uir bonus iudicaret alteri deberi cōpensationē, ēt si nulla intercessisset stipulatio. Sed sit cōpensatio æqua, & non immoderata. Hæc aliquanto latius explicauimus, ut cōmonefaciamus lectores studiosos, ut usuras à petitione eius quod interest prudenter discernant. Quare nō sunt dānandæ sine descrimine omnes mutuationes, in quibus ij qui mutuo dant stipulant quāti interest an-

tę moram: nam boni uiri re honesta bene uti possunt. Est autem in hac materia sciendum, quod in ea probabilem rationem, legibusq; consentaneam habere sufficiat, quia mediũ
36 ut supra diximus, habet aliquam latitudinem.† Sed cum ꝓbabilis ratio reclamat, tum officium mutuationis, tantũ ad quæstum conferri dicendum est, quia in emptionibus honestis illa pecunia tantũ lucri nõ pareret. Ideoq; hos quæstus
37 palã apparet esse usurarios, iniustos ac peccaminosos.† Sũt autem usuræ iniustæ, propter multas causas, unam tamen, aut alteram causam (nam omnes hic commemorare nõ est consilium) lectoris ob oculos ponam, ut manifestissimè cernat usuræ iniustitiam. Primo enim in usura non seruatur æqualitas, ut uidere licet in fœneratoribus, qui & sortem accipiunt, & supra sortem etiam usuram extorquent, pro qua nihil dederunt. Imò tantum lucrum & planè enorme extorquent, idq; planè certum & sine ullo periculo (quod tamen in mercatura non rarò accidit) ut nemo sanæ mentis iudicare deberet, tam enormè extortum lucrum ullo modo posse
38 dici æquũ & bonũ, & iustũ.† Si enim æquum esset, profectò pecunioso cuiq; peteret certissimum ditescendi cõpendiũ, ꝑ quod longè citius & certius Crœsi opes corraderent, quã per mercaturæ sæpe periculosam negociationem. Altera
39 causa iniquitatis usurariæ,† cõspicitur, ex effectu uel euẽtu pecunię usurarię, ut q̃ nec fœneratoribus ipsis, nec ad fœnus oppignerantibus profuit unquam. Quis enim unquam fœneratores fœliciter ditescere, lætissimè in uita ualere, aut honorificè, & cum tanta, & secura conscientia, hanc uitã relinquere conspexit? Quis ipsorũ hæredes infœliciter uiuere, & multò infœlicius mori non cognouit? Ad hæc, Cui unquam homini pecunia accepta fœnori profuit? Imò cuius facultates (si ea utatur) non exhausit? quę quæso ad maiores aĩ angustias, & ad contractiorẽ rem familiarẽ non pertraxit? Profectò ex hmõi rerum infœlicissimo euentu facillimè reducimur ad ipsorum causas, ut dicamus eas esse undique infœlicissimas, iniquas, Deo odibiles, & proximo perniciosissimas, & charitati Christianæ inimicissimas, ideoq; ex Repub. passim exturbãdas. Sed ad intermissa. Et priusq̃ aliò diuertamur,

uertamur illud quoque Scoti Doctoris subtilis, distinct. 15 4.q.2.arti.2.haud aspernandum de interesse in mediũ adducere constituimus. Quamuis inquit creditor nõ possit cõtra debitorem habere actionẽ ad dãna, quia desunt pacta, stipulationes uel iuramenta, tñ in foro conscientiæ, debitor
40 tenetur ad interesse creditori. † Quia aũt hic agimus de interesse, & de lucro pupillorum, non abs re me facturum puto, si hoc loco explicauero tria illa iura, q̃ lata & disposita sunt super pecunia pupilli, minoris prodigi, ac similium subiectarum personarum, an ea uidelicet ad fœnus aut usurã
41 dari possit? Primũ † fuit ius ff. quo tutori aut curatori iniunctũ fuerat, ut pecuniã pupillarẽ fœnori deponeret ac daret, & si in hoc negligentes deprehenderent, ad omne damnũ exinde proueniens tenerentur. Imò quod fortius est, si ad damnum resarciendũ non sufficerent, extraordinariè coercerent, tex. est notatu dignus, in l. Ob fœnus. ff de admini.
42 tuto. uel curato. † Eo iure ẽt prouisum est, si tutor pupillares pecunias non deposuerit pro comparandis prædijs, aut eis iã depositis, in cõparando negligens fuerit, aut eadẽ legitimum intra tempus, fœnori nõ dederit, uel si eas suos in usus conuerterit, idque euidenter constiterit, ipse usuris legitimis earum pecuniarum conueniri potest, quas præstare obligatur, uniuersa autem hæc probant ordine, notabili necnon utili in. l. Tutor qui repertoriũ §. Si post depositionẽ, &. §. Pecuniæ q̃, cum sequẽtibus. §§. ff. de administra. tuto. uel curato. & in optima. l. Si tutor cõstitutus, eodem titu. Item, eodem iure dispositũ reperitur, eo dumtaxat casu ad usuras usurarum pupillo tutorem obligatum esse, si quas usuras ab alio per eum pro pupillo exactas aut suos in usus cõuertit, id est, usibus suis retinuit, aut si fœnori dare, cũ potuisset, neglexit, hic est casus apertus, in l. Qui negociationem. §. ex duobus, &. §. fin. de administ. tut. uel cur. atq; in. d. l. Tutor
43 qui repertorium. §. Si quas usuras, &. §. seq. † Et ita tutores & curatores præfati, pro pecunia pupillari ac minoris, quã in suos usus conuerterunt, tenentur ad interesse actualiter ipsis pupillis ac minoribus præstandum, iuxta. c. Per uras, de donatio. inter uir. & uxo. ac Bartol. & alios in. l. Diuus

ff. ad.l. falcid. & d.l. Tutor qui repertorium. §. Si post depositionem & §. fina. ff. de administrat. tuto. Bald. in l. prima, ad finem. C. de condit. indeb. & in l. fin. ad fin. C. de petit. hæredit. & in specie D. Ludouicus Romanus, in consilio. cxxxix. incipien. Pro propositæ quæstionis decisione præmittendum est, & cætera. D. Iason in consilio ccxix. 2. uolumin. incip. Ista materia rationum tutelarium tota ex bono
44 & æquò pendet, &c. Item eodem iure cautum est, † Si tutor sibi pupillarem pecuniam mutuo accipit clam, obligatur ad maximas usuras, scilicet, centesimas expressa. l. Qui sine. ff.
45 de nego. gest. Aut ad legitimas, † id est, pupillares, si palam, uel à contutoribus suis accepit. Idem alio loco, uidelicet in l. Non existimo. ff. de administrat. tuto. uel curato. & d. l. Tutor qui repertorium. §. Quæ autem. Huic quadrat per notabilis glossa in uerbo, legitimas, in l. prima. C. de usur. pupil.
46 † Et dicuntur usuræ pupillares, quas pro conditione suæ personæ, potest pupillus stipulari, secundum. l. Eos. C. de
47 usur. Ita glossa, ad Rubr. C. de usur. pupillaribus. † Eadem præterea iuris dispositione sancitum est, Tutorem finita tutela in usuras pupillaris pecuniæ conueniri posse, ad eum usque diem quo administratæ tutelæ rationem reddiderit. Sed hoc intelligendum est ni eas prius obtulisset, & in tuto loco deposuisset. l. Tutor qui repertorium. §. final. præallega. ubi inquit. Sciendum est tutorem, & post officium finitum usuras debere usque in diem qua tutelam restituit, & l. Tutor pro pupillo. §. Tutor qui post, cum. l. sequenti. necnon. l. Lucius. §. Quæsitum. ff. de administrat. tuto. uel cura-
48 to. † Postremò eodem iure prospectum legimus etiam hæredem ipsius tutoris ad usuras pupillaris pecuniæ per eum administratæ, astringi & obligari, Iudicis tamen arbitrio ex bono & æquo moderandas. Sicuti manifestè declarat. l. Cum ostendimus. §. usuras. ff. de fideiussorib. tut. Atque ita hactenus de primo Iure pecuniæ pupillaris dandæ ad usurã.
49 † Secundum uerò ius. C. superueniens quæ primo & secundo locis, pro iure. ff. superius posita sunt, approbauit, in l. 1. & in l. Si pecuniam, à contrario sensu. C. de usur. pupilla. atque expresse probatur in Rub. C. de administrat. tuto. uel cu

rato. &

50 rato.& pecu.pupilla. fœneranda uel deponenda. † Tertium autem ius est Autenticorum, atq; hoc planè contrarium est cum duobus iuribus præcedentibus, ut in Authentic. ut hi qui obliga.se haber.perhib.res mino.§.Quoniam autem col
51 la.6.Constitu.2 Necnon in Authentic.† Nouissimè. C. de administra.tut.uel cura.uetuit pecuniam pupillarem fœnerari id est, expendere ad usuram quod si fecerit, mutui subiacebit periculo, nisi sit mobilis eius substantia, cuius tutela uel cura administratur, tunc enim illud solum ad fœnus mutuare licet, quod ad dispensationem adolescentis & rerum eius sufficiet, quod uerò superest, cautè recondatur. Hæc uerba habet in forma dicta Authent. Cæterū ex his iuribus emersit tandem & alia utriusq; iuris dispositio, quæ usurarum prędictarum planè est prohibitoria, eoq; magis Christiana, sicuti plenissimè probatur, in l.Cunctos populos.C.de sum. Trinit.& fid.catho.& in Authent. Ad hæc. C.de usur.atque plenè signatur, in c.Quia in omnibus, per gloss.& Canonistas, extra, eodem titulo.de usuris.Ideo, inquit D.Bartol.quem in hoc plæriq; omnes imitari gaudent in l.Diuus.ff ad l.fal
52 cidiam.Quod eo modo, † quo olim obligabatur tutor curatorve pupillarem aut minorum pecuniā expendere fœnori; eodem modo eandem pecuniam mercatoribus idoneis, in societatem honestam, uel ad aliquod cōmercium pro honesta quadam ac licita lucri parte assignare, & tradere cogitur. Quod quidē ius adhuc hodie licitū esse censetur per casum expressum in c.Per uestras, extra, de donat.inter uir.& uxo. & ibi D.Panor.ac scribentes.Ex quo syncerè sequi indubiū est, quod quemadmodū obligabantur tutores uel curatores ad legitimas usuras pupillares restituendas, scilicet, pupillis, minoribus, & prodigis, si pecuniam pupillarem, minorū, aut prodigorum ad fœnus nō expendissent (præallegata.l.Si tutor constitutus, cum similibus multis) Ita hodie ijdē ad interesse pupillare, minorū & prodigorū obligantur & astringuntur, si ipsorū pecuniam, mercatoribus idoneis in societatem honestā, aut est cōmercium aliquod non tradant & consignent, ut sic ex ea tandē honestā aliquā & licitam lucri partem consequantur. Atque hoc est quod sensit Bart. in d.l.

Tutor qui repertorium.§.Si post,cum.§.sequenti. Cuius conclusio etiam stabilitur ex eo quod notat glos.in.l.Sociũ qui in eo.ff.pro socio,& in d.l.Cunctos populos,in.l.Iulianus.§.Ex uendito.ff.de actio.empt.& uendit.Necnon in.l.
53 Curabit C.de actione empti & uendit. † Ex præmissis apertissimè nunc patet, de iure ciuili usuras esse permissas, petique posse per dictam.l. Curabit, & ibi Baldus, &.l. Fructus.C.de actio.empt.& uendit.cum mille alijs locis huic.l.suffragantibus.Ac etiam licitas esse de iure Põtificio, quatenus interesse uerum aut saltem probabile resarciunt & cõpensant. Quocirca non sunt licitæ per se,& quatenus sunt usuræ,sicuti habet Glosa notatu dignissima, post Dominum Azonem,in dicta.l.Curabit.in uerbo Ratio. Ideoque regu
54 la Iuris Canonici dicit,† Vsuras eo iure peti posse, quando ut interesse exiguntur,alias uerò minimè,hoc est,usuræ ratione interesse sunt permissæ, etiam iure Canonum. Glosa est singularis, pro hac materia, teste Baldo,in.l. Petens,in repetit.C.de pact. Cui applicare operæpreciũ erit Dominum Panormitanum,& Doctores,in.c.Conquestus, & in.c.Salubriter,extra.de usur.Car.in c.Super eo. eod.titulo,& in Cle.eod.titulo.Istis quamoptimè accedunt c.Peruenit.&c.Conquestus,extra,de fideiussoribus,&c. Dilecti. ex.de fo.compet.Ex quibus authoribus luce meridiana cla
55 rius constat ſm † Canones, damna & interesse peti posse.
56 Nec regula illa tritissima:† Quicquid accedit sorti, est usura,huic obstat.Nam illa dumtaxat procedit,quum petiť aliquid ultra sortem,nulla rõne ad interesse habita,ad hæc optime suffragãtur,quæ ponit ac notat D.Bartolomeus Cepola,suis in cõsiliis,con s.15.numeris potissimum 4.5.& 6.Est igitur uera ſnía & indubitata, rõniq; maximè consentanea.
57 Quod in bonæ fidei cõtractibus,† ueniũt usuræ iure Canonico,nõ quatenus usuræ,sed quatenus interesse. Et facit p ea.l.Sociũ,qui in eo.ff.pro socio. Nullatenus igitur abrogatæ iure Pontificio censentur usuræ,si qñ ueniant, ut interesse,sicuti ẽt nec displicuit D.Ioanni de Blanasco Iuriscõsulto,suis in cõmẽtariis super titulo De actionibus,institu. 10. ca.de actione ex uẽdito. Sed hic diligenter quisq; suã intẽ

tionem

tionem perspiciat, ne mentiatur iniquitas sibi. Quidam e-
58 nim imò permulti suas usuras palliant, uestireq́; †uolūt suos
contractus usurarios & iniustos, alterius contractus noīe, di
cuntq́; se ex mutuo passos magnū interesse, propter eius pe
cuniæ carentiā, & non usum, quum tñ in rei ueritate, nihil
horum cū ueritate subsitat. Seipsos hoc modo non Deū, (q.
59 nō fallit) miserè fallentes. Vsura †enim (Dño Panormitano
testante, in c. Nauiganti. extra, de usur.) quo ad formā con-
tractus non cōmittitur, nisi in contractu mutui, sed quo ad
intentionem deprauatam, etiam aliis in contractibus com-
60 mittitur. † Quum igitur humana tribunalia nō iudicent de
occultis, hoc est, de hoīum intentionibus, sed tm̄ de manife
stis, & q̄ foris patent, aut factis, aut uerbis, signãter idē Pan.
asserit, aliquem in foro iudiciali posse excusari, & absolui
& eundem in foro poli & conscientiæ accusari, & ligari. His
itaque iam habitis diligenter obseruatis, audacter hanc col-
ligemus conclusionē, & certū de Interesse hoc statuemus In
61 ridicum axioma, † Omne Interesse pupillorum, minorum,
& prodigorum, uerum, non simulatum, & saltem probabi-
le licitū est idq́; tam iure Pōtificio, quā Cæsario. Ideoq́; &
illud interesse pupillare, ad quod obligantur, quouis iure pe
62 ti pōt à callidis tutoribus, & curatoribus, † quātumuis sese ꝑ
ignorantiam excusare nitantur, quæ crassa est & supina, &
mō ad interesse pupillare nō resarciēdū excusabilis, ut etiā
eximius D. Bartolus sustinet, in d. l. Cunctos populos. C. de
63 sum. Trinit. & fid. catho. inquiens, † Vsuras nullo modo exi
gi, quasi usuras, sed ut interesse, iuxta Iuris Canonici præce
ptum. Glosa est in uerbo. Petrum Apostolū. In d. l. Cunctos
populos Glosa in fine sui, in uerbo. Excedit. in. l. Iulianus. §.
Idem Papi. ff. de actio. empt. & uendit. Glosa est in uerbo,
Ratio, in. l. Curabit. C. eodē titulo, De actio. empt. & uēdit.
& in c. Conquestus, ex̄. de usur. nonnunq̄ præallegato. Vt er
go præsentem materiā omissa superflua prolixitate tandem
absoluamus, eam una aut altera qōne tā utili, q̄ necessaria,
64 terminabimus. † Plures enim adferre non est necesse, quū
de similibus idē sit iudiciū, ac ubicunq; eadē est rō uel æ-
quitas, ibi locū habet una iuris dispositio, s̄m. l. Illud. ff. ad

legem Aquil. & l. A Titio. ff. de uerbo. obligat. Illa eñ quę in radice & causa conueniunt, conueniunt etiam in effectu, uulgata. l. De quibus, & ibi Angel. & Doctores notant. ff. de legibus. Quocirca (ut dixi) explicata una aut altera qõne, facillime decidentur & reliquæ, quas breuitatis studio omittendas censuimus. † Prima itaque quæstionum sit isthæc.
66 An tutor, uel curator pupilli, adulti, siue minoris aut prodigi obligetur ad interesse, si nõ statim pupilli sui lucro & utilitati inuigilauerit, hoc est, si pecuniã sui pupilli, adulti, minoris, aut prodigi, ex patris, matris, aui, auiæ, aut cuiuscunque alterius hæreditate, uel aliundè debite, dextereq; prouenientẽ, in possessionũ, fundorum, feudalium, aliodalium, prædiorum, domorũ, redditũum, & eius generis haud dissimilium emptionem ac comparationem non cõuerterit, aut bono & æquò mercatori ad honestum licitum quæstum legitimum intra tẽpus non dederit, aut eã suos (ut liquidò constat) in usus conuerterit. Nam sic ad pupilli, adulti, aut prodigi utilitatem non satis inuigilasse conuincitur. l. fin. C. de administrat. tuto. uel curato. atq;. l. Generaliter, necnõ uulgari. l. A tutorib. ff. eodem titulo, De administrat. tuto. uel cura. & l. 1. in principio. ff. de tutel. & rõ. distrahend. cũ similib. Ad hanc itaque quæstionem ex Iurium, atque acutissimorum scribentium sententijs, & ex ijs quæ supra per nos
67 probata sunt, facillimè respõderi potest sic: † Tutor uel Curator si pecuniã pupillarem, aut prodigorũ (quæ tanquã interesse, & nõ ut usuræ, uti supra declaratũ est exigẽdi ueniũt) non statim ad pupilli, aut prodigi utilitatem expẽderit, profecto de eiusdẽ pecuniæ interesse conueniri poterit, & idẽ interesse sine dissimulatione præstare tenebitur, ut patet in. l. Tutor qui repertoriũ. §. Si post depositionẽ. ff. de administrat. tuto. uel curato. & quod ibi per Bar. necnon per eundẽ Bar. ubi hoc tenet in l. † Diuus. ff. ad. l. falc. licet eñ pu-
68 pillorũ, minorum, prodigorũ pecunia hodie ad usuras dari nõ possit (ut in dicta Authentic. Nouissime, & in Authẽtic. unde d. Authentic. deprompta est. C. de administrat. tuto. uel curato.) Sollicitare tamẽ, & diligenter curare debẽt, tutores & curatores, ut pupillaris, adulti, uel prodigi pecuniæ

ad

ad legitimum honestumq; quæstum expendātur, ut ex ijs aliquid fructus & utilitatis pupilli, &c. tandē percipiant, qđ nisi tutores, & curatores ilico præstent, negligentiæ accusan tur, & fiūt obnoxii, pp quā & in culpā incidunt, & ad uerum interesse aut saltem probabile (nō aūt ad simulatum interes se) cōueniri & damnari possunt, iuxta. l. Ita autem. §. gessis se. ff. de administrat. tuto. & d. l. 1. ad exordium ff. de tutel. & ratio. distrahend. & d. l. Tutor qui repertorium. §. Competit. uersiculo, Quid ergo atq; l. De his. C. de administ. tu to. & uulgatam. l. Quicquid. C. Arbit. tutel. cum aliis iuribus minimè dissimilibus. Omne ergo lucrum siue omnes usuræ quas olim petere licuit à tutore aut curatore, respectu negli gentiæ cōmissæ in non fœnerandis pecuniis, idem adhuc lu crum interesse & usura hodie peti possunt, & non uocatur tunc propriè usura, sed interesse: quodquidem iure compen sandum permittunt, propter negligentiam tutorū, aut curatorum, qui dictas pecunias aut fidis mercatoribus (pro hone sta aliqua lucri parte) non commiserint, aut ad redditus, aut fundos emendos non expenderint. D. Bart. in. d. l. Diuus & in. d. §. Si post depositionem, iuncta. d. l. §. Si tutor constitu

70 tus. Moderanda tamen ac † temperanda sunt præcedentia hoc modo. Tutor & Curator ad interesse non tenentur, si p̄dia, redditus, idq; genus alia nequaquam dissimilia, suo pupillo, minori ac prodigo non cōparauerint, nisi ea uænalia fuisse apertè constitisset, & liquidò apparuisset. Huic moderationi subscribit D. Bart. in l. Tutor qui repertorium. §. Si post depositionē crebro præcitata. Necnō Philp. Decius, in 3. consiliorum parte, cons. ccccxxx. Debet ēt apparere tantā pecuniam prius peruenisse ad manū tutoris, aut curatoris, & quæ ad prædictos redditus, fundos, aut prædia meritò suffi ceret, alioqui de negligentia damnari nō possent. l. Ita aūt. §. 1. præallegato & Authentico, ut hi qui obliga. se hab. p̄hibi. res mino. §. pen. His similiter cōgruit. l. cū plures. §. fi. ff. de administrat. tuto. & l. Idemq;. §. 1. ff. pro socio. Itaque priusquam tutor & curator ob negligentiam conueniantur, redditus, possessiones p̄dia, & horū nec dissimilia prius fuisse uęnalia certo probari debuit. quid. n. tutor pupillo cōpara-

ret? An id quod vænale nõ præstitit? Eo igitur casu tutor, & curator de negligentia damnari non possunt. Alia præterea ratio tutoris, &c. negligentiam liberat, siquidem pecunia ad manus ipsius peruenisset, sed minimè permãsisset. l. 2. §. per uenisse. ff. de hæred. & actio. uendit. ergo si eius ad manus peruenit, & non ad tempus aliquod notabile permansit, sed in pupilli adulti uel prodigi necessitates expensa fuit, excusationi profectò locus est. Hæc opinio & limitatio etiã cõfirmatur per D. Paul. Castren. suis in consiliis, consil. 301. nu.
71 6. 1. partis. † Hic obseruandum est, si Iudex tutoribus uel curatoribus præcepisset ut ex pecunia pupillari, aut minorũ cõmonstratos, aut oblatos emerent redditus, prædia, &c. eosq; tunc sine legitima causa non comparassent, quin potius neglexissent aut negligenter obliti fuissent, eo quidem casu ad legitimas usuras compensandas obligarentur, quæ hodie iure etiam nouissimo peti possunt, non tanquam usuræ, sed quatenus ex fructibus tantum percepissent uulgata. l. Tutor qui repertoriũ. §. Si post depositionem, & ibi Bart. ff. de administ. tut. cum aliis superius diffusius cõmemoratis. Atq; hactenus
72 de priori quæstione. Altera † qõ est. Tutores & Curatores si rerum pupillarium, minorum, prodigorum, necnon similiũ subiectarum personarum, rationes reddere distulerint, an ob illã causam ad uerum (si quod acciderit) interesse obligentur? Huius quæstionis solutio ex superioribus hactenus habitis satis colligi potest, & respõdendum est affirmatiuè, quod maximè tunc obligentur ad cõpensationẽ interesse. Statuen
73 da est igitur ex superioribus hæc conclusio. † Tutores & curatores tenentur pupillorũ, minorũ, & prodigorũ ociosam pecuniam conuertere ad lucrum, scilicet ad emptionem reddit<br>tuum, prædiorum, &c. siquidem per opportunitatẽ ea vænalia cognoscantur, aut his non oblatis, saltem eam pecuniã cũ mercatorib. ad honestũ & licitũ lucrũ aliqđ cõuertere. Nõ enim sufficiunt tutoribus aut curatoribus, si talẽ pecuniã domi in scriniis ociosam usq; ad diẽ rationis recondant, quum Christus inertem illũ talenti Dominici custodentam acriter obiurgatũ, multò accerrime puniri iusserit. Non amat, non q̃rit Chr̃us ociosos, sed laboratores, quosq; perquiri iussit.

Non

Non cõmisit sua talenta recondenda, sed ad lucrũ exponẽda
74 tradidit.† Quocirca tutoribus, & curatoribus non patrocina bitur, si in die rationis reddendæ acceptam pecuniam integram retulerint. Ab eis enim (sicut Christus fecit) eiusdẽ pecuniæ lucrum, aut lucri interesse meritò tunc reposcendum erit. Quod diligentissimè notandũ est aduersum tutores, aut curatores pecuniã pupillorũ, minorum, ac prodigorum ociosam relinquentes, præsentantes, putantes interim se per hoc etiam multa gratiarũ actione, imò & remuneratione dignissimos esse. Deoq; optimo maximo rem pręstare gratissimã, quod bona fide pecuniã acceptã integram seruauerint, & nõ (ut quidã alii) eandẽ prorsus absumpserint, aut bonã eiusdẽ partem sibi decoxerint, quales ego ipse noui: Fateor, sunt illi quidẽ istis aliquanto & corã Deo, & pro pupillis utiliores, uerum ob hoc ab ignauia, inertiq; negligentia nõ sunt prorsus excusandi, aut absoluendi. Posset hoc loco etiam moueri quæstio. An tutor, & curator teneantur ad interesse omissæ oportunitatis uel omissi oportuni retractus? Huius.q. minimè inutilis, ex his quæ supra diximus, perfacilis est solutio, nẽpe tutorẽ uel curatorẽ, tutelæ aut curatelæ actione teneri tanti quanti pupilli uel minoris interest, si talis retractus utilis, & oportunus non fuerit factus. Atq; ita finẽ huic titulo, De pupillorum, minorum, & prodigorum interesse imponimus: sufficit enim rẽ quasi cõmonstrasse digito, qđ omnibus ueris Iuristis, tũ dicta, tum adhuc dicenda passim sint obuia, & notissima. Ideoq; ex una aut altera quæstione discussa facilè soluuntur & reliquæ nequaquam absimiles, prædictas autẽ duntaxat dedimus ad exẽplum, ad quod innumeras alias similes (quas fora ciuilia quotidie suppeditant) referre licebit. Satis hic mihi fuit, si du[illegible] i andi, ueritatem inquirendi, simile q; quæstiones fabricandi, ac resoluendi occasionem, & materiam dederim.

# COMMENTARIA IODOCI DAMHOVDERII BRVGENSIS IVRECONsulti, in Titulum, de tutorum & curatorum Liberatione.

## SVMMARIVM.

1 *Tutor & Curator per Iudicem ad rationem reddendam cogẽdus est.*
2 *Pupillus, Minor, uel Prodigus rationem oblatam cogitur suscipere.*
3 *Tutoris aut Curatoris bona, quamlibet multa, pro administratione manent obligata.*
4 *Tutor aut Curator poterit suarum rationum, ac omnium administrationum, necnon inde dependentium liberationem exigere, quàm, si dare neglexerit, ius & fas est huiusmodi per Iudicem cogere.*
5 *Liberatio, Quietatio, Apocha, siue Quietantia, hac in materia satis inter se conueniunt.*
6 *Liberationes nonnunquam generales, & aliquando speciales sunt.*
7 *Liberationes generales nemo facere cogitur, sed bene speciales.*
8 *Liberationes generales sunt captiosæ, deceptoriæ, milleque periculis ac difficultatibus subiectæ.*
9 *Generalis liberatio & absolutio, appellanda est liberalitas captiosa.*
10 *Consilium authoris pro uolentibus, aut ex stipulatione aut alias dare obligatis liberationes generales.*
11 *Quomodo generalis liberatio tuto fieri possit.*
12 *Liberationis forma est, ut cognita & incognita, cogitata & incogitata comprehendat.*
13 *Liberatio generalis etiam ad iura, quæ liberans sibi competere ignorat, extenditur.*
14 *Liberatio, incognita non comprehendit, quando ignorantia est in genere, & in specie, sed quando est in specie, & non in genere, tunc sufficit illa scientia generalis.*
15 *Scientia in dubio præsumitur saltem in genere.*
16 *Præsumptionum uiolentarum experimentum est, ut cum rebus sensatis concordet.*
17 *Liberatio seu absolutio, sicut non ad ignorata, ita nec ad dubitata extenditur.*

*Libera-*

18 *Liberationibus ac absolutionibus generalibus facillimè multi circumueniuntur.*
19 *Nemo cum alterius iniuria locupletari debet.*
20 *Qui cum alterius iniuria locupletari studet, is per Iudicem repelli debet.*
21 *In liberatione generali obseruanda est utrinque personarũ qualitas.*
22 *Sicut in callido solemnitatis alicuius omissio, fraudis suspicionem parit, ita & superflua cautelæ excogitatio.*
23 *Per quos, & quales liberationes genarales fieri curent administratores fraudulenti.*
24 *Liberationes generales à Iudice diligenter sunt expendendæ.*
25 *Boni Iudicis est cuncta rimari.*
26 *Exemplum lepidum. quo quidam per quietantiam generalem, falsum administratorem ad reductionem calculi coegit.*
27 *Amantes omnia audent, omniaque promittunt, ut uotorum compotes fiant.*
28 *Liberationis, acquietantiæ fraudulentæ formalia.*
29 *Tres insignes errores per quietantiam generalem fraudulenter commissi.*
30 *Redditus pro temporum & locorum uarietate mutantur.*

## CAPVT PRIMVM.

1 QVEMADMODVM tutor, † curator, aut quilibet alius administrator, perfunctus officio ad reddendam rationem, (si in hoc cessare, aut tergiuersari uelle uideatur) per Prætorem, Præsidem, aut Iudicẽ cogi debet, teste Vulpiano I.C. haud infimo, in l.1.§. Officio .ff. de tutel. & ratio. di-
2 strahend. Ita contra † si pupillus adultus, aut maior, aut ꝓdigus ad sanã mentẽ reuersus, oblatã ꝑ tutorẽ, curatorẽ, aut ꝑ aliũ, aut per procuratorẽ rationem suscipere contẽpserit, idem similiter ꝑ Prætorẽ, Præsidẽ, aut Iudicẽ cogi poterit, ne tutoris, curatoris, aut administrato-

niſtratoris cuiuſcunq; operā uel ludificet, uel diutius in ſu-
3 ſpenſo teneat, quam bona, † maximè tutoris, aut curatoris, quantumlibet multa, pro hac una adminiſtratione interim ſemper maneant obligata. l. Pro offō. C. de admi. tuto. uel
4 curato. Et. l. fi. C. de uſur. pupil. Quamobrem † ſuperioribus abſolutis, non abs re tutor, curator aut adminiſtrator quilibet facturus erit, ſi ſuarum rationum, ac omnium adminiſtrationum, necnon inde dependentium liberationem, ſeu uulgò, quietationem exigat, & poſtulet, quod ipſi licitū eſt. Hanc autem ſi dare neglexerit, aut abſque occaſione legitima renuerit, ius & fas, eſt, ſuum pupillum, aut prodigum ad hmōi liberationem & quietationem per Prætorem, Præſidem, aut Iudicē cogere, ſicuti enim in unū, ita & in aliū tem pore tamen ac loco oportunis, cadit coactio. Nam (ut breui-
5 bus hoc quicquid eſt, abſoluam) liberatio, quietatio, † apocha, ſiue quietantia, hac in materia, ſatis inter ſe conueniūt,
6 quæ quidē quietantiæ nonnunquam generales, † & aliquando ſpeciales ſunt, ut ex infra dicendis apparere planius poterit, quarum deſcriptiones hic inſerere non putaui præſentis eſſe inſtituti, ſed eas omnino elementariis eſſe relinquēdas.
7 Vt aūt à generalibus incipiamus ſciendum eſt, † quod nullus iure cōpelli pōt ad faciendas quietantias ſiue quietatio-
8 nes uel liberationes generales, † quod tales omnes ſint captioſæ, deceptoriæ milleq; periculis ac difficultatibus ſubiectæ, imò quod manifeſtam iniquitatem in ſe contineant, ut ſingulariter ait Bart. in l. Cum Aquiliana. per eum text. in illis præclaris uerbis, liberalitatem enim captioſam, in-
9 terpretatio prudentium fregit. ff. de tranſact. † Appellatur autem captioſa liberalitas, generalis illa liberatio & abſolutio coniuncta. l. Vnde ſi neruæ. ff. pro ſocio. Nam remiſſio aut liberatio talis fieret de incognitio, ideoq; ob id facilius aliquis poſſet decipi. Huic etiam ſeruit textus ſingularis, in l. 3. §. Contrarium, ibiq; Iacob. de Aret. Oldra. & Bald. notant. ff. de contra. & util. actio. tutel. Atque hoc eidem Baldo etiam non diſplicuit, in l. Pactum, in 16. q. C. de colla. & Sali. in l. Sicut datam in fine. C. de libera. cauſa hoc quoque non diſplicuit D. Iaſoni in notabili. l. Si de certa C. de tranſact.

transact. & l. Lud. Ro. suis in cõsi. cõs. clv. incip. Præmissum laudum, in 2. dubio, ubi reputat textum. d. §. Contrarium, esse ad hoc singularem & insignem, & D. Card. in c. Super eo. de transact. atque D. And. Barbat. suis in consil. consil. 16. incip. Præclare scripsit Psalmista celebris. 2. uolu. ad finē. 3. colum. quod est memoria tenendum, tanquam quotidianum, multumq; frequens, ac utile, inter omnis generis ac conditionis homines. Ad speciales uerò liberationes, aut quietantias aliquis compelli potest, quandoquidem id omnis ratio suadet, & requirit. Rectè ergo & tutò ex his est inferendum, obligatos ad faciendas liberationes, posse (si uelint) generales facere, & tradere, atq; hoc est oīm tutissimũ: Speciales uerò liberationes rebus ad id dispositis, facere, & tradere, omni postposita excusatione ac tardatione, cuiuis est licitum, quum id sit rationis, & æquitatis notissimæ. Caueāt ergo qui sapienter, prudenterque agere cupiant, ne generales liberationes dent, sibiipsis bene consultum esse cu
10 piant. Porro si generales nonnunquam eos † dare contigerit, aut ex stipulatione aut ex alio modo, ad id obligati fuerint, sint tardi, difficiles, non ueloces aut leues ad eas expediendas & tradendas, nisi prius alios peritiores & prudentiores de eo negocio consultauerint, alioqui. n. captiositati milleque difficultatibus, ac inuolucris sese subiicerent, quod ego non raro non modo audiui, sed et hisce oculis uidi. Re
11 missio ergo, renunciatio, † uel liberatio prædicta generalis, an fieri possit, & qualiter possit fieri, ac quid comprehendat nunc discutiamus & examinemus. Principio itaq; manifestũ sit, qđ liberatio gnāli (uti diximus) oīo fieri possit. Qũo uerò eā fieri cōueniat, quidq; cōprehēdat paucis absoluamus. Si absolutio, liberatio seu quietatio, fieri debeat de rōne administrationis tutelæ, curæ, institoriæ aut similis, & si rationem reddens, cupiat absolutionem seu liberationem quæ in se comprehendat cognita, & incognita, cogitata & incogitata, tunc in apocha liberatoria, instrumento, aut quietantia, huiusmodi uerba exprimantur necessum est. Visis inspectis & cognitis administrationis tutelæ, curæ, institoriæve administratæ libris, tam per seipsos quàm per alios calculato

res

res ac peritos huiusmodi in re & negocio (quibus constat absoluendum soluisse,&reliqua consignasse, & reddidisse ra tionéadministrationis) absoluit & liberat administrantē.
12 Talis.n.absolutio seu liberatio haud dubie cognita & † in cognita,cogitata & incogitata in sese cōprehendit, testante D.Ang.in l. Tres fratres.ff. de pact. Hinc usuuenit ut insi-
13 gnes, & callidi aduocati, † & causidici exercitati in praxi, quoties requirunt liberationem siue quietationem, tunc eā ita generalem requirunt, ut etiam ad ea iura, quæ liberans sibi competere nescit porrigatur & extendatur, atque ideo exprimi faciunt quicquid liberat & quietat omne ius quod habet,quodq; habere posset & sperat, etiam si esset tale qd liberans ignoraret sibi competere. Hæc formalia prædicta suadet inserēda esse in literis liberatoriis. Ang.in l Qui iure militari.ff.de testa.milit. Haud dissimile uidetur uelle idem. Angel.in Authentic.ex causa.C.de liber.præteri. & in l.Filio præterito .ff. de iniusto.rupt. & irrito testa. & in l.Qui Romę.§.duo fratres.ff.de uerbo.obligat. Necnō idē Angel.uariis in locis breuitatis studio prætermissis,in quibus certissimam hanc dat cautelam ,ut incognita & non cogitata comprehendat absolutio seu liberatio in eum modū
14 ac formā facta quo supra. † Angelus tamē dixit in .d.l. tres fratres,quod absolutio seu liberatio, tunc incognita non cō prehendit, quando ignorantia est in genere & in specie simul,sed quando est in specie,& non in genere, tunc sufficit illa scientia generalis,ita intelligi.l.Sub prætextu.C.de trāsactio.ait dixitq; optimum esse argumentum.d.l. Qui iure
15 militari.ff de testa.milit.indubioq; † præsumitur scientia, saltem in genere,& ibi Ang. docet esse cautum contrahentem,ut comprehendat cognita & incognita. Sed huic opinioni ac sententiæ D. Angeli nonnulla obstare uidenť. Primò huic aduersari uidetur illud dictum Baldi haud contemnendum in c. Afferte mihi gladium de præsumpt.quod ex-
16 perimentum uiolentarum præsumptionum est,† ut cum rebus sensatis concordet, ideoq; uerisimile minimè uidetur absolutionem,liberationem seu quietationem incognita & incogitata simul comprehendere posse.Imò plus dixit text.

(Bartol.

(Bartol.teste,)singulari in l. Manifestissimi. §. sin autē ne-
17 scius.C.de furt.† Sicut absolutio seu liberatio ad incognita
non extenditur, ita pari ratione ad dubitata nequaquā exté-
ditur,cui dicto seruit tex.in l.fina. C.de condict.indeb. er-
go &c. Secundò prædictis obsistere uidetur quod superius
tetigimus,de liberalitate captiosa,quàm prudentum inter-
pretatio fregit,sicuti placuit l.Cum Aquiliana.ff.de trāsact.
quam quidem liberationē captiosam, generalē liberationē
ac absolutionē appellitant, Atq; hæc in se plærumq; iniqui
18 tatē manifestam continet & cōprehēdit.† Ideoq; huiusmo
di absolutionibus ac liberationibus generalibus multi cir-
cumueniuntur, quemadmodum unicuiq; manifestum eua-
det,quisquis deducta,ac deducenda diligentius intueri, &
expendere uolet,quare,&c. Tertiò à prædictis dissentire ui
19 dentur iura uulgaria disponentia, † Neminē locupletari de
bere cū alterius iniuria uel iactura l.Iure naturæ ff.de regul.
iuris.ca.locupletari, de regul.iur. lib.6. l.Naturaliter, in fi-
ne,& l.Nam hoc natura ff.de condiction.indebi. cum mille
concordantiis. Imò æquitati naturali repugnare uidetur, &
bonis moribus iustitiæq; ciuili prorsus esse contrariū, ideo
ipso iure talis liberatio generalis censenda est esse nulla,nul
20 liusq; momēti aut roboris,adeò ut † Iudex suo ex offō,eum
qui cupit si cum aliena iniuria uel iactura locupletari repel
lere possit,uti probatur l.Planè,ac l.finali.ff.de peti. hære.
Atq; talis locupletatio cum alterius dāno sępe accidere pote
rit in huiusmodi liberationibus,seu quietationibus genera-
libus, ergo, &c. Quartò obsistere uř prædictis liberationi-
21 bus generalibus,† quod in oībus similibus semp habēda sit
diligens rō,& consideratio oīum personarum, scilicet absol
uentis & liberātis,absoluti & liberi. Atq; in his nō solum à
parte,sed ēt ab ipso Iudice diligenter consideranda sunt, ip
sorū simplicitas,inscitia,& iners bonitas,& cōtra ipsorū uer
22 sutia,fraus,calliditas,aut nocēdi uafricies. † Nā sicut solen
nitatis alicuius omissio,sinistram inducit præsumptionē,ut
est Glosa insignis & singularis in l.Iubemus C. de testa. ita
quoq; abundās,superflua & insolita cautela,ab hoīe callido,
atq; astuto apposita,fraudis p̄sumptionē īducit, ergo talis p̄

S dicta

dicta absolutio, & liberatio meritò censetur ac præsumitur captiosa, quum sit generalis & facta à persona simplici, ho-
23 mine uersuto ae calido.† Huiusmodi enim liberationes generales plærumq; curant ac solicitant sibi fieri & edi, qui sibijpsis culpæ fraudis ac doli alicuius machinandi, sunt conscii, omnibus uiribus denique ac neruis aduocatum quæritãtes astutissimum, ac uersutissimum, ipsumq; sollicitantes, ut eis tales liberationes fabricet generales, omni ex parte absolutissimas, quibus sese undique defendant, aduersus omnes ac singulos, & contra omnium ac singulorum oppositioné, obiectionem ac contradictioné. His aũt ita confectis & fraudulenter excogitatis liberationibus uniuersalibus seu generalibus multum fidunt, spemq; in iis suam omnem reponũt, atq; arroganter immodestéq; suas scilicet excogitatas fraudes ét passim iactare non uerẽtur. Huiusmodi aũt liberatio
24 nes quomodocũq; machinatæ fuerint,† certæ insulsæ sunt inualidæ & suspectæ, & à prudenti Iudice (postquam ad eius cognitionem peruenerint) diligenter obseruandæ & rimãdæ ob fraudulentiã in ipsis processuũ & eãrum deductio
25 nibus, uẽtilationibus, & discussionibus.† Nã Iudicis est, cuncta rimari c. Iudicantem 30. q. 5. Neq; sagacem iudicé mouere debent tales quietationes generales. Neq; taliũ fraudulentorũ administratorum iactabundæ exclamationes & exultationes, quibus imprudenter clamitant. Moliant̃ nunc quicquid uelint ac possint aduersum nos atque contra nr̃am quieté habemus generalissimã, amplissimam, ac plenissimã liberationem seu quietationem, sese porrigentem ad oĩa cognita & incognita, ét si dolo nostro essent incognita, & tam in genere, quàm in specie, & etiã ad iura, & ad obligationes ex futuro pendentes, ét ex quacunque, & in quacunque causa, ac lite, &c. cuius nucleum, si esse uelint, frangant nucem, hoc est, huiusmodi liberationem nostram tã generalem & firmam dissoluant, necessum est. Per huiusmodi enim (inquiunt generalem liberationem nobis nata est securitas, & robur, quod contra omnes eorum calumnias, & lites intentandas tutò obtendere poterimus. Ah miseri, & deplorandi fraudatores, qui ita glorianter ur̃am perditis aĩam, & cõtra

charita

charitatem oīa agitis,& sic lætantes ad damnationē tam ꝓ-
26 pitanter ruitis.† Hæc aūt, ut clariora euadant, uno exēplo,
quod mihi contigit, apertius cōmonstrabimus. Venit ad me
nuper quidā Iuuenis, profectò honestus, modestus, acris iu
dicii, diues, multis naturæ & fortunæ, & corporis dotibus ꝓ
ditus, in quo nihil reprehensione dignum quisquam cōspi-
cere potuisset. Is ubi adoleuisset, decreuit animum adijcere
ad nuptias, & ambire uxorem, Dandē repperit unam filiam
pulchram, modestā, &(ut putabat) se suisq; moribus dignā.
Accessit ad me, implorabat meam opem, & operam, ut in
ea potiunda ipsi deesse nollem. Roganti Iuueni, & tam ho-
nesta petenti libenter morē gessi, & eius honesto desiderio
libenter obsequi uolui. Tutores itaq; eiusdem honestæ puel
læ, ac diuitis ipsius nomine primū conueni, rogaui uellēt ne
eandē fœliciter elocare, si ipsam dignus cōtingeret ambire
spōsus, & futurus maritus. Illi tutores alacri uultu affirmati
uū mihi dedere responsum, quo lętior factus, Iuuenē statim
ipsis nominaui, rogaui quomodo placeret, & quid de eo sen
tirent, & statuerent, audito huius Iuuenis noīe, gratias mi-
hi egerūt, de tanto ipsis, & suæ pupillæ honore præstito, pol
licentes sese cum puella, cum puellæ cognatis, & amicis ma-
turè consultaturos. Post aliquot dies rursum eosdem tuto-
res adii, rogans num prudenter de oblato negocio deliberas
sent, & cum propinquis egissent. Hi tunc aliquantulum fri-
gidius responderunt, se quidem cum amicis bene consultas
se, uerum nihil quidem certi constituisse, promittentes inte
rim suam operam, & intra pauculos dies resoluturos. Post
aliquot igitur dies ad eosdem redii, absolutam resolutionē
& responsionem urgens: Tunc hi quasi alieniores effecti re-
sponsionem tulerunt magis alienam, & impertinentem, &
sic tacite negatiuam. Ego admiratus tam indignam, & im-
prudentem responsionem tutorum, qui tam honestæ & di-
uitis conditionis Iuuenem aspernari uiderentur, Rogaui qd
ipsos ad ita tergiuersandum moueret, uerum illi (ut æquita
tis ratio semper est superior) quum non haberent quod re-
sponderent, pisce magis muti, hoc tantam responderunt, de
eo negocio inter consanguineos nondum satis conuenisse.

Quo accepto responso tam simulato, indignabundus abcessi. Post ad me reuersus cogitare cœpi, arborem primo ictu non solere decidere. Itaque non satis perspectum habens quidnam impedimenti rei progressum remorari posset: aliam igitur uiam ingrediendam mihi esse putaui. Prius enim uerbis tantum, posthac muneribus & pollicitationibus mihi tutorum animos expugnandos esse putaui. Quocirca iuuenis ambientis nomine præcipuum tutorem rursum adij. 30. coronatos in gratitudinis symbolum promisi, si rem ad optatum finem sua authoritate perducendam curaret. Is hac promissione lætior factus, omnem quam poterat operam promisit. Et quodammodo nos uoti compotes futuros esse certò firmauit. Postridie hic idem mihi factus obuius alacri uultu, ipse quidem ex hoc alacrior, rogabam num certa esset nobis speranda uictoria. Is tunc omnem operam, & certam spē ad futurum matrimonium promittebat, si modo is iuuenis procus mēdio illi consentire uellet, per quod solū ipsi ad has nuptias pateret certus accessus. Ego curiosulus de eo medio auspicando, rogare cœpi, quodnam id esset. Is incunctanter respondit, se iuueni tali cādide fauere, & ad easdē futuras nuptias optime uelle, easq; se solum cō stituere posse, si hic adolescens ipsi polliceri uellet, sese liberationem seu quietationem generalem omnium ac singularum rerum, atque inde dependentium administratarū daturum ac præstaturum, quod quidem postquam audissem idipsum adolescenti summa cū diligentia relaturum me pollicebar. Postquam igitur ei negocium omne clarius exposuissem; statim iuuenis spopondit se animo hilari atq; lubenti omnia atq; singula, quæ cura
27 tori aut aliis quibusuis placuissent, esse facturū, † ut plerūq; perditæ amantes assolent qui omnia audentes, oīa pollicitātes, quo suis uotis: & desideriis optatè fruantur. Hic itaq; tutor accepta promissione, & stipulatione, sub uerbo & fide boni adolescentis, sic negotio suo instituto inuigilauit, ut hoc ad optatū exitum tandē perductum sit, & iuuenis sua amica potitus lætas cum ea nuptias celebrauit. Postridie uerò celebrationis nuptiarū, hic tutor eundē nouum maritum accessit quandam ipsi papirum obtulit, liberationem generalem cō-

prehen-

prehendenté, quam edi describiq́; (uti indubiè præsumendum est)ab aliquo aduocato astuto,& practico curauerat, ut congruentius suas fraudes fallaciasq́; contegeret, cuius char
28 tæ tenor hic erat.† Visis,inspectis,ac cognitis,tã per me.N. in uxoré habentem.B.subscriptum,quã per alios peritos, expertosq́; calculatores,& Iurisperitos,inuentario,rationũ administrationũ libris seu codicibus, necnon oĩbus singulisq́; ex illis dependentibus,mihi uxoris causa obueniẽtibus, quibus constitit ac claruit. A.curatorem quondã uxoris meæ absoluendũ nunc soluisse,& uniuersæ præfatarũ administrationũ reliqua, tam mobilium, q̃ immobiliũ bonorũ,rationes, atq; omniũ ac singulorũ literas demonstratorias, siue munimenta reddidisse ac tradidisse, ideoq́; de his omnibus & singulis plenariè mihi satisfactum esse cognosco, & fateor, ob quod eundẽ tanquã quondam uxoris meæ curatorem nunc absoluo & libero,tam à cognitis,q̃ incognitis,tam à cogitatis,quam incogitatis. Similiterq́; quieto eidẽ omne ac qualecunq; ius,quod habeo,habere, aut etiam sperare possem, etiamsi esset huiusmodi,quod cõpetere ignorarẽ, ratione & occasione præfatæ administrationis,aut præfatarum administrationum,promittendo eidem in fide boni uiri,necnon iuramento firmissimo,me nunquam eundẽ molestaturum occasione præfatæ administrationis, aut prædictarum administrationũ,renunciando omnibus ac singulis,tàm iuris,quàm facti exceptionibus,quibus præsentem liberationem infringere ac infirmare possem ,quod testor.7.Decembris, 1559. meo signo manuali solito,ac consueto subscriptis.Ita est,Io. &c.Hanc deceptionis plenam schedulã ubi ille fraudulentus tutor obtulisset nouo marito, instanter petijt ab eo, ut huic schedulæ iuxta pollicita, & in fide boni uiri subscriberet, & suo cirographo muniret. Quod simulatq́; fecisset promisit se ilicò uxoris ipsius bona oĩa,& singula mobilia ac immobilia,& omnia inde dependentia fideliter demonstrare, & tradere. Porro hic nouus maritus, ne statim mendacii ac leuitatis coargueretur,& ut suis respõderet promissis,incõsultè suo nomine,cognomine,& consuetò cirographo,subscripsit,subsignauit,& ita eandẽ schedulam ratam habuit, & affirmauit,

Tutor uerò hilaris factus de ea subsignatione gratias egit, & multò hilarius abcessit. Post aliquot menses autem hic nouus maritus ad se reuersus, & quasi expergefactus recordari cœpit tam operosæ, & uerbosæ quitantiæ, cui nō ita pridē subsignauerat, ex ea nescio quem fucum, & dolū suspicans & metuens. Ad libellum igitur rationarium perlustrandum sese totum tradit, omnia rimatur, omniaq; & singula cum uiro perito, & in calculo expertissimo, & potissimum rationes nō nullas, quas quondam fecerat communicat, examinat, & di-
29 ligenter omnia discutit, † & errores aliquot insignes in iis rationibus, tā in omittendo, quā in addendo cōmissos reppe rit. Quorū primus error erat, summæ 30. librarū grossorum omissio, quā quidē summā à quodā in cōmodum, ac quondā pupillæ, nunc suæ uxoris utilitatē receperat, sed quā cōputis seu rationibus suis exhibitis nō inseruerat. Secundus error fuit, quod 96. grossorū libras monetæ Flādriæ annis 4. apud se reseruauerat uacuā, aut in usum propriū expendisset, sine ulla prædiorū, fundorū aut redditūū emptione, quū tñ notissimum esset quod illis annis in multis locis uarij redditus exti tissent vænales, ob quā omissionē, & crassam negligentiā, la tæ culpę annumerandā accepit damnū uel interesse 24. librarum grossorum monetæ Flandriæ. Tantam enim 24. librarū summā intra 4. annos prædictæ 90. libræ lucrari potuissent, si in redditus annuos per negligentē tutorem expensæ fuissent, ut cuiuis est notissimum, qui diuersarum ciuitatum cōsuetudinem exploratam habent. Cōmuniter enim æstimantur ad denarium 16. nonnunquam etiā 18. & quādoque 15. duntaxat, quàm consuetudinem fere receptam uidemus hac tempestate Antuerpiæ, Louanii, Bruxellæ, aliisq; in locis
30 Brabantiæ, † Flandriæ, Hollandiæ, & Zelandiæ. Precium enim hmōi reddituum non est ubiq; æquè certum & defini tum, sed ꝭm locorum distinctionē, & etiam temporū uarieta tem uariari consueuit. Similiter etiam secundum assignationum, fundationum, & hypothecationum diuersitatem, unus redditus est melior altero, cariusq; uendi potest. Tertius error fuit de cathena aurea, florenos Renenses centum ualente, quàm tradere ac restituere prætermisit, quæ quidem ca-

thena ex successione materna, uxori suæ quondam pupillæ prouenerat. Harum itaque summarum omissio ac non traditio, ei proculdubio magno detrimento fuit ad summã usque 70.13.4.supradictæ monetæ Flandriæ. Atq; hæc summa fere quartam omnium bonorum suæ uxoris partem confecit. Hæc igitur omnia (quod uiri boni & prudentis est officium) dicto tutori prius commonstrare, & cum eo familiariter cõferre uoluit, priusquam eundẽ in iudicium protraheret, negociumq; omnibus palam faceret. Hic uero tutor postquam ea audisset, ac intellexisset, animo summè irato ac stomachoso ait sese ea nihili æstimare, quandoquidem haberet liberationem sufficientem, quã sese defenderet, ac ei resisteret. Ecce hic pie Lector fraudulenti tutoris uanam arrogantiã, & cassa nuce inaniorem responsionem, quæ indubie se hominem sinistræ conscientiæ fuisse demonstrat. Hæ igitur fraudes tam iniquæ, per proborum, & peritorũ uirorum impulsus persuasiones, & rationes urgentes sopita sunt, & per tutorem restituta, priusquam in Iudicium res controuersæ fuerant pertractæ, & multorum auribus innotuissent. Atq; hæc de isthoc primo capite dicta sufficiant.

## SVMMARIVM.

1 *Quæstio, quid faciendum si errores per transactionẽ non essent sopiti?*
2 *Administratores nec citò, nec temerè conueniendi.*
3 *Liberatio per dolum extorta iniqua est, & non seruanda.*
4 *Liberatio est inualida, si constet de asseueratione falsi, aut retentione boni.*
5 *Liberatio est inualida, si constet de reliquorum retentione.*
6 *Liberatio est inualida si cõstet quod tutor pecuniam pupilli in propriũ usum conuertit.*
7 *Pupilli pecunia non debet permanere sterilis.*
8 *Qui in ratione necessaria omittit, ex fraude omisisse putatur.*
9 *Omissio alicuius fructus, liberationem infringere potest.*
10 *Doli commissi distinctio.*
11 *Dolus remissus uidetur, qui committitur ab eo cui nihil ex dolo adest.*
12 *Dolus non est remissus, qui committitur ab eo, cui aliquid ex dolo accedit commodi.*

13 *Dolus præsumitur, quando pupilli pecunia ad lucrum non expenditur.*
14 *Pecunia, quæ est apud tutorem, eadem apud hæredem esse præsumitur.*
15 *Si pecunia tutori tradita, non sit reperta, de dolo remisso præsumitur.*
16 *Dolus remissus per transactionem aut liberationem purgatur.*
17 *Dolus cum causa permanente scilicet cum lucro doli per liberationē purgari non potest.*
18 *An iuramentum liberationem confirmet?*
19 *Iuramentum sine præsumptiuo consensu defectus, non roborat liberationem.*
20 *Iuramentum cum certo consensu defectus, liberationem potissimum specialem roborat.*
21 *Iuramentum in genere, cum clausula speciali, liberationem roborat.*
22 *Renunciatio generalis non inducit consensum.*
23 28 *Generalis dispositio non extenditur ad ardua, nisi specialiter exprimantur.*
24 *Consuetudo iurisdictionis non extenditur ad ardua.*
25 *In arduis singula sunt exprimenda, & ad superiorem referenda.*
26 *Causa ciuilis ardua, criminali causæ æquiparanda.*
27 *Dignum expressione speciali pro neglecto habendum.*
29 *Clausula in liberationē insolita, & suspecta, certā fraudē prætēdit.*
30 *Quietātia per procuratorē data, nō liberat à dolosa administratione.*
31 *Sicut quietantia non roborat dolosam administrationem, ita nec eiusdem quietantiæ ratificatio.*
32 *Ratificatio tantùm est de licitis, & non de dolosis aut ignoratis.*
33 *Ignorantia nihil operatur in facto alieno.*
34 *Liberatio dolose extorta, actione de dolo, aut per exceptionem rescindi potest.*
35 *Liberatio dolosa per condictionem sine causa, excipitur.*
36 *Liberatio cū promissione, & rato, nō extēdit ad dolose administrata.*
37 *Promissio ī quietātiis, nō ratificat, nisi quatenus honesta sint et licita.*
38 *Quæcūq; principalē nō obligāt, ea nec procuratorē obligare possunt.*
39 *Procurator nō magis obligare potest, quàm principalis.*
40 *Qui actum iniquum impugnat, is ratificationi non derogat.*
41 *Liberatio ad tempus facta, non sortitur effectum post tempus.*
42 *Limitata causa, limitatum gignit effectum.*

*Post*

43 *Post tempus induciarum, non inchoatur nouum bellum, sed continuatur prius.*
44 *Interdictum ad tempus, post hoc tempus re assumitur, non recenter inchoatur.*
45 *Suspensa licentia ad tempus, finito eo tempore, continuatur, non renouatur.*
46 *Legatum ad dolum euenturum, nihil operari potest.*
47 *Liberatio in plena forma, non extenditur ad bona pupilli quæ supersunt.*
48 *Quietantia generalis, tametsi cum iuramẽto, & decreto Iudicis, non tollit reuisionem rationis, & reliqua dolosè retenta.*
49 *Forma operosa faciendarum quietantiarum generalium.*
50 *An pupillus per iuramentum excludatur à beneficio restitutionis?*
51 *Pupilli debitor soluere debet cum mandato Iudicis uel Prætoris.*
52 *Decretum Iudicis facit licitum, quod per se erat illicitum.*
53 *Solutio cum authoritate Iudicis omnium est tutissima.*
54 *Statutum Brugense. Quod debitoribus pupilli non liceat soluere, nisi duobus tutoribus coniunctim, sub pœna iterandæ solutionis.*

## CAPVT SECVNDVM.

POSTQVAM cognoueram liberationis materiam in superiori capite non satis absolutè pertractatam esse, sed nonnihil ampliori notitia explicandum restare, uolui eandem matariam, per continuationem aliquanto fusius in hoc 2. cap. reuocare & quod deesse uidebatur, perfectius absoluere. Primò igitur hanc quæstionem explicare
1 placuit. Quid ex iure faciendum sit, † si errores præallegati per transactionem nequaq̃ sopiti fuissent, & per tales rationes, argumenta per quæ prædicta, & similis liberatio impugnari potuisset. Ad hanc quæstionẽ nonnihil laboris & molestiæ insumere placuit, & ut materiam tam utilem & & quotidianum latius explicemus omnino gestit animus, sic ut minores, maiores, & qui sui iuris effecti reperiant, & habeãt, quo possint ac ualeãt crasse negligẽtiæ, latæ culpæ
2 astutijsq; quódã tutorũ, † aut curatorũ callidorũ resistere,
(Omn,

(Omnes interim admonitos uolo, ne temerè sine delectu, & absque prudētum, circumspectorumq; consilio, sunt quō dā tutores, curatores, aut administratores molestēt, aut eos dē statim negligentiæ, latæ culpæ, dolive incusent.) In pri-
3 mis igitur hoc tenendū est, † quod liberatio, & quietatio, superius in mediū adducta, sit euidenter iniqua, ac ideo nō
4 sequenda nec obseruāda. Primò † & potissimū qñ de falsa asseueratione, ac dolosa rationis redditione, ex inuentarij, rationumq; inspectiqne & inquisitione liquido cōstat errores subesse, atq; ideo per cōsequens talem de dolo reperto liberationem, ipsi liberanti non posse obesse, ut quæ dolosè, & fraudulenter extorta præsumitur, gl. notabili teste, in l. 3. §.
5 1. ff. de contra. & util. actio. tut. Secundò † qñ constat de reliquorum retentione, tunc. n. dolosè extorta censebitur omnino liberatio, sicuti sentit D. Bart. ad textum celebrem & aptissimū l. Aurelio. §. Gaius. ff. de libe. leg. Huic quadrat uulgatissima. l. Dolus. ff. de man. Vbi ob suū dolū in dicta liberatione cōmissum ipsa liberatio meritò uenit rescindēda iuxta. l. Sub ꝑtextu. 2. C. de transac. His q̄ optimè seruit, ꝙ Bald. aliiq; post eum ponunt, ad singularissimā. l. Si Seruus uetitus. ff. de lega. 1. Ang. & Imol. in l. Si seruo. ff. de heredib. institu. & in insigni. l. Aurelius. §. Meuia eo. tit. ff. de li-
6 be. leg. sæpiusculè allegata. Tertiò qñ constat, † qđ tutor aut curator pecunias quondā suæ pupillæ, suā in utilitatē cōuertit. Ex eo. n. dolus nō mediocris censetur commissus, & ipse talis fraudulentus tutor, pupilli prædo nominari meret, uti Ang. Imol. & Moder. minimè displicuit ad. l. Pōponius. ff. Ex facto, ꝑ eū text. ff. de acqui. hæ. ponitq; Romanus eadē in l. §. Sed si legatariæ. Necnō Alexand. de Imol. in l. Si ex stipulatione. ff. de acqui. possess. quib. suo ex officio prædia seu redditus cōparare obligabatur, qñ uænales reperti
7 fuerint. Nō. n. debuit pupillæ sterilis ꝑmansisse pecunia, † licet eadē ꝑ se sit infructuosa, ac dūtaxat ad emendū inuenta, ut habet textus admodū signādus, in c. Eijciēs lxxxviij. di-
8 stinc. Quisquis. n. qđ facere debuit, † id plane omittit. Hūc ex dolo, & fraude idipsum omisisse præsumitur, ſm tritissimā. l. Tutor qui repertorium. ff. de administrat. tutor. uel

curato.

curato. quæ quidē ꝑsumptio, probandi onus in tutorē, cura torēve trāsfert. l. Siue possidetis cū ibi notatis. C. de ꝓbat. Ex quibus cēsendū est dolosam fuisse administrationē, ꝑ ꝗ tutori aut curatori, aliquid adest, ac cōmodū ex ea ꝑsentit Et ideo in hoc casu manifestū est liberationem ad hmōi administrationē extēdi nō debere. Cū his cōsentit illud Paul. Cast. suis in cōsiliis, consilio cccvj. incip. Aduertendū, ubi
9 concludit, Quod per talem fructuum ac † quarundarum rerū omissionē, tutori aut curatori facta liberatio prodesse nō possit, sed quod optimo iure retractari debeat, non obstante iuramento ac Iudicis decreto, ut ipse latè prosequitur, quem locum breuitatis gratia ulterius non profero. Quum
10 enim sumus in liberatione inter uiuos, † ea per distinctio-
11 nem explicanda est. Nā in tali liberatione, † dolus cōmissus fuit, aut ab eo cui propter dolum nihil adest, & tū dolus præteritus uř remissus, ꝫm glossam in l. Actione C. de transact. quam approbat. Pet. in d. l. Sub prętextu specierum eodem titulo, & Guil. de Cunio, in l. Pomponius scribit. ff. de ne-
12 goc. gest. Bald. & Sali. simpliciter † transeunt in d. l. Actione. & Bald. in l. Cum necessitatem. C. de fideicōmiss. Aut dolus commissus est ab eo cui ꝑp dolū aliquid adest, nempe quia nonnulla retinuit (ut in casu præallegato) & tunc remissio aut liberatio generalis, ad talem dolum nequaquam extenditur, nec per illam huiuscemodi dolus præteritus uidetur remissus, nisi expresse doli illius commissi mentio facta sit. l. Lucius. ff. de libera. lega. Huius aūt distinctionis meminit Bartolus in d. l. Aurelio. §. Caius, eodem titulo quū Baldus approbat in præalleg. l. Sub prætextu in fi. Fulg. & Mod. ī d. l. Actione Bal. Ang. ac alii ad l. Si unus § Illud nulla. ff. de pact. probatur ex his quæ ponit Bart. in l. Tres fratres eo. titu. & in d. l. Pomponius. Paul. Cast. in d. l. Tres fratres post Ange. ibi Cumque igitur in casu præsenti, nulla doli mentio facta fuerit, huiusmodi dolus præteritus nō
13 uidetur remissus. Quia autē ob aliquam † causam pecuniā non conuertit ad pupilli lucrum, ex eo dolus & subtractio præsumitur, uti dictum est. Præterea ex quo demonstratur pecunias ad eius peruenisse manus, ex eo quoque prę su-

mitur

mitur quod factus sit per eas pecunias locupletior, nisi per ipsum de contraria præsumptione in bonam partem doceatur, ut est glossa notabilis, ibiq; Angel. in l. Vtrum. ff. de petitio. hęred. not. per gloss. in l. Si fine. §. Modestinus. ff. de administrat. tuto. ꝑ Docto. post glos. in l. 1. C. Si aduers. credi. & in l. Prædiorum C. de præd. mino. dicitq; Paul. Cast. suis in consiliis, consilio cccl xx. incip. Ad primam quæstio-
14 ne respondetur in fine primi dubii, † &c. quod postquam pecuniæ numeratæ fuerunt apud tutorē, eædem & apud hæredē eius esse præsumuntur, allegat. l. 1. §. Quod penes hæredem. ff. de fideiusso. tuto. Bald. in d. l. Sub prætextu, in fina
15 libus uerbis. Quod illa pecunia nō reperiat adesse, † censet dolus remissus, quia talis dolus causam habet transeuntem,
16 ideoque à tali dolo per transactionem, † aut remissionē, seu liberationē postea sequentē, purgatur. l. 2. ibiq; Angel. C. de transactio. notaturq; in d. l. Tres fratres. Verū si admi-
17 nistratori postea comperiat aliquid adesse, † tunc talis dolus causam habet ꝑmanentē, & transactionis & remissionis siue liberationis temporibus durantē, ideo is minimè purgatur, quia cū ipsa transactione, siue liberatione (cui inest) sē per cōiuncta ꝑmansit. Et hoc ita placuit Bald. s. ut quoties ex dolo administrationis præteritæ, aduersario administratori aliquid adest, dolus tunc causam ꝑmanentē habere dr̄, ac ipsi liberationi & transactioni inesse censet, authore Baldo, in d. l. Sub prætextu 2. ad finem, uti supra retuli. Sed qn̄ ipsi transactioni ac liberationi inest, licet liberatio facta sit per Aquilianam stipulationē, doli replicatio cōpetit, ut est casus in d. l. Actione. C. de transact. Quocirca in casu præallegato in quo probatū est, aut saltē haud difficulter probari potuisset, ex dolo aduersario aliquid adesse, doli replicatio obstat. Quū uerò ex dolo præteritæ administrationis aduersario nihil adest, dolus causam transeuntem habere dicitur, & per liberationem aut remissionem subsequutam, purgatur. Et sic quando aduersario aliquid adest, propter dolosam administrationem, dolo tunc aliquis seductus uidetur, ad ita transigendum & liberandum, & administrator huiusmodi liberationem à seducto extorsisse uīt, quo casu libe-

ratio etiã si iurata esset, effectu caret, & effectum sortiri nõ debet, pro quo est glosa insignis & notabilis in l. 3. §. 1. ff. de contra. & util. actio. tutel. quã allegat Paul. Castr. consilio
18 cccvij. Cum hoc tamẽ† pugnare uidetur, expressum iuramẽtum, quod habere uigorem clausulæ specificatæ dicatur, uti bellissime notatur in l. Cum pater. §. Filius matrem. ff. de lega. 2. probatur singulariter in c. ex rescripto. de iureiurãd. ergo habetur perinde ac si præfatæ summæ omissæ in supra dicta liberatione fuissent explicatæ, cõmemoratæ & expressæ, quemadmodum in simili habetur, in l. Quum auus. ff. de condit. & demonstrat. in uerbo, plus dictum quàm scri-
19 ptum.† Verũ hmói iuramentũ cum superiori Baldi opinione, pugnare non põt, quod renunciatio, liberatio, seu quietatio generalis non roboratur iuramento, quum est defectus præsumptiuus consensus. Ita Cy. in l. 1. C. commod. allegat
20 glosam ordinariam, in †Authenti. Sacramenta pube. C. Si aduers. uendit. Secus igitur iudicandum esset, si consensus manifestus cum iuramento certo adfuisse constaret, præterea si renunciatio quæpiam fieret specialiter (& non generaliter) & tali renunciationi speciale coniunctum esset iuramẽtum, tunc ipsa talis renunciatio ualeret, & haberet clausulæ specificatæ uirtutem & effectum. Ita ait Baldus, in d. l. 1. C. commod. Idem Bald. in c. 1. de controu. feu. apud par. ter. Nec displicuit Ioan. And. & aliis, in c. 1. de commo. Et iõ in casu pñti absolutio seu liberatio effectu caret respectu cõsensus, quia non adfuit absoluentis consensus, prçsumitur. n. qđ noluit absoluere de ea re, q̃ ipse absoluẽdus, seu absolutus nõ restituit. Hoc ita placet Bal. in d. l. 1. Qñ uero adest cõsen
21 sus† in genere, licet nõ adsit in specie, & iuramẽtũ accedit, tũc tale iuramentũ clausulã specificatã operatur, Ideoq; scri
22 psit Bal. in d. c. 1. de cõtrouer. feud. apud †par. term. renunciationẽ generalẽ nõ inducere cõsensum, ad hoc l. Cũ Aquiliana. ff. de trãsact. allegãs. Et à simili, superioribus consen-
23 tire uideretur, quod †in generali dispositione non sunt cõprehendenda ardua, nisi specialiter exprimantur. Hinc ait
24 Hostiensis in c. † literas de restitu. spolia. Consuetudo licet det iurisdictionẽ, tñ nõ dat in arduis, quia ardua debẽt exprimi

exprimi specialiter ut pulchre uoluit Ioann. And. in addit. Specu. in titu. de Sindico. §. 1. uers. Pone quod nomina, ubi
25 ĕt ait, In facto arduo singulorũ † nomina exprimi debere, fa. c. Ad hæc, de offi. Archid. ubi. Etsi Archidiaconus solus oĩa, respectu sui Archidiaconatus, explicare possit & ualeat, minime tñ ardua explicare pōt, hæc. n. ad Epum referri debēt. Huic proposito satis quadrat illud Exodi, c. xviii. Vbi ar dua ad summũ sacerdotē referebant, & hř in c. Per uenerabilem §. Rationibus qui filii sint legit. Voluit Hosti. in c. Ex gestis, de cleri. non resid. Ioan. Mo. in c. Super eo. de hære. lib. sexto D. Card. in c. Quum à nobis, de testibus, & in c. licet de uitanda. de elect. Placuit Baldo in l. Quum multa C. de bonis quæ liber. fa. Glosa admodum elegans, in §. Porro
26 3. di. Ideo dixit Pet. de † Anchara. Causam ciuilem arduā causæ criminali æquipararí. Ita consuluit consilio 26. Voluitque Baldus in l. Parentes C. de testibus. Facit ad hæc qđ uoluit D. Abbas in. 1. de excessib. prælat. & in c. At si clerici §. de adulteriis, extra, de iudic. & Baldus in l. Nullum C. de
27 testib. & in l. Iudices C. de fid. instrument. Atque ob hanc causam, dici solet. Quod illud, quod est dignum elegāti specificatione, si non exprimatur, uidetur neglectum, teste Vlpiano. I. C. in l. Item apud Labeonē §. Ait Prætor, uersic. Ea enim quæ. ff. de iniur. & famos. libel. Modo in casu factoque nostro læsionem insignem (quam nonnulli Doctorum nostrorũ enormissimam uocant) præsumi fuisse ac esse manifestum est. Quamobrem in tali absolutione, non uidetur de ardua summa absoluisse, quia talis ardua & ingens summa, expressionem specificam requirebat, quæ in generalem remissionem seu liberationem uenire non uidebatur, argumēto. l. Generali. ff. de pigno. & l. finalis. C. quæ res pigno. uel
28 hypo. ob poss. † Quare ea generalis remissio arduam summam comprehendere nequit, ad quam soluendam tenebatur absolutus, Debuit enim fieri specifica mentio de tam arduo debito, maximè considerata ipsiús absoluentis simplicitate, & considerata tam insigni ipsius læsione, quam ad suũ commodum cum dolo quæsiuisse uidetur ipse absolutus, & planè contra mentem, & uoluntatem absoluentis, iuxta illud

quod

quod habetur in l.fi.C.de his qui à non domi.manu. In uerbo, Mentem nostram fefellit, ergo si non soluit tam ea, quæ eius ad manus peruenissent, quàm reliqua, non opitulatur ei absolutio, seu liberatio, quod ea per dolum, & fraudē machinata fuerat, & omnino pater mentem, & ipsius absoluen
29 tis uoluntatem, † Præterea colligitur, & præsumitur dolus & fraus absoluti, ex eo quod in suis liberationis schedulis, apposuit cautelam quādam suspectam, & apponi ī talibus actibus insolitam & inconsuetam. Nempe quia administrationis rationem non fideliter satis reddidit, nec reliqua assignauit, aut solum pauca expressit, ideo apponi fecit hanc insolitam & suspectam clausulam, per quam cupit ut liberās ipsum absoluat, & liberet ab incognitis, & ab incogitatis. Quæ profectò clausula manifestam præ se fraudem fert, & continet. Ita ait glosa singularis in l. Si quis sub conditione ff. de condit.institu. Ideoque ex tali cautela apponi insolita, iuris & de iure præsumptiò oritur, dolosam esse talem absolutionem, Glosa est singularis in.l. Quum allegas.C.de usur. Nā sicut defectus uel omisśio alicuius solennitatis falsitatis præsumptionem inducit, ut supra diximus iuxta glosam singularem in l. Iubemus.C.de testament. Ita quoque solennitatis redundantia apposita à calido, astutoque homine, fraudis p̄sumptionē arguit. Sed hic quæri posset, quid iuris fuerit, si liberatio facta fuisset per procuratorem speciale & irreuocabile mandatum habentem, (prout hac tempestate frequenter contingit) quæ etiam ratificata fuisset per mandantem, an ex capitibus ac rationibus, quorum supra memini, huiusmodi
30 modi liberatio rescindi posset? † Ego censeo adhuc planè rescindi posse, ut satis superque demonstratum est. Nam clarū est, quod si mandatarius habuisset mandatum ad liberādū, non extenderetur illud ad liberationem dolosæ administrationis, hoc est, ad reliqua præsertim dolose & inique retenta & occultata, per fraudem, uel scienter, argumen.l. Creditor.§.Lucius.ff.Manda. Quodque notat Bartolus in.l.finali. ff.de Præto.stipula.cum concordant. Neque huic obstat, qđ
31 dicta liberatio ratificata dicatur. † Sicut enim liberatio non
32 extendebatur ad dolosam † administrationem, ita nec ratificatio

ficatio aut approbatio. Ratificatio enim non auget liberationem, ut comprehendat plusquam de sui natura in ea induceretur. Nam, ut inquit Baldus in l. 2. in fine. C. Si aduers. rem iudicat. Natura confirmationis est, robur addere cōfirmato, non autem extendere ad id quod in eo non includebatur, alleg. pro hoc textum in l. Aurelius. §. Testamento. ff. de libera. lega. Eadem confirmat Paul. Castren. suis in consiliis consilio cxxxiiij. incipien. Notandum est quod ista, & cætera, in principio. Præterea, approbatio non extenditur ad dolose administrata, sicuti notatur per Glossam, in l. Pōponius scribit, in fine. ff. de nego. gest. atque Bartolum, in d. §. Gaius. Item ratificatio non extenditur ad ignorata, uti notatur per gl. Bart. & Baldum, in l. Mater. C. de rei uendi. Necnon per Baldum in l. Obseruare. §. fi. colum. 5. uersic. 4. quæro. ff. de offic. proconsul. & legat. Neque hac in re administrator suā
33 prætexere potest ignorantiam, quia talis † ignorantia non præsumitur in facto alieno. l. fi. ff. pro suo, nec ubi agitur de damno uitando, quemadmodum notatur in l. Nō fatetur. ff. de confess. Necnon in l. Error. C. de iur. & fac. ignor. Ex quibus nunc manifestum fit, quod quamuis dicta olim pupilla, & post eius maritus, aut eorum mandatarius, siue procurator liberationem præfatam ratificassent & approbassent, tamen illa liberatio posset infringi. Ideoq; nullū ex eo impedimentum aut interesse oriri poterit, siue talem liberationem secuta fuisset ratificatio, uel approbatio, siue non. Ex prædictis. n. contra tales ratificatas liberationes, multæ colligi poterunt defensiones, & per quas ostendi poterit absoluentem ex præ
34 dicta obligatione minimè teneri ac obligari. † Primò quia ex quo probatur, dictā liberationem fuisse dolosè extortam, competit absoluenti siue liberanti actio de dolo ad rescindendum, iuxta id quod habetur in d. l. 3. §. primo. ff. de contra. & util. actio. tutel. & in d. l. Sub prætextu. C. de transactio. Quin & hic idem ita circumuentus etiā per uiam excipiendi, exceptione scilicet doli se defendere potest, sic ut testatur Vlpianus. I. C. in l. Inuitus. §. Cui damus. ff. de regul. iur. necnon in l. prima. §. 1. ff. de superficieb. Secundò quia
35 competit † ei condictio sine causa ratione erroris, ut traditur

tur in l. Si cum te. ff. de pact. & in l. Si obligatio. C. de solut. pluribusque cum similibus iuribus. Igitur etiam hic sese tueri poterit, per exceptionem cōditionis sine causa, argumento
36 to dicti. §. Cui damus. † Tertiò quia si talis liberatio non extenditur ad dolosè administrata, uti plus satis ante probatum est. Et ideo promissio cum rato similesque clausulæ, nequaquam ad huiusmodi dolose administrata sese extendere possunt, nec ea confirmare, iuxta Glossam notabilem in l. Si patronus. §. Patronum. ff. Si quis in fraud. patro. Atque per textum notabilem, in l. finali. ff. de constitu. pecu. quem allegat Baldus, in l. Si absente. C. Si certum peta. & in l. Ex testamento. C. de fideicommiss. cum alijs similibus iurib. Quarto, quod ex quo liberationem præfatam esse iniquā ac per dolum extortam constat, non uidetur quod ex promissione, quicquam accedere potuerit, quia conuentus ex sua ꝓmissione, excipere poterit de dolo & liberationis iniquitate, argumento. l. 2. in fine. C. de fideiussō. mino. & in l. Si minor. ff. de procurat. & in terminis consuluit notabiliter Pet. de Ancha. suis in consi. cons. cccxxxj. ad ultim. char. uer. descendo ad oligationem, ibiq; subdit, quod dolus reipsa, sicut dolus ex proposito, sufficit, argumento l. Si quis, cumq; ibi.
37 notatis ff. de uerbo. obligat. † Item adducit, quod talis promissio ut rata sit, & obseruanda, dēt intelligi nō simpliciter, sed sic ut ratificet, & approbet tm̄ ea quæ sunt licita & honesta, non autem, quæ in se dolum continent & iniquitatem, argumento textus, in c. primo, de iureiurando, lib. sexto, & in l. Si procurator ff. de condict. indebit. atque in l. Si liber. ff. de oper. liber. necnon in c. Veniens, & in c. Quintauallis, de iureiurand. cū similib allegationibus. Quintò, nā etsi ipsemet principalis, stantibus terminis prædictis, præfatā fecisset liberationem, licitum tamen interim esset eidē talē libe-
38 rationem suā impugnare, eique † contradicere, quia hmōi clausula de rato, & ea per quam principalis non cōtraueniet sub pœna, non obligant magis extraneos promittentes, quā principales, si ipsi talem actum facerent, argumento l. Stipulatio hoc modo concepta ff. de uerb. obligat. & eius qđ habetur in l. Titia, eodē titulo, & in c. Gēma. ex. de sponsalibus.

Itaque eleganter concludit Petrus de Anch. in sua disputatione, incipiente, Cum C. Laicus, in xvii. colum. uersic. est
39 & alia forma, quod duæ personæ, &c. † Nõ enim potest magis obligari is qui promittit de rato, quàm ipse principalis, si idem fecisset, uel actum ratificasset, argumento l. Cum minor, quæ est tertia, in principio, & in §. primo. ff. rem rat.
40 haber. Comprobantur prædicta hoc modo. † Nam qui impugnat actũ aliquem, tanquã iniquum de iure cõi aut speciali, is nõ uidetur uenire contra actum ratificatum, ut probatur in d. l. 3. ad exordiũ, & in §. 1, & ibi Bartolus ff. rem rat. haber. & ad terminos nostros tradit & notabiliter ac signãter Ang. Aret. suis in consiliis, cons. lxxx. Incipiente, In causa istorum, & in consilio c. Incipiente, longitudo & uerborũ prolixitas, &c. colum. ultima. Sed huius opinionis caussas, breuitatis studio omittendas censui. Præcedentibus etiã seruiũt quæ ponit Decius suis in cõsiliis, cõs. cccxlix. Incipiẽte, Diuino implorato præsidio. Consuluit excellentissimus Doctor, &c. numero 11. Atq; liquidissima l. Si seruus ueti tus ff. de legat. 1. Necnon clarissima l. Si quis rationes ff. de liber. legat. not. Bartolus in l. Aurelio §. Gaius, col. penult. uersicu. Sed quid si relinquitur liberatio, eodem titulo. Baldus in l. Cum necessitatem C. de fideicommiss. sæpissimè adducta. Et non solum quãdo liberatio fuit relicta simpliciter sed etiam, si dictum fuit, quod ei uoluit præstare omne id in quo contingeret tutorem aut curatorem ratione dictæ administrationis condemnari, propter hoc enim dolus futurus non uĩ remitti, nec reliqua quæ essent apud tutorem aut curatorem, sed illud dũtaxat legatum remittendum esse uĩ, in quo rõne negligentiæ condemnatus fuisset, aut condemnari potuisset. Et ita Salycetus concludit in d. l. Cum necessitatem. Et Angel. suis in consiliis, consilio clxxv. Incipiente, Viso dicto statuto, ad finẽ. Et Petrus de Ancha. suis in cõsiliis, consilio cxviii. Incipiẽte, Casus talis est. Et Ioãnes de Ana. suis in consiliis, cõsilio. lxxx. Incipiente, Visis & intellectis. Hoc autem loco non præter materiã erit adiicere hãc
41 quæstionẽ, s. An liberatio, uel absolutio † administrationis, ꝙ tutori aut tutoribus relinquitur, suũ sortiri debeat effectũ,

finita tutela, id est, usq; ad tempus pubertatis? Ad quam quæstioné respondendum est, quod liberatio facta ad certum té pus, nequaquam sortiri debeat effectum suum post tempus, per textum in l. Si unus. §. Si cum reo. ff. de pactis, quoniã limitata ad certum tẽpus post tempus non producunt effectũ,
42 quod solet (uulgo) hoc pacto dici, † limitata causa, limitatũ producit effectum, uulgata. l. In agris. ff. de acquirend. rerum
43 domi. & l. Age. C. de † transact. Hoc exéplo fit manifestum. Tempore enim induciarũ finito, non uidetur orta noua belli incipiendi occasio, sed primum intermissum bellum, ipsaq; belli occasio tantum continuari dicitur. Huic seruit. l. Postliminiũ. §. post induciæ. ff. de capti. & postlimi. reuers. & ter. e. Cy. in l. Si unus. §. Si cum reo suis in additionibus ff. de pact. Est & alia ratio, scilicet, quod sententia suspensa ad tempus, non indiget renouatione post tẽpus, & id ita consuluisse ait Angel. in d. l. Si unus. §. Si cum reo, de quodam
44 qui erat ad mortem cõdemnatus. † Similiter si suspendatur interdictũ, finito tẽpore suspensionis, recipit, siue reassumit interdictum uires suas. Cuius meminit Innocent. in c. Cum inter. de consuetud. Facit textus in l. Sed si manente, ibique Glos. ff. depreca. necnon in l. Si quis ex fundo. & l. Si locus,
45 ibi in pristinum statum. ff. quemadmodũ serui. amitta. † Et ideo si Iudex concessit alteri licentiam capiendi debitoré, & postea illam licentiam suspendit ad tẽpus, finito tempore, non est necesse licentiam renouare. Et ut redeamus unde digressi sumus, paucis cõcludendum, teste Pet. de Ancha. suis in consiliis, consilio cxviij. incipien. Casus talis est, &c. qué omnino uidendum consulo. Hæc autem sit conclusio, quod aliquis poterit petere administrationem integram administratorum, post tempus finitæ tutelæ administratæ per tutorem aut tutores, ac deinde petere administrationis rationé, respectu doli & reliquorum infra tempus, durante tutela,
46 alias secus. † Quia legatum respectu administrationis futuræ dolosæ, uel respectu reliquorum, nihil operatur. Nam hoc non præsumitur fuisse de mente testatoris, sicut & alio loco memini. Ex quibus omnibus concluditur, quod ratio ac reliquorum redditio repeti possint, quantumuis de libe-

ratione seu quietatione ab aliquo opponatur. Et quod contra illam replicari possit. Eam scilicet liberationem tanquã dolosam, iniquam & erroneam nequaquam obstare, quin rescindatur, & repetatur sicut ex causis, capitulis, & rationi-
47 bus superius allegatis demonstrauimus. † Ideoq; liberatio, licet facta sit in plena forma, non porrigitur tamen ad ea, quæ de bonis pupilli uel adulti apud tutorem aut curatorem supersunt, sicut probat textus celebris ac apertissimus in l. Aurelio. §. Gaius, ff. de libera. legat. Ibi Modestinus sic respondit. Si quid dolo curatores fecerunt, aut si quæ res testatoris penes eos sunt, eo nomine ipsi conueniri poterunt. Et ibi Doctores. Atq; in l. Aurelius, §. Mæuia. eodem titulo; ibi. Quæro, an si quia pecunia ex tutela apud eum remansit, peti ab eo possit? Respond. Nihil proponit cur pecunia quæ pupillæ est, & apud tutorem posita maneret, legata uideretur. Porro si quis fuerit, qui hanc materiam latius explicandam desiderauerit, is sequentes petat & reuoluat Doctores. Principio Sozi. suis in consilijs, consilio clix. Incipien. In præsenti consultatione præmittens aliqua. &c. Et in consilio cxc. Incipien. Memini me pluries consuluisse 2. partis. Secundò, uideat Andream Barba. suis in consiliis, consilio xvj. secundo uolumine. Incipien. Præclarè scripsit Psalmista, &c. Tertiò, perlegat Petrum de Ancha. suis in consiliis, consilio cxviij. Incipien. Casus talis est, & in consilio cccxxx. Incipien. Visis facti, &c. Quartò, consulat Paulum Castren. suis in consilijs, consilio lxiij. secundæ partis, Quintò Philip. Decium, suis in consiliis, consilio cx. & consilio cclix. Sextò, legat Dominũ Bartol. Cæpolã suis in consiliis, consilio lvij. cum sine numero similibus allegationibus, prolixitatis euitandæ causa, prætermissis, quos tamen latius prolixiusq; persequi, tædio fuerit plenissimum. Sit igitur talium Doctorũ resolutio huiusce
48 modi; † liberatio, quietatio, & remissio lata, ampla & generalis, facta tutori aut curatori, etiã cũ iuramento & decreto non tollit reuisionem rationũ, & reliqua dolosè retenta & tacita, sed tenetur tutor aut curator denuò facere computum, rursusq; rationẽ reddere, si constare possit computationem priorẽ aut fuisse malam, aut non plenam, sm Paulum Castr. in con-

in consil. cccviij. Incipien. Aduertendum, quod si de mala ra tione computorum, &c. Hanc conclusionē multum ampleac notabiliter cõsuluit Pet. de Ancha. in consil. cccxxxj. incip. Visis facti narratione & copijs testamentorũ, &c. Necnõ post eos D. Iason signanter suis in consilijs, consilio ccxix. Inci pien. Redēptoris crucifixi. 2. uoluminis, quos occurrente ma teria, legendos ac relegendos in prædictis locis oĩno consu lo. Priusquã autē extremã manum huic materiæ imponã, su perest, ut etiã modi, ac formæ generalis liberationis, absolu tionis, siue quietationis faciendæ, cõponendæq; mentionē tandē aliquam faciamus, qua sese olim tutores, curatores, ac oĩs generis administratores, boni synceriq;, à telorũ, quib. impeti fortassis immeritò possint, infestatione defendere & tueri possint. Sed antequã hanc formã explicemus, hoc lecto rē prius admonuisse uelim, qđ per eã formã fraudulentis tũ toribus, curatoribus, aut administratoribus nolim suppedita re ansam ad lites, & uexationes cõtra suos quondã pupillos, minores, prodigos, ac huius farinæ personas, quo suas adulte rinas, pollutas, & infectas administrationes, in parte, aut in uniuersum per hmõi formalia tegere, & operire ualeant. Te stor Deũ Opti. Maxi. & conscientiã, quod mallē peritorum hac in materia disertas legere audireq; sententias, quam eo rundē legentiũ iudicio aliquid imprudentius effutire, & ip sis meã temeritatē coarguendã cõmittere, tametsi apud ip sos (ut id cũ eorũ uenia dixerim) nonnunq̃ stateræ reperian tur minus æquæ, & iniusta pondera. Quamobrē oĩa ac singu la, tã quæ scripsi quã q̃ scripturus sum, Doctorũ Iuris utriuſ que iudicio ac correctioni, ac oĩm quorũ interest me submit to, & me errantē ut ad semitã rectã reducãt oro. Nõ aũt hic statui liberationis gñalis singula uerba enodare & declarare, sed plæraq; breuitatis studio ꝑtermittere, & ipsam solũmõ formã gñalis liberationis hic ostendere decreui. Sit igit̃ for ma gñalis liberationis hmõi, ſm qua & multæ aliæ similes, iuxta materiã subiectã, casusq; exigentiã, fingi perfacillimè

49 poterunt. † In noĩe Dñi, Amen. Nouerint oẽs & singuli prę sentis publici instrumēti seriē uisuri, inspecturi, lecturi pari ter & audituri. Qđ anno, &c. Indictione, &c. die uerò, &c. mē

fis,&c.Pontificatus summi in Christo Patris,&c.anno, &c. In mei notarii publici & testium infrascriptorum ad hoc specialiter rogatorum præsentia, personaliter cōparuerunt honorabiles ac discretæ personæ, Pamphilus Felix & Domicella Lucretia,filia & hæres legitima quondam Sempronii Cabec,& Catharinæ suorum dum uiuerent legitimorum parentum,ab hoc seculo,sicut placuit altissimo,sublatorū, cōiuges, & ciues Oppidi Brugensis, Brugensis Diocesis ex una, & probus uir Titius Dierick tanquam eiusdem Domicellæ dudum priusquam eidem Pamphilo matrimonialiter iuncta esset,tutor & curator legitimus,ac etiā bonorum ex parentū suorum prædictorum successione sibi competentium administrator in solidū & uniuersalis ex altera partibus.Qui quidē Pamphilus & Domicella Lucretia ab eodē Pāphilo uiro siue marito suo ad infra scipta specialiter authorizata, cōiunctim sponte, & ut asseruerunt matura deliberatione præuia, & ex certa scientia, Omnibus quibus de iure potuerunt, & debuerunt melioribus modis, uiis, & formis,uolentes præfatū Titiū dudū ut præfertur,tutorē & curatorē eiusdē Domicellæ Lucretiæ,successionis eius paternæ ac maternæ administratorē legitimū,ob onere tutelæ,curatelæ,& administrationis hmōi exonerare,liberare,& penitus quietare. Confessi fuerunt,in ueritate recognouerunt, & expresse declararunt sese attentè & diligēter uidisse, inspexisse & examinasse,tam per se,q̄ alios Iurisperitos & in calculis & ratiociniis huiusmodi administrationū faciendis,reiiciendis,admittendis & absoluendis,expertos & exercitatos. Repertorium seu inuentariū oīm & singulorū bonorū mobiliū & immobiliū, eidē Domicellæ Lucretiæ tā ex succesione parentū suorum prædictorū,quam alias,quomodolibet cōpetentiū.Necnon oēs & singulos libros,codices,chartas, scripturas publicas & priuatas, & quæuis alia munimēta & documēta legitima, ad eorundē bonorū cōseruationē defensionē, & euidentiā spectantia,seruientia,& quōlibet pertinentia,quorū idē Titius habuit uel habere debuit,aut potuit,legitimā administrationē & manualitatē, ac per hoc liquidè & euidenter cōperto, qđ præfatus Titius ut supra qualificatus,de oibus & singulis occa-

occasione præfacta per eum administratis, gestis, & quouis modo procuratis, administrationem hmôi concernentibus, & ab eadem aliquatenus dependentibus computum & reliqua, adæquatè, absolute & speciatim reddidisset, soluisset, tradidisset & deliberasset eundem Titium tutorem, aut curatorem & administratorem præsentem & acceptantem tam pro sese, quàm pro hæredibus & successoribus suis, ab omni gestione, gubernatione, & administratione, sub ratione dictæ tutelæ & curatelæ susceptis, tanquam absolutè habitis, fideliter administratis, necnon iusto computo, & reliqua prius realiter factis, redditis, & acceptatis, ad debitum finé deductis, finitis, & integrè consummatis, omnibusq; & singulis pecuniarum summis, redditibus, prouentibus, & emolumentis, ac iuribus, actionibus & obligationibus, ab eadé administratione, quouis modo, & ex quauis causa, etiam ex futuro, seu litibus ac controuersijs, ex testamento, aut alias, dependentibus, & quomodolibet emergentibus, quas & quos ijdem cóparentes, aut eorum successores ab eo Titio eiusve successoribus exigere aut quomodolibet prætendere nunc & in futurum possent, scienter, appensatè, & liberaliter absoluerunt, liberarunt, & penitus quietauerunt, remittétes etiã eidem, & quietantes omne & qualecunque ius quod sibi aut successoribus prædictis occasione sæpedictæ administrationis nunc competit & forsan competere poterit in futurum, etiam si illud prorsus ignorarent, siue illa ignorantia esset in genere & in specie: siue in specie, & non in genere: siue in genere, & non in specie: qualiscunque fuerit, siue etiam incognitum & inexcogitatum esset, etiam si dolo, fraudeq; alicuius esset incognitum, tam in genere quã in specie, arduum, & non arduũ, siue leue. Et promiserunt tam pro se quã suis hæredibus & successoribus solenni eorũ iuramento interueniente, & ad sancta Dei Euangelia præstito, mihi notario publico, tanquã publicæ & authenticæ personæ soléniter stipulanti & recipienti, uice & noie omniũ & singulorũ, quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurũ præfatũ Titium super habita per eũ administratione huiusmodi, aut illius quocunq; & qualicunq; prætextu, eiusq;

hæredes & successores nullo unquã tẽpore aut modo in iudicio uel extra, impetere, molestare, aut alias quomodolibet inquietare, & perturbare, seu per alium, uel alios, quouis quæsito colore impeti, molestari, inquietari uel perturbari facere, sub pœna mille ducatorũ. Hispanicorũ auri, in auro, pro una Cęsareæ Maiestati, & alia dicti Oppidi pauperibus, ac tertia partibus eorundem mille ducatorum præfato Titio, statim & ipso facto in euentum cõtrauentionis absque ulla mora erogandorũ, soluendorũ, & applicandorum, inquam quidẽ penam iidem cõparentes sese ex nunc, prout ex tunc incidisse recognouerunt, ac pro iudicatis & condemnatis haberi & reputari debere uoluerunt & cõsenserũt absque alicuius executionis, & iudiciarii processus ulteriori prosequutione, salua nihilominus & rata dicta liberatione semper manente, pro quibus omnibus & singulis præmissis, tenendis, obseruandis, & plenariè adimplendis ac pœna in euentum contrauentionis, ut præmittitur, persoluenda & applicanda, iidem comparentes obligarunt tam se, quàm bona sua omnia, mobilia, & immobilia, præsentia & futura obligataq; & hypothecata esse uoluerunt, specialiter & expressè, illaq; omnia & singula iurisdictioni, compulsioni, & coercitioni, quorumcunq; iudicium, tam Ecclesiasticorum quã secularium quarumuis curiarum aut lucrum ubicunque existentium, per quos quidem iudices & eorum quemlibet, ad hoc per eundem Titium, eiusve hæredes, & successionis eligendos, uel eligendum uoluerunt cõpelli, cogi & coerceri posse, usque ad plenariam eorundem præmissorum & singulorum omnium obseruationem, & pœna in euentum prædictum promptam & realem solutionem subiecerunt, supposuerunt, & submiserunt, necnon pro eorundem oĩum & singulorum præmissorum maiori ualiditate, robore & firmitate, renunciauerunt, tã pro se, quam hæredibus & successoribus suis prædictis, exceptionibus doli etiam cõmissi in actu liberatiõis, uis metus, & fraudis, in factum actionis, non numeratæ pecuniæ spei futuræ numerationis, erroris calculi, clausulæ generalis, si qua iusta causa uidebitur, recursus ad arbitriũ boni uiri. i. appellationis ad arbitriũ boni uiri, ne qs

condemnetur nisi habita ratione, ne egeat in futurum, fori, deceptionis ultra uel infra dimidíam iusti precij, iuris & facti ignorantiæ, non uerisimilitudinis, implorationis iudicis quod locupletaretur cũ alterius iactura, insignis (uulgo enormis seu enormissimæ) læsionis, falsæ causæ, falsæ assertionis ac suggestionis, contrariæ inspectionis rationum, librorum, codicum, scriptararum, & munimentorum, aliter uel plus seu minus scriptum, quam dictum, & econuerso, quod non fuerint, nec sint plenariè & integrè soluta & satisfacta, promissi seu pacti non mouendæ litis, molestiæ, seu alicuius cõtrouersiæ, occasione dictæ administrationis per Aquilianã stipulationem, per se suosq; hæredes, & successores in futurũ, non habitæ notitiæ aut certiorationis exceptionum, & aliorum supra & infra scriptorum, (quandoquidem per me notarium illorum omnium notitia & certioratio sibi facta & reddita extitit) necnon oĩbus & singulis alijs, tã iuris, q̃ facti exceptionibus, beneficiis, priuilegijs, & defensionibus, etiam rusticationis, aut cuiusuis alterius causæ, quomodocunque introductis & concessis, ac in futurum forsan concedendis: quas & quæ, licet præsentibus non expressas & insertas, expressa & inserta, pro absolute eisdem præsentibus insertis & expressis haberi uoluerunt, necnon iuri dicenti, generalem renunciationẽ minimè ualere, nisi præcesserit specialis, quibus contra p̃missa aut aliquod eorũ directè uel indirectè, aut aliquo alio modo, se tam de præsenti, quàm de futuro iuuare, tueri & defendere possent & ualerent. Cassantes ad eundem effectum, irritantes & penitus annullãtes, ex nunc prout ex tũc, & pro semper, quæcunque, quodcunq;, & qualiacunque munimenta, tam priuata quàm publica, literas quoque & scripturas quascunque, per quę & quas aliquo modo constare posset præfatum Titium uel hæredes, & successores eius, causa dictæ administrationis habitæ, præfatis comparentibus, eorumve hæredibus, & successoribus esse, remansisse aut fore obligatos, seu deberi teneri, uel quomodolibet obligari, ac propterea eadem munimenta, literas & scripturas, quæcunq; & quascunq; dictã administrationem cõcernentia, & ad illam quolibet seruient & pertinétia, aut

seruientes

seruientes & pertinentes, ubicũq; existentia reperibilia, existentes & repertas, uiribus omnino carere uoluerunt, nulliusq; de cætero fore efficaciç, roboris uel momẽti, cũ pacto solenni expresso, eorũ iuramento uallato, nunquã aliquod suffragium, releuium, aut cuiusuis generis, tã iuris, q̃ facti auxiliũ, aut absolutionem à iuramento seu literas aliquas, gratiã aut iustitiam concernentes per se uel alium implorare, & impetrare, aut impetratis uel in posterum impetrandis quomodolibet uti uel gaudere. Super quibus omnibus & singulis præmissis omnes præfati cõparentes debita cum instantia petierunt sibi à me notario publico infrascripto fieri, confici & tradi instrumentum uel instrumenta, publicum uel publica, unũ uel plura. Acta fuerũt hæc in loco. N. Diocœsis. N. sub anno, &c. præscriptis, Præsentibus. N. & N. &c. testibus ad præmissa uocatis & rogatis. Hæc aũt præscripta forma liberationis generalis, poterit de partium consensu obseruari in substantia, & passari (si ita fari liceat) uel trãsigi, coram Decurionibus, seu (uulgo) scabinis, paribus curiæ, uel indifferenter aliis quibuscunque Iudicibus, mutatis mutandis, omissis omittẽdis, & appositis apponendis, iuxta uniuscuiusq; Iudicii ac fori stylum consuetum in hmõi obseruari solitum. Cæterum non est hic prætereunda, sed
50 obiter notanda qõ, scilicet, † An pupillus aut minor qui tutorem uel curatorem suũ quondam liberauit, & iurauit non contrauenire: an is inquam per iuramentũ à beneficio restitutionis sit exclusus? Huius quæstionis meminit Cynus iurisprudẽtia egregiè insignitus, in uulgata Authentica Sacramenta pube. C. Si aduers. uendi. nu. 15. Allegans utrinque opiniones, ad quem breuitatis gratia, lectorẽ remitto. Ad pſentẽ postremo materiam (tametsi hoc superius dictum oportuit) notandũ est. Pupilli uel minoris debitorẽ aliquãdo plenam, aliquando pleniorẽ, & nonnunquã plenissimam consequi liberationẽ & securitatem, ſm glossam auream & singularem hanc materiam clarè enodantem & declarantem, in uerb. Imputandum, in l. Ait Prçtor. §. Permittitur ff. de mino. xxv. annis, quã cũ alia glossa, in l. 1. in uerbo potest. C. Si aduers. solu. necnon ẽt glossa, in l. iusiurandum, secunda

secunda. §.primo.ff.de iureiurãd.& Glosa,in l.Cõtra iuris ciuilis regulas ff.de pact.quas operæpreciũm erit memoriæ
51 commendare.† Nã ex illis habemus, quod debitor qui uolet soluere pupillo aut minori, si plenissimã cupiat cõsequi liberationẽ & securitatem,soluere debet cum mandato, uel iussu Iudicis aut Prætoris,ut testatur D.Angel. Aret. in.§. Ex quibusdam,institu. de pœn.temer. litigant. quia iussus
52 Iudicis excusat,facitq; licitũ,†quod alias foret illicitũ l. Si quis quasi ff.de S.C.Silla.& l.Furti.§.Qui iussu Prætoris. ff.de his qui notant.infa. His quam optime seruit l. Qui autẽ.§.Apud Labeonem.ff.Quæ in frand.credi.fact.sunt, cũ plus mille iuribus haud dissimilibus.Solutio ergo corã Iudice facta,plenissimã parit securitatem,& liberationẽ, quemadmodum etiam signanter uoluit Imperator Iustinianus in l.Sancimus.C.de administ.tuto.uel curato.Non eñ(inqt) debet quod ritè & ẽm leges ab initio actum, est ex alio euẽtu,resuscitari.Necnon l.Ait Prætor. §.primo. ff.de mino-
53 rib.xxv.annis.† Cum iudice enim in facta solutio, tutissima,plenissima,& securissima est,§.nunc admonendi, institu.Quibus alie.licet uel nõ.Et glosa in fine sui,in uerbo,Po
54 test,in d.l.Contra iuris Ciuilis regul.ff. de pact.† Ad eandem præterea materiã facit statutum oppidi Brugensis, disponẽs ut sequit̃.Quod nemini liceat pupillo uel minori,uni uel pluribus,per literas obligatorias,aut alia media quouis modo legitimè obligato, deinceps aliquam solutionem alii facere, quã ipsis duobus tutoribus uel curatoribus coniunctim.Nã etsi alter eorundem tutorũ uel curatorũ literas obligatorias hmõi,aut alia sub se documenta, necnon à suo contutore, aut concuratore generale mandatum ad hanc solutionem recipiendam haberet,non esset tamen illa solutio sic uni tutorum facta,rata,& ualida, & hic alter tutor,uel curator absens eandem quietantiã, simul cum altero contutore uel concuratore prius subsignasset,& ita post subsignationem alteri suo contutori aut concuratori eandem solutionẽ recipiendã mandasset. Atq; hæc omnia sub pœna iterandæ solutionis.Et enim hoc statutũ ad cũ finem decretum, ut sic obuietur multis fraudibus, in hmõdi solutionibus quotidie

contin-

contingentibus. Ideoq; profectò statutum hoc opprimè laudandum, & meritò inuiolabiliter ubiq; locorum obseruandum est. Nam si hoc oĩbus in locis strictim seruaretur, multò melius pupillorum & minorum utilitati in futurum prospiceretur, & nunc quoq; melius prospectum esset. Hæc sub correctione & benigna lectorum interpretatione dicta, seriptaq; sint, pro huius materiæ complemento. Cætera præte reo, breuitatis studio, (quę hic recenseri commodè potuissent) ne oneri sim candido Lectori.

# COMMENTARIA IODOCI

## DAMHOVDERII BRVGENSIS IVRISCONsulti, in Titulum, de tutorum, & curatorum improbè administrantium periculis.

### SVMMARIVM.

1 *Pupillorum studia sunt diuersa.*
2 *Tutores qui ueri, & soli digni sint.*
3 *Tutores qui falsi, & indigni.*
4 *Tutores falsi, furca, quàm tutela digniores.*
5.16 *Tutorum grauis admonitio.*
6 *Tutela res ardua.*
7 *Tutelæ mala gubernatio, quantis obnoxia periculis & incõmodis.*
8 *Tutorum malorum multiplices astutiæ & fraudes.*
9 *Tutorem bonum, quid maximè ornet, & deceat.*
10 *Tutorem malum quid maximè dedecoret.*
11 *Tutores mali ad rem attentiores, quàm ad curam pupilli.*
12 *Tutores mali instrumenta sunt diaboli.*
13 *Iniuria ui fit aut fraude.*
14 *Tutores mali duas ob causas execrandi.*
15 *Tutores mali sub pastoris titulo lupi sunt.*
17 *Tutores boni, uicarii sunt Dei appellandi.*
18 *Tutores mali, iudicium & iram Dei non effugient.*

## CAPVT VNICVM.

SVNT multi qui pupillorum, &
minorum uel prodigorum tute-
1 las, & curatelas, † studiose am-
biant. Verum hi subinde stu-
dio sunt † diuersi. Sunt enim
2 qui ex uerò amore pupillorum,
aut minorũ curas, & administra-
tiones quæritãt, nõ sibi, sed ami
co mortuo id officii sese pstare
gaudẽtes, ut quasi i demortui ui
ces, & locũ succedere possint, ut ad eosdẽ pupillos curãdos,
& ad eorũ bona gubernanda, quasi paternam curã, & affectũ
induere, & coram quibuscunq; ostendere possint. Hi profe-
ctò digni sunt, quibus solis & pupilli uel minores, & ipso-
3 rum bona committi debeant. Sunt uerò alii, † qui huiusmo
di tutelas & curatelas captant, non ad commodum, aut salu-
tem pupillorum, sed tantum ut suis marsupiis inuigilantes
occasionem habeant, per quam misellos pupillos mordeãt,
ad uiuũ usq; corrodant, deuorent, & perdant, nihil habẽtes
pensi quomodo cum pupillo res succedant, siue is moriatur,
siue bona supprimantur, dũmodo sibi abundè prospicere po
terit, & sese suósq; oẽs per talẽ occasionem locupletiores &
4 beatiores reddere. Verùm hi ut breuius dicã furca, † quam
tutela digniores existunt, si quo modo ipsorũ simulatus ani
mus aperte dinosci posset, qui aliquando tam fictè & laten-
ter suam rapacitatem, fidelis gubernationis fuco, & simula-
tione tegunt, quasi ipsi soli futuri essent fidelissimi. Quocir-
ca admonitos uelim cũctos pupillorũ, & minorũ ꝓpinquos,
ut diligenter attendant, quibus tales tutelas, & curatelas cõ-
mittant, & interim sæpius latenter auscultent, & pquirant,
qũo in tutelis, & curatelis se habeant, dignè ne, & fideliter
sua administratione fungantur, an indignè, & infideliter. Ip
5 sos uerò tutores & curatores admoneo, † uel potius rogo, ut
memores diuinæ ultionis strenuè & fideliter pupillorũ cõ-
modis inuigilent, accurẽt diligẽtius, q̃ si res essent ꝓpriæ,
putentq;

putentq; se Deo Opt. Max. præstare quicquid bonæ, aut ma læ fidei præstant suis assumptis pupillis, ac minoribus, reportaturi in die iudicij præmium aut supplicium pro admini
6 strationis fide præstita. Non enim est res parui † momenti, sed res maxime ardua tutelas, aut curatelas assumere, plenaque periculis nisi aliquis uero, ac syncero zelo assumpserit, & fideliter administrauerit, infinitis periculis, & perplexitatibus sese intricatos magis magisq; inuoluit (ut de æterna interim & corporis & animæ damnatione subticeam) qui administrationem alienarum rerum perperam, & malitiosè gerunt, sicuti satis superque colligi pôt, tum ex superiorib. hactenus habitis, tum ex sequentibus. Accersunt enim sibi
7 lites utrinq; immortales, † turpem ignominiam, infamiam non ferendam, inopiam, durissimam paupertatem, omniũ in ipsos murmura, cum multis cõtrouersias discordias, multorum probra, conuitia, & separationes coniugum ab inuicem, insuper, & desperationẽ, aliaq; innumera quibus totã suam ipsorum uitam undiq; obsitam esse sentiunt, & quod omnium est grauissimum assidua tum corporis, tum animæ inquietudine uexãtur, & cruciantur. Qua quæso mente ꝑdi
8 tos? quid de Deo illos spetare putas? † illos qui facultatibus suorum pupillorum, minorumq; tanquã propriis utuntur, easq; sic dilapidant, & dissipant, quasi nunquam restaret rationis redditio, ac reliquorum solutio. Alij sic administrantes ut ne semel quidem somnient, sed ad ratiocinia, atque ad reliqua obligari. Alii sunt callidiores, qui tametsi sciant se ad rationem obligari, eandem tamen semper procrastinant, & iurant, (ne substantiam seu pecuniam pupillarem ac minorum reddant ac restituant) pupillos, minoris ve non dum satis idoneos, nec sufficientes nec prudentes esse ad se & ad sua gubernanda, imò contra iurant ac deponunt eosdẽ esse inidoneos, cum tamen reuera sæpe magis idonei sint, quàm ipsimet tutores. Alii, eadem de causa, scilicet, ne decentem, debitam & sufficientem rationem, atque reliqua reddant, diu, longoque tempore rationem differunt, imò omnibus uiribus, & neruis impediunt, ne pupilli ducãt uxores, aut ne pupillæ nubant maritis, contra conscientias,

& con-

& contra omnem rationem æquitatemq; dicentes tale matrimonium in auspicatum, & inutile, quantumcunque ēt honestam bonam, ac præclaram conditionem alii offerant. Sed quid tales de iure diuino, canonico ac ciuili putas merentur, & quantis quæso sese periculis subiiciant huiusmodi tutores fraudulenti. Ego oēs Theologos, Iurisperitos, omnesque cordatos, & bene sentientes, breuitatis causa, Iudices facio. Alii sunt qui parcissimè gubernant, ut sibi potius, quàm pupillis adultisq; prospiciant, & consulant, qui uerius furis, quàm hominis bonæ fidei officio funguntur; qđ hoc nostro infœlicissimo sæculo, & in nullas non offucias ac fallacias cōposito, mirificè dolendum & conquerendum est, s. quod fidem integram, & ab omni spe lucri alienam non præstant, quā tñ ex officio & iuramento præstare debent, argumento, l. Creditor. §. fi. ff. mandat. sicut latius tractatum est,
9 in superioribus titulis, † capitibus & numeris. Tutorem. n. aut curatorem rectum, uerum, & fidelem nihil est qđ æquè deceat, q̄ ipsum pupillum, tanquam suum uerum filium diligenter curare, alere honestè, in studijs, aut opificijs, aut mercaturis exercendum tradere, & ad honestam functionē prouehere, deinde ipsorum pupillorum uel minorum bona rectè gubernare, utiliter ad lucrum, & ad augmentationem
10 expendere, † eadem strenuè tueri & defendere. Et contra nihil est quod ipsos tutores magis dedecoret, infamet, & perdat quàm pupillorum, aut minorum neglectus, & saluti gloriæq; ipsorum minimè inuigilare, & postremò ipsorum bona negligenter curare, ad lucrum non expendere, nec defendere, sed potius ad ruinam collabi & perire permittere, cuius farinæ permultos tutores hic commonstrare possem,
11 nisi breuitatis studium me cohiberet, † qui ad pupillorū minorumq; pecuniam corripiendam longe sunt attentiores, potissimum in primo accessu, quàm in perpendendis diligenter, ac enixè masticandis iuramenti præstiti uerbis, utpote pecuniæ affectu magis allecti, quam zelo bonæ administrationis, quam suscipiunt, quod res admodū ipsis sit amabilis, & accessu plausibilis, quemadmodum attestatur Imperator Iustinianus in §. Quoniam autem in Authentico, ut hi

hi qui obliga.se habe.perhib.res mino.colla.6. Hi aũt quũ sint in reddenda ratione ac in reliquis, testudine aselloque tardiores ac segniores(quod hoc nostro infœlicissimo seculo impense deplorandum arbitror)& in utendis pupillorum bonis ad luxum,ac propriam uoluptatem ardétissimi, de iis
12 uno uerbo dico:† Quod huiusmodi administratores,sathanæ sunt instrumenta,imò Sathana multò peiores,& detestabiliores,diabolus enim se ex natura hostem nostrum & aduersarium exhibet, hi autem ex uera & interna malitia, se pupillorum hostes simulanter ostendunt,seseque ut ueros amicos,& fautores ingerũt,& quasi parentum uices & affectus se referre simulant,ob quod & se iuramento ad tuenda & conseruanda sibi commissorum bona obligant, cumq; amicorum,imò parentum potius personam gerant. Interim tamen reipsa fures sese & latrones produnt, & pupillorum hostes tantò nocentiores,quantò occultatiores, quibus nihil potest esse aut cogitari abominabilius & execrabilius.
13 Cum enim authore† Cicerone duobus modis fiat iniuria, aut ui, aut fraude,utrumque quidem ab homine est alie-
14 nissimum,sed fraus est odio digna maiore.† Duplici autem nomine tutorum,& curatorum fraudes imprimis sunt execrandæ, & quamuis per occultam fictionem in hoc seculo pœnam effugiant,tamen in futuro grauissime sunt uindicandæ.Primò, quod in illam ætatem iniurij sunt, quæ per imbecillitatem & imperitiam seipsam tueri & cõseruare nõ potest,quæq; omnibus fraudibus & iniuriis exposita est, ut enim magis execramur,illũ qui fœminam,qui ægrum, qui corpore mancum occidit,aut uulnerat, quàm qui robustum & ad sese tuendum, & defensandum paratum uirum aggreditur,atque ita cum suo periculo illum aut mutilat,aut interficit:sic maiore odio digni sunt,qui pueros & minores dolis & fraudibus circumueniunt,quibus nondum natura eam astutiam,calliditatem,& prudentiam dedit, qua sibi ab illorũ technis & dolis cauere & prospicere possint.Ideoq; hæc est secunda & præcipua causa, ob quam tales tutores (imò mentito nomine tutores, quia cum hoc suo nomine ipsorũ actio pugnat)extremo digni sunt odio,&supplicio, quod il

los

los potissimum fallant, illisque nequiter iniuriam inferant
ad quos tuendos, pro quibus ad fraudes omnes arcendas, &
omnes iniurias ab eis propulsanda, tum à parentibus, tum
15 à propinquis, tum ab ipso magistratu electi, † & ut digni cō
stituti sunt. Atque interim sic sub habitu, & titulo pastorū,
uel canum ad tuendum rudem & imbecillem gregem ab in
cursionibus & insidiis luporum & ferarum, constituti sunt,
quum tamen proh scelus, sub habitu & persona atque figura
canum, lupos se & feras rapaces præbeant. Verum, ut inquit
ille, cum canes funguntur officio luporum, cuiusnam præsi-
dio pecuaria credemus? Ob id quod à sceleratis istis, & Rei
publicæ pestilentissimis hominibus ita pupillos sæpe dilania
16 ri conspicimus.† Quare quum tantum & tam abhorrendū
scelus sit, negligens, & improba tutelæ aut curæ administra
tio, putaui in fine horum librorum breuiter illos commone
faciendos, uel potius (ut dixi) mihi rogandos esse, ut fideli-
ter officio suo fungantur: & operam dent, ut nomini suo re-
spondeant, meminerint etiam cum probe officium suum fa-
17 ciunt, se Dei Opt.† Max. uicarios esse, qui pupillorum & ui
duarum tutelam & defensionem potissimum ad se pertine-
re multis in locis scriptura significat, ut in Psal. Dominus cu
stodiet aduenas, pupillum & uiduam suscipiet. Et alibi, Or-
phano tu eris adiutor. Et contra, pupillorum oppressoribus
dira minatur, & grauissime illorum iniurias uindicaturum
promittit, qui tam serio iusserit. Exod. 22. Viduæ & pupillo
18 non nocebitis.† Et dominus apud Esaiam, Principibus com
minatur, quod pupillo non iudicent. Quomodo ergo aut
cum quali conscientia isti rapaces tutores putabunt se posse
effugere iram Dei, & iustissimum atque seuerissimum eius
iudicium, qui tam sanctum, pium, atque diuinum munus,
tam impie prophanarunt, & fidei atque tutelæ suæ commis-
sos tam miserabiliter fefellerunt? Hæc erant quæ de male
administrantium periculis obiter inserenda putaui, ad qđ
me pietas, & erga pupillos atque minores affectio & amor
incitauit.

## COMMENTARIA IODOCI DAMHOVDERII BRVGENSIS IVRISCONSVLTI, In Titulum, de Pupillorum, minorum, & prodigorum bene gubernatorum gratiarum actione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pii adolescentis est operam dare uirtutibus, & cauere à uitiis.*
2 *Nullum uitium ingratitudine detestabilius.*
3 *In ingratos Atheniensibus competebat actio referendæ gratiæ.*
4 *Ingratitudinis detestandæ authoritates.*
5 *Veri tutores iisdem honoribus prosequendi, quibus parentes.*
6 *Lex tutores optat, non qui sibi, sed pupillis prospiciant.*
7 *Ad magistratum non sunt admittendi, qui magistratum ambiunt.*
8 *Lex requirit, ut tutores parentum affectus induant.*
9 *Quis uerus sit honor, qui à pupillis tutoribus impenditur.*
10 *Nullum officium gratitudine maius.*
11 *Maximo beneficio, maxima quoque referenda est gratia.*
12 *Quicquid boni pupillis accedit, id omne à fidis tutoribus dimanauit.*
13 *Quicquid mali pupillis accessit, id omne à malis tutoribus ortum.*
14 *Exhortatio ut pupilli adulti gratitudinem tutoribus ostendant.*

### CAPVT VNICVM.

1 QVVM pij atq; †Christiani hominis sit iam inde usque ab adolescentia operã dare, ut se omnibus uirtutum generibus Deo cõditori & seruatori suo approbet à uitijs uerò q̃ Dei maiestaté offendant, q̃ in ipso est, caueat: tũ imprimis curare quisq; debet, ut se gratum Deo, omnibus quorum beneficia expertus est ex-
2 hibeat, ut ingratitudinis turpissimam † notam fugiat. Nullum enim uitium est, quod grauius & Deum & homines of-

offendat, quam accepti beneficij, aut ingratitudo, aut (q peius est) non intelligentia. Peius enim perit non intelligẽti, q̃ quod præstatur ingrato. De ingrato.n. sperandum est, qđ licet is nunc ingratus sit, postea ad mentẽ reuersus, fiet gratus. De non intelligenti uerò, qui sibi bene fieri non agnoscit, nec intelligit, prorsus nihil est expectandum, q̃ fortassis ob beneficium collatum, & non intellectum nec cognitum, durissimum maleficium, & pessimam gr̃æ relationem. Sed ut ut est, tum ex non intelligentia, tum ex ipsa ingratitudine plærumque rerum omnium perturbatio nascitur.
3 † Quare apud Athenienses aduersus ingratos actio constituta est, & rectè inquit Valerius, quia dandi & accipiendi beneficii commercium, sine quo uix uita hominum extat, perdit & tollit, quisquis bene merito parem referre gratiam negligit. Atque hinc fit ut grauissimæ sententiæ passim aduersus ingratos, cum apud Ecclesiasticos, tum apud
4 prophanos scriptores extent.† Sic enim Salomon. Prouer. xvij. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malũ de domo eius. Cui astipulatur illud Senecæ. Nullum referre beneficium, nullãve beneficii gr̃am, turpe est apud oẽs & ingratum: q̃ s̃nia alter Mantuanus Poeta pulcherrime complexus est, his uersibus. Nil magis auertit cœlum à telluris amore. Quã scelus ingratæ mẽtis, quę corde maligno, Muneris authorẽ nullo dignatur honore. Grauissime aũt & breuissime Mænãder Comicus, Ingrato hoĩe terra peius nihil creat. Hæc mihi diligenter consideranti, & animo uersanti uisum est paucis pupillos & minores officii quoq; sui cõmonefacere, quamuis id ad institutum nr̃um non proprie ptineat. Ob seruare igit̃ diligenter pupilli & adolescentes debẽt, quãtis beneficiis à suis tutorib. & curatorib. affecti sint, & quantum illis debeant. Diuino enim, & naturali iure ad gr̃am illis habendam, & si fieri põt, etiã referendã, obligati sunt. Non eñ obscurum ipsis in hoc negocio esse dẽt, illud præceptũ deca
5 logi, † Honora patrem & matrẽ. Tutores autem & curatores, quando digne & diligenter suo functi sunt officio, profecto parentũ uices & naturam induunt, inq; eorum locum suffecti sunt, atq; ideo ẽt ipsis eundẽ honorẽ merito debẽt.

Ipsi enim uitā & fortunā pupillorum sibi cōmissorū tuentur idq; in ea ætate, qua ipsi se propter infantiā, imbecillitatē, & imperitiam tueri non poterant, quod munus & proprium est parentibus, & pupillis imprimis necessarium. Adde etiā
6 quod sanctū atque diuinum sit hoc munus. † Ideoq; lex eos tantū tutores admittit, qui pupilli commodis, non qui suis prospiciant, sicut prudenter inquit Cicero, quod Tutela ad eorum utilitatem, qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, gerenda est. Ita quoque Modestinus. I. C. in. l. Scire oportet ff. de tuto. & curat. dat. ab his. Semper
7 maxime hoc obseruent † Magistratus, non creare eos, qui uolunt inijcere uel ingerere seipsos ut creentur, & qui pecuniā dant. Hos enim & pœnæ obnoxios esse lege promulga-
8 tū est, hoc igitur nimirū † leges uolunt, ut tutores & curatores parentū omnino aduersus pupillos & minores animum & affectum induant. Quare & à pupillis & minoribus, pari
9 cum parentibus honore prosequendi sunt ueri tutores. † Nō loquimur autem hic de externis illis honoribus siue cultibus, qui capitis tm̄ nudatione, aut genuflexione constāt, sed potius de ipsi animi gratitudine, quæ uerbis, factis, & relata gratia (cū occasio sese offert) potissimū declaratur. Nā sicut lex naturæ hoc à nobis requirit, ut parētibus ꝓ exhaustis in nutriēdo, docendo, tuendoq; laboribus gratos ostendamus, & data occasione pro nr̄is facultatibus gr̄as referamus atq; persoluamus. Ita et & naturæ ius exigit, & philosophorum nihil ultra naturæ legem sentientium, scripta præcipiunt, quibuscunque de nobis benemeritis (cum poterimus) gr̄am referamus. Qđ etiam Ethnici & publicani sola naturæ lege id cogente faciunt, ut Euangelista testatur. Nisi enim talis in rebus humanis gratitudo contingeret, ipsa Respublica stare
10 non posset. Rectè igitur Cicero, † Nullū officium referenda gratia, in Republica magis est necessarium: In gratia autē illhac & quauis alia referenda, hoc imprimis spectandū,
11 ut maximo cuiq; beneficio † plurimū gr̄arum, quod ipsa naturæ rō maximè dictat & poscit tribuat. Sed inter oīa humana beneficia, qđ quęso beneficiū excogitare mēs humana poterit, qđ tutorū ac curatorū bene gubernantiū beneficiū ac

merito-

meritoriũ officiũ,aut superet,aut æquet, aut q̃d cum tã am plissimo & sanctissimo parentũ erga liberos officio cõferri
12 posset? † Quicquid em̃ cõmoditatis & fœlicitatis prouecti iã & maiores facti,tum in aĩo,tum in corpore,tum & in uita uniuersa postea percipiunt,id oẽ post parentes tutorum administrationi,& diligentiæ acceptũ debent. Si animus arte aliqua disciplina liberali instructus,si ꝓbitate aliqua & pietate ꝑditus,si corpus sanũ & ualidũ,si facultates incolumes, & opes auctiores,si uxor proba, deniq; quicquid in uita cõmodi accidit,id diligenti tutorũ administrationi attribuendum est,qui si nulli fuissent,aut si officio suo defuissent, certe hæc omnia aut nullo modo , aut non omnia , aut certe multo minora cõtigissent. Sunt igitur boni tutores causa & origo oĩum bonorum & prosperitatum,tã præsentiũ q̃ futurarum quæ pupillis ex bona administratione proueniũt,uelu ti q̃d docti,q̃d honestis disciplinis,q̃d bonis moribus,& catholicis bene instructi,q̃d opulẽti,& apud quosvis honestos cõspicui,q̃d contigerit uxor bñ dotata,q̃d ad honores euecti,quodq; fœlicẽ,honestã,piã,& trãquillam uitam cũ uxo-
13 re & liberis agant, &c. † Hæc inquam oĩa ipsis ex diligẽti tutorũ gubernatione proueniũnt,à quibus q̃ longissime abessent,si tutores fuissent pupilli nacti malos, qui suo (ut dixi) officio defuissent,suosq; pupillos,pupillorũq; bona neglecta deseruissent. Quin potius miseri inopes,& obscuri ꝑmã sissent,ad uile aliq̃d opificium ptracti, cum rixosis ac pauperibus uxoribus cõiuncti,tenuẽ uictũ,cũ multis laboribus, & sudoribus quæritassent,uitã durã,infœlicẽ obscuram, & calamitatibus plenam uixissent. Aut fortassis(q̃d magis dolẽdũ foret)ipsi pupilli,à tutoribus relicti, parumq; diligenter curati plateatim per inopiam hostiatim mẽdicassent,fex platearũ cũ sui similibus euasissent,ad furta,ad latrocinia ꝑ desperationẽ & inopiam & tandem ad furcam aut rotam peruenissent,totamq; familiam suã turpi infamia cõmaculassent. Ex his igit̃ manifestũ euadit,quanta sit bñficii magnitudo q̃ ex tutorũ recta administratione ꝑcipimus, si eam cum iam enarrato damno & calamitate,q̃ ex incuria & neglig̃etia tu-
14 torũ aliquis cõsequit̃,cõferas. † Quare uos oẽs q̃ iam proue

ctiore ętate, facti, ac ueſtro iuri maturè redditi, ſub tutoribus ac curatoribus imbecilliorē & imperitiorē ætatē egiſtis, eorumq; diligentiæ & uigilantiæ fructum iā percipitis, ſi uultis, ut fortunet uobis Deus reliquū uitæ curſum, date quæſo operā, ut ſummā & beneuolā animi gratitudinem erga tutores, & curatores ueſtros declaretis, cumq; honorē & obſeruantiā illis deferentes, qualē uobis, ab ijs, quos maximo beneficio affeciſtis, aut qualē à uobis, aliquando fortaſſis committendis pupillis referri optaretis. Et tunc eandē curā præterea & ſollicitudinem, & fidem libenter, diligenter, & fideliter talibus ueſtræ fidei commiſſis (ſi ſic res eueniat impendite, qualē uobis impenſam fuiſſe certa experientia didiciſtis, & cōpertū habetis. Quod ſi feceritis, & diuinæ, A naturali legi obtēperabitis, pariterq; & in hoc ſeculo probitatis laudem, & in futuro, uirtutis mercedem conſequimini.

# AVTHOR AD LECTOREM.

HAEC fuerunt Lector candidiſſime, quæ quam breuiſſime potuimus, de pupillorū patrocinio in mediū proferre uiſum erat. Sunt plures alij tū Veteres, tū Neoterici, qui hanc materiam non infœliciter explanarunt, uerum quod hi aliquantò diffuſius & ſparſius, id ego in hunc unum libellum, utilitatis ueſtræ gratia congerere uolui, apiculæ more per uarios iuriſperitornm hortos uolitans, & quicquid huic materiæ noſtræ congruere uidebatur, id omne in huius libri alnearium congeſſimus, faxit Chriſtus ut pupilli hinc ſuæ ſalutis & gloriæ aliquem dulcedinis fructum percipiant, non incaſſum me hic tunc operam nauaſſe putabo. Librū autem hunc Pupillorū patrociniū inſcripſimus, quod tū de ipſis, pupillis & minoribus, tum de ipſorū relictis à parentibus bonis tuendis, & augmentandis potiſſimum tractet. In quo libro ſi quid paulò audacius, aut incircumſpectius protulimus, rogamus æquum iudicē, ut ea candidè, & boni cōſulat, & ut non damnet noua conantem, in ijs quæ ſcriptores paſſim ita cōfu

ſè tra-

sè tractarunt, atq; sæpe tã tenuiter & frigidè, ut plus sæpe fastidij, quã iudicii mihi in hac materia contulerint, certè (ut hoc cum ipsorũ uenia dixerim) sæpe mihi parũ operæ præstiterunt, potissimum anthores uetustiores, Neotericos cõperi mihi magis profuisse, utpote quos quotidie uidemus, tum prolixiores, tum accuratiores in suis commentarijs existere, quàm antiquos. Neoterici enim dum scrupulos, & nodos in ueteribus, aut male intellecta conspiciunt, eadẽ suis scriptis annotant, & corrigũt, & eorũ errores ostendunt. Omisimus multas (fatemur) scriptorũ, consiliorum, tractatuum, opinionumq; allegationes, quas infinitum fuisset & superstitiosum referre, & quæ magis ad confusionem, quàm ad erudinem fecissent. Præsertim, qđ cũ legum præsidio pugnare, ac nostra tueri constituerimus. Quod si tamen ad Neotericos, uel etiã ad antiquos confugere, & bonas horas male perdere libeat, profectò uidebis segetẽ huius materiæ in immensum pullulasse, & quid Iurisconsultorũ facilè principes, locis superius allegatis, scripserint & tradiderint, hoc in libello longè fœlicius eadem profectò cõspicies. Reliqua ociosis, ambitiosisq; discutienda relinquimus, qui utinã scientia magis, quã manibus detractionibus nostrum opusculum illustrare studerent, quod Dei Opt. Max. fauore suffulti magna cura diligẽtiaq; collegimus, cudimus, & edidimus. Sed cõperio in hoc nostro seculo nequam, quosdam adeò peruersa mente prædictos, & maledicendi scabie corptos, ut ne à quibusq; quidem honestissimis, talem maledicentiã suã nocentissimam cohibeant, sed plærumq; ueluti lucernarij quidã caniculi eminus sublato gutture, in generosissimũ Leonẽ latrare nõ desinunt, in cuius conspectu uix mutire præsumerent. Huiusmodi autem hominum dementia, tametsi authoribus parum obsit, (ab improbo enim uituperari, laudari est) id tamen efficit ut multi contra bonum Reipub. scribendi calamum cohibeant. Verum mihi non tam infirma mens est, ut blaterones tales, aut eorum occulta linguæ iacula metuamus, aut eos qui uix dum primoribus labris legalẽ philosophiam degustarunt, ipsos tamen Iuris antesignanos Bartolũ Baldum, & Panormitanũ mordere nõ uerentur, tantum abest ut formidemus, ut po-

tius ipsorum temerarium stulticiam rideamus. Si enim hi sa perent, eis magis considerandum esset, quod Augustinus Ecclesiæ doctor eximius, in Canone. Ego. 9. distincti. in hæc uerba protulit. Ego inquit solis eis scriptorũ, qui iã Canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremq; referre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere; aut si aliquid in eis offendero, quod uideatur contrarium ueritati, nihil aliud existimem, quam mendosum esse codicem, uel nõ esse assecutum interpretem, quod dictum est, uel me minimè intellexisse non ambigam. Huius præclari doctoris modestiam, non assequuntur, qui quantouis etiam nomine polleant, tamen uix inspectis textibus, nos ita atque ita legere, & dicere asserunt, uerũ non ideo eos, uera dicere putemus, quod tales hoc ipsum dicant. Hos itaque rogamus & obsecramus, ne nos perperam iudicent, prius quam ipsos textus attentè perspexerint. Erunt fortassis alij, qui nihil hic esse quod nostrum sit, dicent, notamq; illam Aesopicæ cornicul æ fabulam mihi obijcient, quæ si pennis nudetur alienis, uel Heraclito abundè risum moueat. Quibus nos operæprecĩũ facturos putauimus, si ipsis persuaserimus, quod hic nõ tam propria, quam aliena, longè lateq; petita, & passim confusè dispersa nostro labore in hanc Epitomen congesserimus, ut qui hac materia opus habebunt, statim inueniant, quod sibi profuturum esse credent. Erunt fortassis præterea alij, qui hoc opus uaria stribiligine, Romaneq; linguæ dehonestamẽtis inquinatum oblatrabunt. Potuisset (fatemur) uenustiore eloquio res iractari. Verum quod hæc materia grauior sit, q̃ ut rethoricis legibus subiacere debeat, nõ me mouet scabrosus stylus, & ob festinantiam minus politus ac limatus. Idcirco ego ijsdẽ responsum uolo nos morem reliquorum nostrorum obseruare cupientes, hic uerbis præsentibus & appositis usos, quibus sententiam ac sensum complecti satis superq; fuit. Et nos hæc ausos fuisse nõ improbabis, spero, optimè lector, qui hac tempestate, licet periculosissima, atque detractionum infinitarum plenissima, tam tenuem tamẽ studii nostri supellectilem proferre, atque in publicũ depromere non erubuimus, quodq; potius rem supra uires aggredi, & longè

hume-

humeris nostris imparem prouinciam subire; quam incertò initam ducere, & peritorum uirorum effugere iudicium tentauimus: longè consultius fuisset (fateor) à calamo prorsus ab itinere, & silentium fortiter premere, quàm temerè quicquã supra uires conari. Diuinæ tamen clementiæ confisi, superamus hunc fœtum nostrûm non omnibus uisum iri abortiuũ. Quocirca omnes ex æquo rogamus, ut hanc lucubratiunculam nostram æqui boniq; consulant. Quibus hæc nostræ placebunt, aut qui aliquid fructus ex his decerpent, gratias ago maximas, quod hæc nostra, sua beneuola lectione dignetur, & de ijs bene sentire, meliusq; de iis prædicare, & commendationibus ornare percupiunt. Si autem hic beneuolis & candidis pares gratias neque agamus, neque præstemus, sciant illi, quod hic mihi faciendum sit, quod pannoso debitori. Nam sicut is debitorum mole suppressus, bonorum cessionẽ facere cogitur, ut carceris molestiam, uitet, quod alioqui non habeat unde soluat, ita & mihi hic faciundum uideo, ut qui gratias pares, aut candore beneuolorũ condignas peragere non possumus, quasi meritorum ipsorum magnitudine oppressi, totam gratiarũ cessionem illis faciamus, ne in tenebrosum ingratitudinis ergastulum imprudentes detrudamur.

Vale, & nostris laboribus fruere fœliciter candidæ Lector.

Patrocinij Pupillorum. Finis.

# CLARISSIMI VIRI, DOM. IODOCI DAMHOVDERII Iuriſconſulti, Brugenſis,

## *Subhaſtationum compendioſa Exegeſis capitatim diſtincta.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Iuris ſanctiones ad ea quæ frequentius accidere ſolent, conditæ ſunt.*

2 *Legiſlatores ad eorum quæ ſæpenumero eueniũt cognitionem, multò magis quàm quæ rarò contingere ſolent, aſtringuntur.*

3 *Praxis uera Legum, Canonumque enucleatrix eſt.*

4 *Theorica, id eſt, Scientia ſine experientia, parui eſt momenti.*

5 *Expertus non artifex, certius operatur artifice inexperto.*

6 *Natura potentem, ars facilem, uſus promptum reddit artificem: & cuilibet artificio præbet experientia nutrimentum.*

7 *Experientia efficax rerum magiſtra.*

8 *Quæſtio omnis à definitione proficiſci debet.*

9 *Subhaſtatio quid ſit?*

10 *Subhaſtatio unde dicta?*

11 *Subhaſtatam rem eſſe & præconizatam, paria nonnunquam ſunt.*

12 *Subhaſtare quid ſit?*

13 *Haſta quid erat?*

14 *Præcones quid ſint?*

15 *Subhaſtatio in quibus requiſita?*

16 *Subhaſtatio an requiſita in uenditione bonorum Eccleſiæ ac ſimilium piorum locorum.*

17 *Subhaſtationibus omiſſis, ſi res Eccleſiæ uẽdãtur, an teneat uẽditio?*

18 *Subhastatio præter commodum, bonum & æquum nihil adfert.*
19 *Subhastationis solennitas, nequaquam leuis solennitas est.*
20 *De alienatione, ipsius solennitate, & forma rerum ecclesiasticarum, & similium.*
21 *In alienatione rerum ecclesiasticarum causæ cognitio principio desideratur.*
22 *De alienationis legitima causa debet apparere ac discuti quid magis alienari expediat.*
23 *Vbi disputatur causæ cognitio absimiliter requiritur.*
24 *Alienatio rei ecclesiasticæ uel reipublicæ, ut ualeat, quinque secundum Accursium requiruntur.*
25 *Alienatio uel uenditio rei ecclesiasticæ, ut ualeat, debet necessitatis aut euidentis utilitatis Ecclesiæ causa fieri.*
26 *De ipsius Ecclesiæ utilitate ac necessitate, ad effectum alienationis fiendæ, aliter constare debet, quàm per prælati aut superioris assertionem aut confessionem.*
27 *Confessio per uoluntariæ iurisdictionis modum emanans, ecclesiæ præiudicare nequit.*
28 *Abbatissa debet requirere monialium consensum pro alienatione fienda.*
29 *Cõsuetudo curiæ episcopalis, circa decreti interpositionẽ est seruãda.*
30 *Forma debet esse actui coniuncta.*
31 *Decretum quia est habilitatio ad actum, semper præcedere debet.*
32 *Contractus quando est utilis Ecclesiæ, decretum potest & præcedere & sequi etiã ex interuallo, ualetque cõtractus Baldo teste.*
33 *In alienatione rei Ecclesiasticæ solennitas quocunque etiam iure requisita, omissa, nonnullis in casibus contractum minimè uitiat.*
34 *Res quando modicæ æstimationis dicatur, iudicis arbitrio statur.*
35 *In rei ecclesiasticæ alienatione iura certam solennitatem requirentia, habent locum quando alienatur directum, nequaquam quando utile dominium duntaxat.*
36 *Episcopus uel Prælatus quando emit rem à sua ecclesia aut capitulo, nõ requiritur solẽnitas quæ requiritur in extraneo emptore.*
37 *Statutum arctans Ecclesiam uel pium locum ad uendendum, an ualeat?*
38 *Subhastatio an requisita in alienatione rerum publicarum ac communitatum.*

## CAPVT PRIMVM.

1 QVONIAM Sacrosanctæ † iuris
sanctiones ad ea quæ frequentius accidere solent cōditæ sunt,
teste Pomp. in l. Iura cōstitui. ff.
de leg. præsentis instituti meiq;
muneris esse non absurdè censui,
nonnullas studii horas in hmōi
2 collocare: quum legislatores ad
eorū, quæ sæpenumero eueniūt
cognitionem, multò magis quam
quæ rarò contingere solent astringuntur, ut in Authent. ut
sine prohib. matr. debit. & credit. §. quia uerò. Cuius itidē
& luculēter meminit Cels. I. C. in l. Nam ad ea. ff. de legib.
Huius itaq; Exegesis materia admodum frequens, & utilis
est, necnon in praxi (quę uera legū canonumq; enucleatrix
3 est, Baldo teste, † in titulo de Feud. sine culpa nō amitted. in
usib. feud.) apprimè cōmendabilis. Hinc regulariter ait D.
4 Ioan. And. in c. Post translationē, per illum textū, † de renū
ciat. Theoricam, sine practica seu adaptatione, id est, scien
tiam sine experientia, parui admodum esse momenti. Quod
etiam perpulchrè alibi ait quidam magni hominis philoso-
5 phus. Expertum non artificem certius † operari artifice in-
6 experto. Atq; idem alio, † satis et celebri loco. Natura potentē, ars facilē, usus promptum reddit artificem, & cuilibet
artificio præbet experientia nutrimentū, cuius partim & meminit Marcellus I. C. in l. legatis. §. Ornatricibus. ff. de leg.
3. quibus nec inconcinnè addi poterit textus in c. quā sit, ad
7 exordiū, cum gl. in uerbo. magistra. rerum, † de electio. lib.
6. habens magistram rerū efficacem experientiam esse. Quā
ob rem ad munus susceptum progrediamur. Sed ne ex igno
8 tis, † incognitisq; procedamus, quandoquidem omnis quæ
stio à definitione proficisci debeat (ut inquit Cic. primo officior. libro) preciū operæ duximus, Musis bene fauentibus,
sciscitar. Quid subhastatio? unde dicta? In quibus requisita?
& cuius efficaciæ sit? Cuius ordini ut faciamus satis: Subhastatio

statio

ſtatio eſt rei uænalis publicè expoſitio cũ præcone uel edi-
cto uel proclamatione, quæ pluris licitanti ſe offerenti con-
ceditur, ſicuti probatur in Authent. Hoc ius porrectum. C.
de ſacroſanct. eccleſ. & in l. Prima C. de fid. inſtrum. iu-
10 re haſt. fiſc. lib. 10. Et dicitur ſubhaſtatio, † ab haſtario,
quod ſecundum Papiam, locus eſt ubi uenduntur uel uēde-
bant proſcriptorũ bona. Animaduertendũ tamen, nequaq̃
11 diſparia in iure unquã reperiri, † rẽ eſſe ſubhaſtatam & præ
conizatã, uti Impera. Seue. & Anto. meminerũt in l. Ordo.
coniunct. gloſ. in uerb. Subhaſtatas, C. de execut. rei iudica.
necnon Dioclet. & Maxi. Imper. in l. Edicto. C. Si aduerſ.
fiſc. reſtitu. poſtule. cũ nonnullis iuribus minimè diſſimili-
12 bus. Hinc ſubhaſtare, eſt ſub haſta mittere, hoc eſt, † per au
13 ctionẽ uendere. Haſta. n. erat uirga quæ dabatur, † quũ po-
teſtas cuiquã daretur alicuius mercis. Et præcones (Priſcia-
14 no teſte) ſunt qui iuſſu magiſtratus † publicè aliquid ore de-
nunciant, qui auctionẽ faciebant, & audientiã in theatris in
dicebant, &c. de eiuſmodi ſatisq; elementariis ueniũt relin
15 quenda. In quibus uerò requiſita ſubhaſtatio? † hoc opus, hic
labor eſt, ſeriatim elucidabimus. Subhaſtationis ſolennitas
in nonnullis uenditionibus particularibus, ſpeciali ex priui-
legio cõpetentibus q̃ ſit cognitu neceſſaria, nemo non ex ſe
quentibus facile iudicabit: utpote in bonorum Eccleſiæ, tem
16 plorum, hoſpitalium, † necnon ſimilium uenerabilium do-
morum, collegiorũ ac piorum locorũ (ut à dignioribus ex-
ordiamur) uenditione, quorum bona, potiſſimum immobi-
lia, ſubhaſtationis abſque ſolennitate, uendi, alienative pro
culdubio nequeunt. Huic nec diſſentanea ſunt quæ habent
per Impe. Iuſtinia. in Authent. Hoc ius porrectũ. C. de ſa-
croſanct. Eccle. & in Authent. de nõ alie. aut ꝑmu reb. eccl.
immob. § Nos igitur, Colla. 2. & in Authen. de aliena & em
phi. Colla. 9. §. Hoc aũt ſuꝑ ipſis, & §. Hæc uerò iubemus.
Cõ ſtit. 3. unde dicta Authen. deprõpta eſt & utrobiq; Bart.
Cui Authenticæ concordat. §. Hoc ius 10. q. 2. ubi hãc Au-
thēticã uerbotenus legimus canonizatã, iuriq; canonico in
corporatã. His ſeruit q uoluit Angel. in dict. Authentic. de
alien. & emphiteo. §. hoc autem 1. colum. in uerbo nota hic
quod

quod res Ecclesiæ subhastantur Colla.9.Barto.in l Eos qui C.de diuers.prædi.urba.lib.11.Sed præcedentibus subnectere proposuimus quæstionem quàm ponit Baldus ad præ-
17 allegatam † Authent.Hoc ius porrectum, ubi inquit, Demus res Ecclesiæ uendi,subhastationibus omissis,nũquid tenet uenditio? Cui interrogationi succinctè ibidẽ satisfacit resoluendo.Si ius ciuile inspiciamus,minimè:dicta Authẽ. Hoc ius porrectum,quodq; notatur in l. Si tempora de fid. instru.& iure hast.fisc.lib.10. C. Si uerò ius Canonicũ seu Pontificiũ perlegamus, nõ esse subhastationẽ necessariã iudicabimus,nec aliqua est decretalis, quæ canat necessariam esse,quod ait signandũ. Eiusdem sniæ ac opinionis uidetur Innoc.in c.dudum,de reb.Eccles.non alie.in 6. Quia dicta Authen.(inquit)fuit introducta ab Imperatore,statuẽdi potestatem nequaq̃ habente. Tamen quicquid Baldo sentire placuerit,communi Doctorũ opinioni ac sententiæ inhærebimus:quandoquidem uti supra allegatum est, dictam Au-
18 thent.† Hoc ius porrectum in §. Hoc ius porrectũ 10. q. 2. uerbotenus canonizatã ac iuri canonico incorporatã reperimus,relinquimus tamẽ iuris studiosis interim cogitandum. Subhastatio eñ(ut uulgo notum est)præter cõmodũ, emolumentum,bonum & æquum affert nihil, quemadmodum ex subsequentibus facile constabit. Ideo glos.ordi.(cuius authoritas,deficiente textu,maxima est oĩum authoritates antecellẽs Bar.in l. Vt uim,ff.de iusti.& iure.& Bal.in l.Cum
19 hæreditas.C.depo.testibus uequaq̃ minimis)ait, † Subhastationis solennitatem minimè leuem solennitatem esse in Authent.de fideiuss.in §.1.super uerbo sumus, q̃ signanter
20 ponderauit Bal.in dicta l.Ordo.† Nec incassum fuerit,hoc passu de alienatione,ipsius solennitate & forma rerum eccle
21 siasticarum atque similiũ obiter ac leui brachio mentionẽ facere,in qua profectò causæ cognitio principio desiderat, sicuti colligitur ex c.1.in fine extra.ut eccles.benefi. sine diminutione conferan.atque per Archidiaconum in c.in tem
22 ditionibus,17.q.4. Debet† enim de alienationis legitima ac iusta constare & apparere: necnon discuti quid magis alienari expediat,iuxta Vlpia.I.CL.Magis puto, ff.de rebus cor.

cor.qui sub tutel.uel cura sunt,coniuncta l. Nec quicquã §. ubi decretum ff.de offic.proconsul.& lega.quemadmodum
23 dicimus,† quod ubi disputatur causæ cognitio non absimi liter requiritur,uti placuit Archidiacono Innocentium in c.Licet causam,de elect.lib.6. Idem nec displicuit D. Frederico de Senis in suis consiliis consilio 137. Verũ Accurs. in glosa ordinaria.C.ne rei dominicæ uel templo.uendica. tempo.prę(cript.submoueat,ait quinque requiri,quo rei ec
24 clesiasticæ uel Reipublicæ alienatio ualeat. † Nempe quòd debitum subsistat,bona fides,iustum precium, subhastatio, & Præsidis authoritas. De decreto ac superioris consensu claret in dicta authen.hoc ius porrectum,dicto c.dudũ, me
25 minitq; illius glos.in l.fin.†C.de transac. necnon Bald. in Rubri. C. de rescind. uendit.Et ut rei ecclesiasticæ alienatio uel uenditio ualeat,requiritur necessitas aut euidẽtis utilitatis ecclesiæ causa fieri, quippe,aut pro æris alieni solutione uel captiuorum redemptione aut simili c. sine exceptione,12.q.2.& c.ut super,extra.de reb.ecclesi.alienan.uel nõ Plenè meminit Hostiensis eo.titu.in summa §. ex quibus, atque huius fit mentio in c.dudum,eo titul.lib.6. Et animaduerte de ipsius ecclesiæ utilitate ac necessitate pro aliena-
26 tione fienda aliter constare debere,quàm per† Prælati aut superioris assertionem aut confessionem, Petro de Peru. & D.Card.Florent.testibus in c.quod quibusdã de fideiusso. Anto.de But.in c.1.de depo.per id quod habetur in sæpiusculę allegata Authentic.hoc ius porrectum.In c.dudum,de elect.In c.præsentium de testib.lib 6.necnon Petr.de Anchar.in Cle. de reb.eccles.atque ita communiter in præfatis iuribus ac passibus tenetur.Imò confessio Prælati capituli hoc casu non ligat,queadmodum glosæ placuit in Authẽtic.de non alienan.in §.si uerò,& ibi Iac.de bel. hoc idem firmant Bald.in dicta Authentica,hoc ius porrectũ. Petrus de Ancha.& Anto.In c.1.de depos.ea potissimum ratione,
27 quia confessione per uoluntariæ † iurisdictionis modum emanans,Ecclesiæ pĩudicare nequit, per id quod habetur in l.certum,in.§.sed an ipsos,& ibi per Bart. ff. de confessis,per Cyn.in l.1.C.de confess.atque per plures alias ratio

nes

nes deductas, per Io. de Imo. in dicto. c. quod quibusdã, ubi aut hanc opinionẽ esse tenendam & obseruandã, & quod dictum est de prælati & capituli consensu, idẽ dictum censeri
28 oportet in † Abbatissa quæ debet requirere monialium consensum, iuxta S.P. Alexand. 3. c. continebatur, extra. de his quæ fiunt à præla. sine consen. cap. & in c. 1. §. Abbatissa qui
29 feud. dar. pos. in usib. feud. † Præterea attendite circa decreti interpositionẽ curiæ episcopalis consuetudinem seruandã esse, quæ habet hanc iurisdictionem interponendi cui & potest præscribere ut inquit Bald. in l. fin. §. necessitate. C. de bo. quæ liber. alias decretum debet interponi in ipso actu, id est, uenditionis contractu & ex parte ante, ut dicit Innoc. ẽm
30 Bald. in l. quæcunq;. C. de bo. quæ liber. forma † enim debet esse actui coniuncta & hæc dicit glossa ordinaria in uerbo auditurũ non esse, in l. ait Prætor. §. permittitur, ff. de mino-
31 ri. quia istud † decretum qđ est quædã permissio, addictio, seu habilitatio ad actum semper præcedere debet, quia est quædam potestatis factæ seu legatæ relaxatio. sine qua infe-
32 rior nihil potest. † Huic seruit quod notatur in d. l. fi. §. necessitate: sed idem Bald. in præalle. l. quæcunq; ait, quando contractus est utilis ecclesiæ, potest præcedere & sequi etiã ex interuallo, ualetq; contractus. Nec pugnat. c. auditis de elect. quandoquidẽ in electione fit speciale: de quo ibi latius per eum. Solennitas tamen tradita & requisita in rei ecclesia-
33 sticæ alienatione, † siue de iure ciuili siue canonico omissa, contractum non uitiat. Primò si res sit modici ualoris, ut inquit glossa in c. 1. extra de his quæ fiunt à præla. sine consen. cap. quam doctores imitari nõ erubescunt, maximè Freder. de Senis in suis consilijs, consil. 22. staturq; iudicis arbitrio,
34 † qñ res modici ualoris aut æstimationis dicatur, secundum Frederic. ut refert ac sequitur D. Card. Spolet. in dicta Authent. hoc ius porrectũ. His optimè congruit textus in l. scio. ff. de i integ. rest. & in l. res bona fide. ff. de cõtrahen. empt. Vbi res bona fide uendita, minimã ob causam inempta fieri non debet. His seruit glosa in uerb. magno incõmodo ad finem in c. propter extra de loca. & condu. Secundò, si alienatio manifestam & euidentẽ Ecclesiæ utilitatem continet. Nã

tum

tum etiam omissa solennitate ualet per glos. in l. cum hi. §. eã transactioné. ff. de transact. quæ quidé opinio, licet (teste Bart.) sit ambigua & dubitabilis, fulciri ac probari tñ põt textibus l. finalis. ff. de iure doti. l. finalis. ff. de polli. necnon l. cui bonis. ff. de noua. eamq; sequi apparet Bald. in l. si fundus. ff. de reb. eor. cui etiam seruit bonus textus in l. non eo minus facta æquiparatione de minore ad Ecclesiam C. de procura. Tertiò, in alienatione rei Ecclesiæ reuersæ ad eam cõsuetæ tñ in emphyteosim alienari, quæ poterit concedi & alienari absq; solennitate, ut in c. 2. de feud. & notãter declarat Bald. in d. §. eam transactioné: & hoc ẽt tenuit & consuluit Fredericus de Senis in suis cõsiliis, consil. 131. Idéq;

35 Bald. in l. 3. §. si. ff. de reb. eo. Sed Ioan. And. in c. † quæ in ecclesiarum, de constitu. dicit, quod iura requirentia certã solennitaté in rei ecclesiæ alienatione, habent locum quando alienatur directum, nequaquam quando utile dominium duntaxat, per dictum c. 2. de feud. Sed ille textus loquitur existente consuetudine alienandi in emphyteosim, non simpliciter, & anceps seu dubitabile apparet, per textũ, l. 3. §. sed si ius habet. ff. de reb. eor. Quartò, non requiritur in alienatione necessaria, ut in c. extirpandæ, de præbend. & in l. 3. §. Pignori. ff. de reb. eor. Quintò, in ré pignorata cũ solennitate & nõ potestate alienãdi ex lege, uel ex pacto, quæ poterit alienari absq; alia solennitate, l. si pupillo. §. Si pupillus. ff. de reb. eor. ubi Bald. extendit ad bona Ecclesiæ,

36 etsi in minore loquatur. Sextò, † quando episcopus uel prælatus emit rem á sua Ecclesia aut capitulo, quia non requiritur solennitas, quæ requiritur in extraneo emptore, Baldo atteſtante in l. uoluntas ad exordiũ. C. de fideicõmis. Sed id suspensũ multũq; dubitabile uĩ ob infinitas fraudes, quæ in damnũ Ecclesiæ quotidie fieri ac redũdare possent: ideo nec ab re fuerit desup cogitãdi ansam iuris studiosis relinquere. Septimò, in alienatione rei q̃ seruando seruari nequit, sicuti placuit Innocẽtio in dicto c. dudũ, p textũ l. lex quæ. C. de administra. tuto. Octauo ac ultimo in repudiatione rei Ecclesiæ legatæ, ubi propriè non dicitur alienatio, de quo per Bald. in l. Contra iuris. §. si. ff. de pact. Sed argutus quispiã

hic aliqđ dubiũ mouere poſſet. Vtrũ ſtatutũ arctãs eccleſiã uel piũ locũ ad uẽdẽdũ ualeat? Cui paucis ſtatui facere ſatis, quũ nec opus habeat magno uerborũ ambitu. Nẽpe hmõi ſtatutũ robore effectuq; proculdubio carere. loca enim pia, hmõi ſtatuta arctatiua uel paſſiua non recipiunt, quandoquidem liberati Authenticæ deſumptæ ex noua conſtitutione Frederici Imperatoris, collat. 10. Caſſa & irrita C. de ſacroſanct. eccleſ. aduerſentur, prout tradidit Bald. in ſæpe allegata Authentica, hoc ius porrectum in uer. tertio dicebam. C. de ſacroſanct. eccle.

38 † Item, in alienatione rerum publicarum, nempe urbium, ciuitatum, pagorum, atque id genus communitatum, ſubhaſtationis ſolennitatem profectò deſiderari, eſt omnibus meo iudicio in confeſſo: Angelo eiuſq; ſequacibus teſtibus in præallegato Authentic. de aliena. & emphy. §. hoc etiam 1. colum. in uerb. nota hic quòd res Eccleſiæ ſubhaſtantur, colla. 9. in quorum ſententiam haud dubie inclinandum eſt. Omitto interim plura, breuitatis ſtudio, quæ hic dici commode poſſent.

## *SVMMARIVM.*

1 *Subhaſtationis ſolennitas eſt neceſſaria in bonorum pupilli ac minoris uenditione.*

2 *Subhaſtatio trium conſiderationes fieri debet.*

3 *Subhaſtatio fieri debet ſeruata forma ſtatuti aut conſuetudinis, alias nulla.*

4 *Subhaſtatio cum fit, ſi quippiam promittatur, in contractu ſequenti repetitum cenſetur.*

5 *In ſubhaſtationibus patriæ, loci, conſuetudo, uſus ac ſtilus obſeruandus.*

6 *In ſubhaſtationibus, licet formæ nonnullis in locis diuerſæ ſint, effectus finiſque idem erit.*

7 *Subhaſtationes non ſunt neceſſariæ in bonorum mobilium minorum alienatione.*

8 *Subhaſtationis ſolennitas eſt neceſſaria in rerum mobilium minorũ alienatione, in quibus conſiſteret affectio.*

9 *Minor aut pupillus Eccleſiæ æquiparatur.*

*Quo*

10 *Quo uenditio rerum minorum ac similium ualeat, quatuor sunt necessaria.*
11 *Quo uenditio rerum minorum ualeat, octo secundum Baldum sunt necessaria.*
12 *In alienatione bonorum minorum, iudicis decretum est necessarium.*
13 *Statutum est, minorum bona alienari obligarive non posse sine decreto, &c.*
14 *Administratores bonorum minorum sine decreto alienantes, nihil agunt.*
15 *In alienatione rei emphyteoticæ, per minorem facta, decretum necessario desideratur.*
16 *Minor nequit suam emphyteosim sine decreto uendere.*
17 *Minori non tantum non proprium sed ne uectigale quidem uel emphyteoticarium prædium sine decreto uenundare permittitur.*
18 *Pupillus sicut nequit ius proprietatis directè alienare, ita nec utile dominium, aut ius usufructus uel quorumcunque redditium.*
19 *Exceptiones aliquot prædicta admittunt.*
20 *Voluntas testantis in alienando seruanda est.*
21 *Voluntas testantis idem operatur quod iudicis decretum.*
22 *Brugensis si uendidit prædium in territorio Gandensi situm, utrius territorii iudex debeat decretum interponere?*
23 *Decretum sententiæ æquiparatur secundum Baldum.*
24 *Decreti solemnitatis interpositio cuius efficaciæ est?*
25 *Decretum iudicis ubi interpositum reperitur, omnia atque singula solenniter acta præsumuntur, &c.*
26 *Pro decreto semper in dubio præsumitur, ut actus ualeat super quo interpositum est.*
27 *Iudicis decretum in contractibus facere interueniri, semper utile est.*
28 *Iudicis decretum omnis doli ac culpæ præsumptionem cessare facit.*
29 *Decretum iudicis omnem metum dolique præsumptionem contractu excludit.*
30 *Interpositio decreti sub conditione an ualeat?*
31 *Iurisdictio est officium necessarium.*
32 *Decretum sub conditione interponi non potest, sicut nec sententia.*
33 *Actus legitimi conditionem regulariter non recipiunt.*
34 *Causæ sigillatim exprimi debent.*

35 *Qualitas negocii, iudici apertè ac enucleatè declarari debet, quò decretum ualeat.*
36 *Decretum sine causæ cognitione aut leui interpositum robore caret.*
37 *Decretum iudicis non debet esse alternatiuum.*
38 *Decretum iudicis debet esse certum, sicut sententia.*

## CAPVT SECVNDVM.

1 Prosequendo huius libelli materiam, non † est iuris ambigui in bonorum pupilli aut minoris uenditione, subhastationis itidem solennitatem esse pernecessariã, quorũ bona absque subhastationis solennitate uendi, alienariq; proculdubio nequeunt, quod stabilitur in l.& si fine in §.1. cõiunctis glossa, & ibi Bart.ff.de minorib. Itẽ adstruit Bart. in l.alio.ff.de ali.& ciba.legat.& firmat. Speculator, in titulo de empt. & uenditio. in §. nunc dicendũ in uer. si igit tutor & tit. de cita.§.sequitur uidere in uer.si uerò subhastatio, & titu.de 1.& 2.decreto.§.5.uer.sed qualiter, & sequenti titulo de empt.& uendit.§.4.uer.hoc quoq;. Et Bart.in l.licitatio ad exordiũ.ff.de publi.& uectiga. & Ang.in §. hoc etiã, in Authent.de aliena.& emphy.colla.9.ubi inquit fieri debe
2 re † trium consideratione ac respectu, utpote respectu loci, ut publico in loco uno aut pluribus, pro consuetudine, usu uel stilo fiat. Itẽ respectu modi, subhastator enim obligatur & cogitur dicere, qđ plus offerenti dabitur. Tertiò, respectu tẽporis, quod curare debet 30.dies. Sed seruare consuetudinẽ &
3 locorum statuta.† Debet enim fieri seruata forma statuti aut consuetudinis subhastatio, alias prorsus inefficax & nulla est,
4 teste Bal.in l.Ordo.C.de execu.rei iudic. † Et si quippiã cũ sit subhastatio promittatur, in contractu postea sequente repetitum indubiè censetur, secundum Bart.in l.Sciendum.ff. de ædili.edict. Quibus locis nec grauabimini edictorum ac proclamationum formã, de iure communi, hoc loco (breuitatis causa) omissam uidere, quæ satis obseruationi hodiernæ
5 in talibus concors est. † hoc tamen admonitum iuris tyronẽ uolumus, patriæ lociq; consuetudinem, usum ac stilum in hu

iusce-

6 iuscemodi esse omnibus modis obseruandum.† Licet formæ agendi uideantur nonnullis in locis diuersæ, tamé effectus finisq; omnium idem profectò erit. Superiora tamé quodam cum temperamento intelligenda indubiè sunt. Nisi bona mi
7 norum † essent mobilia, ut frumentum aliaq; uictualia, quæ essent uendenda & alienanda. In huiuscemodi enim mobiliũ rerũ alienatione, quæ uendi possunt publico in foro minimè subhastationes sunt necessariæ, nec etiam præconia, imò si fierét, essent frustranea, iuxta notata Bald. ad l. 2. C. si prop. publi. pensita. quia præconium eorum adeò est manifestum, quod ibidem collusiones nequeant interueuire & habere locum, secundum. l. 2. C. de rescind. uendit. & ibi Bald. uidere
8 lubebit, post Bart. in l. final. C. de fid. instru. & iur. hast. fisca. lib. 10. quod quidé temperamẽtum etiã sub temperamento gaudet, nempe, nisi essent tales res mobiles, in quibus cõsistere affectio, quia tũ sine subhastationis solennitate uédi alienariq; prohiberentur, cui seruit præalle. l. & si sine. ff. de minorib. & prædictis, subscribit Bald. communi doctorum opinioni inhærens, per. l. & si fine, sæpius præallegatã, quia mi-
9 nor aut pupillus, Ecclesiæ æquiparatur, quæ id priuilegij habet, ẽm Authent. Hoc ius porrectũ. C. de sacrosanct. Ecclesi. quam sæpissimè prænarratã, cuius meminit Bald. in suis cõsiliis consilio suo notabili, incipiente In Christi noĩe ad intelligentiã prædictorũ, quodq; eidé Bald. placuit in suo cõmento super Innocentio in litera. C. in uerbo contractus allegan ti Innoc. ita temere in c. dudum, de reb. eccl. non alie. lib. 6. Deinde nec incassum fuerit hic commonefacere de forma atque solennitate, quæ in rerum pupillarium seu bonorum minorum, necnon similium subiectarum personarum, alie-
10 natione requiritur. † Quatuor enim sunt apprimè necessaria, ut uenditio, alienatiove eorum ualeat ac robore gaudeat. Primò, tutoris curatorisve authoritas. Secundò, causæ examinatio siue discussio. Tertiò, iudicis decretũ, quemadmodũ probatur in l. fi. C. si propter publi. pensita. ac per Imperatores Diocletia. & Maxi. in l. si quidem, & in aurea. lege. ob æs. C. de prædi. & aliis reb. minor. sine decre. nõ alienan. uel obligan. & Vlpianũ. I. C. in l. cũ hi. §. si prætor. ff. de trãsact.

id ponit Azo. titulo de prædijs minor. in summa. Quartò, Subhastatio, uulgata ac non semel allegata. l. & si siue. §. 1. ff. de minorib. 25. annis ſm Innoc. in præallegato c. dudum, de reb. eccleſ. non alienan. lib. 1. Ita notabiliter tradit Bald. in suo repertorio super Innocen. in uerbo cōtractus. Sed idem Baldus in suo eleganti consilio, incipiente, In Christi nomine uidetur dicendum, q̄ nulla ex dictis uēditionibus, &c. La

11 tius pleniusq́; ait octo esse necessaria.† Primò. Qđ causa necessaria ac urgēns ad uenditionē subsit. Secundò, Qđ debitū urgens ex mobilibus solui non possit. Tertio, Quod hoc liqueat Prætori aut Præsidi per inquisitionē ac diligentē scrutationē. Quartò, Quòd res minns damnosa uendatur. Quintò, quod pro paruo debito, res magnæ, seu magni ualoris nō uendantur. Sexto, quod subhastatio interueniat. Septimo, quod tutoris aut curatoris authoritas interueniat. Octauo, quod iudicis decretū interueniat. Ita solenniter refert Mar. de Perusio in suis cōsiliis, consil. incipiente. Ser. Petrus ma. filioli, &c. Addi pôt & Nonò, iudicis nēpe subscriptio. ut in l. 1. C. de assesso. & notatur in l. 1. ff. eo. Itē & Decimò, Quod iudicis interlocutoria præcedat, per quā mobilia minime extare declaretᷓ, ita notabiliter dixit Ang. per tex. ibi facta ęquiparatione bonorum ecclesiæ & minoris in Authent. de ecclesiast. rer. immobil. aliena. colla. 5. Itē & Vndecimò, Tutoris & Curatoris præsentia, ut inquiūt gl. & Bald. in l. 1. in princ. ff. de reb. eor. ubi glossæ placuit tria requiri, s. Decretū, causam, & præsentiā in alienatione bonorū minoris & ecclesiæ. Sed prædicta indubiè intelligenda sunt, ultra illa quatuor, q̄ sunt formæ, necessariò interuenire debere: alias contractus effectu omnino caret, tanquam omissa uel nō seruata forma, ut in l. Cū hi. §. Prætor, supra alleg. Sed alia præter illa, si interueniunt, præstant contractū etiā per resti. i iteg. irreuocabilem: cū nec possit, illis seruatis, minor dici lęsus, argu. l. Nō uidetur, cum ibi notatis. C. de integ. restit. & l. inter eos. §.

12 quum inter. ff. de fideiuſ. Et † animaduertendū signanter, Iudicis decretum adeo esse necessarium, ut ipsius defectus bonorum alienationem ipso iure reddit nullam, ita sensit gl. ordi. in uulgatissima Authentic. Sacramenta puberum. C. Si aduerſ.

13 aduerſ.uendit. Statutum † eſt enim minorum bona nõ poſſe alienari obligarive ſine decreto, bona fide, & non per obreptionem interpoſito, id eſt, per mendacium, falſoq́; à Prætore, Præſide aut Iudice, quo alienetur impetrato: quemadmodũ cenſuit Vlpia. I.C. in exord. l. 1. necnon in l. magis puto. §. manet actio pupil. ff. de reb. eo. qui ſub tutel. uel cura ſunt. Quodq; in bonorũ minorũ alienatione decretũ requiratur, alias ipſo iure nulla, Diocle. & Maxi. Imp. ac plærisq; alijs eorũ ſequacibus uiſum eſt, in l. ſi quidẽ & in l. ſi prædiũ ruſticum. C. de præd. & aliis reb. min. atq; Vlpia. I. C. in præfata. l. magis puto in §. ſi æs alienũ, ubi inquit, decretũ nullũ, ſi fuiſſet non rectè interpoſitũ quia ſine iuſta cauſa, idẽ quoque uiſum eſt Valent. & Gal. Imp. in l. nõ ſolum. C. de præd.
14 min. Itẽ tutores, curatores, † ac id genus ſimiles adminiſtratores ſine decreto alienantes nihil agunt, ſicuti ſenſit Vlpianus. I. C. in l. tutor, quoq;. §. Seuerus. ff. de ſuſpect. tut. & cur. & Imperatores Valent. & Gal. in l. cũ emancipatis, atq; Imperatores Diocleti. & Maxi. in l. ſi quidẽ atq; Imperator Gor
15 di. in l. 2. C. de præd. & aliis reb. minor. † Idq́; adeò uerum eſt ut etiam in rei emphyteoticæ alienatione per minorẽ factã, decretũ indubiẽ requiritur, quemadmodũ Imperatores Diocletian. ac Max. ſenſerunt, in l. etiam. C. de præd. & aliis
16 reb. minor. † ubi inquit Bald. minor nequit ſuam emphyteo
17 ſim ſine decreto uendere. † Idem Saliceto enucleatius placuit in d. l. etiam, non tantum propriũ, ſed nec uectigale uel emphyteoticarium prædium minori ſine decreto uenundare permittenti: quod Speculator declarat: in tit. de emphyteoſi
18 in §. nunc aliqua uerſi. 99. Sicut † enim pupillus nequit ius proprietatis directæ alienare, ita nec utile dominiũ, aut ius uſufructus, uel iura quorumcunque reddituum. Ita ſentit Vlpianus. I. C. in l. ſed ſi pecunia. §. ſi ius emphyteoticarium habeat pupillus. ff. de reb. eo. qui ſub tut. uel cura ſunt, & ibi
19 Bald. Prædicta † aliquot aſciſcunt admittunt fallentias ſeu exceptiones. Prima eſt niſi res minoris, iudicis authoritate pignorata fuerit, quo caſu abſq; decreto non creditore proculdubio uendi, alienari ve poterit, q̃nquidem in eius obligatione ſemel interuenit iudicis authoritas, licet totius. & ſecu

 rius

rius longè foret rursus adhiberi, textus est admodum notabilis Vlpiani I.C. in l.si pupillorum §.si pupillus. VERBA TEXT. Si pupillus dedit res pignori ex permissu Prætoris, nonnulla erit dubitatio, an alienatio possit impediri. Sed dicendũ est, posse creditorẽ ius suũ exequi. Tutius tñ fecerit, si prius Prætorem adierit, quod Bald. ibi signat ff. de reb. eor. qui sub tutel. uel cura sunt. Secunda, in alienatione quæ fit per negligentiam absq; alicuius facto, quæ ad sui ualiditatẽ decretũ minime desiderat aut requirit, ut notabiliter inquit Bal. ad l.sed si pecunia. §.si ius emphyteoticarium habeat supra allegatam, ubi dicit esse casum de eo in uerbis, an ergo hic non utendo amittatur si tutor causam p̃buerit, huius rei & manifestum est restaurari debere de quo tamẽ dubitauit glos. in l.fin. C. in quib. caus. in integ. resti. non est necessaria. Respondendũ autẽ quod ibi est alienatio legalis, id est, præscriptio ut in l.alienationis uerb. ff. de uerb. signific. Tertia. Quum pater iure patris bo na minoris filij alienat, non rõne sui officij, in casu permisso non ꝓhibito: quoquidẽ casu ualeat ac robur hẽt sine decreto, si alienandi necessitas subest: quemadmodum adstruit Azo in summa. C. de bo. quæ liber. quem signanter refert ac sequitur Bal. in l.3. C. de præd. & alijs reb. min. secus in casu ꝓhibito. alleg. l.1. C. de bo. mater. Huius ẽt meminit ac insequutus est idẽ Bal. in l.1. ff. de reb. eor. qui sub tut. uel cura. sunt. Nempe patrem iure patris, tanquam administratorem legitimum, in casu necessitatis sine decreto alienare posse, alias minime, uti nec displicuit Vlpia. I.C. in l.si pupil. §.si pr̃. ff. de reb. eor. qui sub tut. uel cura. sunt: & id secundum Azonem, quod alibi ait non reperiri. Quarta, exceptio seu fall. ẽst, decretum non desiderari nec requiri: quum in alienatione, defuncti uoluntas concurrit: quia pr̃ in testamento uenundari iussit, ut l.1. & 3. & ibi Bal. notat. C. q̃n decreto opus non est, uoluntas enim testantis in alienando & in testamentis & codicillis profectò seruanda est. Ita quoque censuit Vlpia. in l.1. in princip. & in l. magis puto. §. si fundus, necnõ Paulus in l.ultima ff. de reb. eor. qui sub tut. uel cura sunt. † Volũtas eñ testaatis seu testatoris idem operatur, ꝙ decretum

decretum iudicis,& ibi Bald.in l.magis puto §.si fundus ff. de reb.eor.qui sub tut.uel cur.sunt,atq; ita sensit glos. ord. in l prima in principio,super uerb.cauerint ff.de reb. eo. q sub tut.uel cur.sunt. Alias exceptiones seu fallentias, quas hoc loco in medium adducere possem, iurisprudentiæ studiosis sciscitandas ac inuestigandas relinquo,quandoquidē multò plus laboris q̃ utilitatis earum perscrutatio ac enarra
22 tio esset allatura.† Sed hic occurrit pulchra & notabilis qō. Si Brugēsis uendit prædiū in territorio,districtu seu ditione Gandensi situ,utrius territorij iudex debeat decretū interponere? Bald.notat in l.1.C.de contrahend.empt.& uēdit.(in utramq; partē argumenta succinctè referēs,Carneadis philosophi instar,qui quauis de re utramq; in parte disputare solebat) pro iudice territorij,qnod suum debeat interponere decretum. Adducitur l. si p̄diū, C.de præd.& alijs reb.minor.In contrario, quod iudex loci,ubi negotiū agit̄,allegatur l.magis puto §.illud.ff.de reb.eor.qui sub tutel.uel cura.sunt,& l.in hac,C.de donat. Cui quidem quæstioni nōnulli faciunt satis:expressim sustinentes quemlibet authorizare posse,licet securius foret utrumq; suum interponere decretū:cui nec incongruit Papini.I.C.l.iurisperitos §.primo.ff.de excusa tut.uel cura.patet,quia corā quolibet conueniri nequaq̃ prohibetur:ergo cuilibet decretum
23 interponere licet.† Decretū enim sniē ęquiparatur,ut inqt Bal.in l.1.præallegata Animaduerte tamen Bal. in crebro allegata l.magis puto §.illud ff.de reb. eor. qui sub tutel. uel cura sunt,cautelæ loco haberi uoluisse,nempe quādo res in una ciuitate posita,uænundatur in alia, ut uterque iudex suū interponat decretum,iuxta illud quod reperitur in præcitata l.iurisperitos §.cū oriundus,& apud Archid. 17. q. 4. in c.in ueditionis,licet Ia.de Are.teste Cyn.in dicta l.si præsidiū,alterius duntaxat decretum sufficere senserit, siue eius in cuius territorio res sita est,siue eius, ubi quis contractum
24 celebrat.per l.fi.† C.de lōg.temp.præscrip. cuius decreti solēnitatis interpositio tantæ est efficaciæ, ut in instrumēto in
25 quo interpositū iudicis † decretum reperitur,oīa atque singula solenniter acta & p̄bata indubiè præsumuntur: & intelligun-

ligunt:si in ea mētio fiat illorū,seu de illis,q̄ interuenerunt. glossa est aurea &-singularis in l.1. C.de fid. instru. & iure hast.fisc.li.10.q̄ solénitèr pōderauit & excussit Bald.in l.1.
26 in prin.ff.de reb.eo.qui sub tut.uel cura.sunt.In † dubio.n. pro decreto semp̄ præsumitur ut actus ualeat, super quo interpositum est,sicuti notabiliter tradit Speculator, in titulo de empt.& uendit.§.nunc dicendū,uer.& illud scias,&probatur ī l.minor.25.annis adito præside ex aspectu.ff. de mi noribus.25.annis,in l.actor.ff.rem ratum habe.& in l.scien dum.ff.de uerb. oblig. ꝓ tradit etiam Bald.in c.primo, q̄d
27 sit inuestitu.Nā semper ac perpetuò utile est, † in contracti bus efficere ut interueniat iudicis decretū, ex eo nanq; oīs
28 doli ac culpæ præsumptio & suspicio † cessat. Vulgata l.ait Prætor.§.permittitur.ff.de minorib.25.annis,ita ꝑpulchrè ait Ang.post.glos.in l. si stipulatus §.si lanceā.ff.de sol. Sed idē Ang.in l.quæcunq; §.qui à pupillo emit.ff.de publicia. in rem actio.non sequitur glos.in d.l.1. C. de fide instru.& iure hast. fisca.lib.10.aitq; eam iure minime probari. Sed (salua interim pace tanti uiri)dici nec iuri dissonum fuerit, imò probari ex præfatis iuribus maximè ex præallegata.l. minor.25.annis adito Præside, ex aspectu.ff. de minorib. 25.annis dicens cum iuris decretum reperitur interpositū per modū uoluntariæ iurisdictionis ad confirmationē actus, quod tum semper causæ cognitio iurisq; ordo præcississe p̄ sumūtur,nequaquam sic in decreto actus contentiosi: sicuti notatur in l. prima.C. de fide instrumen. & iure hast.fisca. lib.10.nisi contrarium probetur. Hæc sunt uerba Baldi signanda in l.nec enim ff.de adopt. Idemq; tenuit & firmauit in suo notabili consilio incipiente. In Christi nomine utrum dictus cōtractus. Quod ubicunq; requiritur & reperitur decretū superioris:ibi præsumuntur omnia solénitèr acta,ut inquit Speculator in uer.& illud scias.§.nunc dicendū,titu.de empt.& uendi.licet in suo consilio incipiēte. Ad intelligentiam quæsitorum,dixerit nō esse simpliciter & ca tegoricè uerum, nisi constet formam iuris esse seruatam p̄ dictam.l.actor,& l.primam C.de decurio.lib. 10. & in l.cū hi.§. si prætor.ff. de transact. subditq́ue glos. in dicta l. 1.

quod

quod omnia præsumuntur interuenisse, si notarius dicat in instrumento fuisse adhibita, & ita uñ ea glosa pertransire.
29 Item. † Quia decretum à iudice interpositũ omnem metũ, dolique præsumptionem ac suspicionem, in illo contractu excludit, ut in l. 2. C. de prædi. decurio. lib. 10. in l si quos spontaneos C. de decurio. lib. 10. signanter tradit, & declarat Bald. in l. pacta nouissima C. de pact. necnon Ang. solenniter in sua disputatione, incipiente Astensis miles, allegans l. cum hi, in exord. ff. de transaction. & sat bene probatur in l. lex quæ. C. de administra. tuto. uel cura. in l. non est uerisimile ff. quod met. caus. facit quod habetur in l. omnium C. de test. sed circa hæc occurrit pulchra, elegans & utilis q
30 stio. An ualeat decreti interpositio sub † cõditione hoc mõ facta, quatenus, uel si & inquantum de iure debeo, interpono, & alias minime Bar. præsentem qõnem mouisse ac tradi disse in l. & si cõditionalis ff. de aut. & cõsen. tut. & cura. sed nequaquam determinasse, reperio. Affirmatiuè tñ parti sub scribit Bald. in l. prima in penultima colum. in uersic. ulterius quæro: caue t statut. C. qui admitt. ad bo. pos. possunt. Nempe iudicem debere interponere, si negotij qualitas sua det, & aliter non, dicta l. cum hi, §. si prætor, de iure enim inquit, debet interponi ex quo petitur, itaq; se refert ad iuris dispositionem, quæ certa est; quod signandum perpetuò ait. Nã actus uoluntariæ iurisdictionis quo ad partem, est necessariæ iurisdictionis, quo ad iudicem, cum iurisdictio sit
31 officium necessariũ, † queadmodũ ex iurisdictionis de finitione apertè claret l. prima iuncta glosa in uerbo Pot. ff. de iurisdict. omnium iudi. l. 2. ff. de offic. procõsul. & lega. idq; uerum sicuti prius meminimus, si æquitas contractus decretum interponi suadebat, secus si dissuadebat argumento l. cum hi §. si prætor: ff. de trãsact. facit l. fin. C. si cõtra ius uel utili. publ. sed prędictis allegationibus ac argumentis, necnõ infinitis alijs breuitatis studio prætermissis, minime obstantibus, Angeli opinionem esse longè receptiorẽ ac rationabiliorem arbitratus sum, (quem & ego sequor eleganter, nedũ argutè subtiliterq; dicentis decretũ sub conditione interpo
32 ni non posse, sicut † nec sñiam, ut in l. cum sñiam C. de sent.

&

& interloc.omnium iudi.& in l.1.§.biduũ.ff. qñ appel. ſit. Huius meminit idẽ Ang.in l.Item eorũ.§. ſi decuriones.ff. quod cuiuſq; uniuerſi.nomi. Rationes ſunt in promptu. Pri-
33 mò.Quia actus† legitimi cõditionem regulariter non recipiunt,iuxta Papinianum I.C.in l.actus legitimi.ff.de regu. iur.Itẽ ſecundò.Quia decretũ hoc modo interpoſitũ uidere tur deriſoriũ,ex quo Iudex nequaquã uř contractum appro bare nec cauſæ cognitionem prout requiritur & deſidera-
34 tur in eius interpoſitione habuiſſe.†Cauſæ enim ſigillatim exprimi debent, ut in l. magis puto.§.non paſſim.ff.de reb. eo. qui ſub tut. uel cura ſunt: necnon in l.prima coniuncta gloſſa, & ibi optime declarat Bartol. C.de præd.decur.lib.
35 10.Negotijq́;†qualitas Iudici apertè ac enucleatè declarari debet,ut plenè & ad amuſſim quid agatur intelligat, ad finẽ effectumq́; quò decretum ualeat, ſm quod eleganter uoluit Baldus C.ſi qui admit.ſuper rubr. allegans l.finalem. C.de edic. Diui Adria. toll. aliàs cũ præſentia uel authoritate factum nõ uř.Idem placuit Bald.in l.prima in penultima quæſtione C. qui admit. Itẽ tertiò, quia hoc decretum uidetur perfunctorium ac deluſorium, quod non ualet quandoqui-
36 dẽ nil decernat l.meminerit C.unde ui.l.iuſtè † poſſidet cũ ibi notatis.ff. de acquir.poſſ.& decretũ ſine cauſæ cognitione, aut ſaltẽ leui interpoſitũ non ualet roboreq́; caret iuxta
37 Baldi traditionem in c.primo in.§.Similiter, † de controuer.inueſt.Itẽ.4.quia Iudicis decretũ nõ debet eſſe alternatiuum, Vlpia.I.C.in l.ſi pupillo §. ſi prætor.ff. de reb.eor. qui ſub tut.el.uel cura. ſunt:quod cõprobatur per id qđ habetur in l.In cauſæ prima, in.§. cauſa aũt cognita.ff.de minor.25 annis in l.nec quicquam in.§.ubi decretũ.ff.de offi. proconſ.& in l.cũ hi.§.uult igitur.ff.de tranſact. Itẽ quintò, quia decretũ debet eſſe certũ, ſicuti ſnĩa.§.curare inſtitu.de actio.& text.& gl.in pcitata l.Itẽ eorũ.§.ſi ita.ff. ꝙ cuiuſq; uniuerſi.nomi.nemo tñ eſt qui neſciat de conſuetudine generali ſeu ſtylo hodie ubiq; ſeruari in iudiciis, multa fieri aut recipi uel propter aſſeſſorũ, ſeu conſiliariorũ imperitiã, uel quia locus & tempus non patiuntur plenius deliberandi conſilium, ut inquit Vlpian.in l. prima, in principio.ff. de

exer-

exercito.actio. finaliter missam hanc facio quæstionē Interim tñ eius materiā ad satietatē examinare ac discutere desiderantē, ad apostillas seu additiones Bart. in d.l.& si conditionalis, ac Bald. in l.prima.C. qui admitt.ad bo.possess. possunt, necnon ad D.Fabianum de Monte, in suo Contractuum tractatu, ibidem copiosius explicantem, prolixitatis euitandæ causa remitto.

## *SVMMARIVM.*

1 *Subhastationis solennitas in sententiæ executione desideratur.*
2 *Executori licitum est sono tubæ aut voce sua horrida, uel alias pro loci consuetudine rem esse uenalem proclamare, & subhastare.*
3 *Fraus & dolus subhastatione ab executore committi non debent.*
4 *Executor in subhastatione multa sigillatim narrare obligatur.*
5 *Limitatio ad illud, quod plus offerenti dabitur.*
6 *Preconis horrida uox, in solenni festo silescat.*
7 *Necessariorum omissio omnem dispositionem uitiat.*
8 *Subhastationes debent fieri per plures, & plures dies, fiat fraus.*
9 *Res quæ capiuntur pro subhastatione, non debent statim adiudicari parti. sed debent prius poni ad incantum ac iusto precio uendi.*
10 *Publicus exactor debet iusto precio uendere res subditorum, nec debet pati ullam in subhastatione fraudem.*
11 *In subhastatione, practica Pauli haud aspernanda.*
12 *Res etsi fuerit uendita ad incantum, nihilominus potest uenditor, aut is cuius erat res, conqueri de ultra dimidium iusti precii defraudatione.*
13 *In re subhastata ius prætendentes, debent uocari ad ius ante decreti adiudicationem.*
14 *Subhastationum edictum proclamatorium est necessarium.*
15 *Subhastatio est solennitas, cuius defectus, quicquid actum fuerit, reuocat.*
16 *Subhastationis solennitas in cuius fauorem introducta.*
17 *In uenditione cuius hic fit mentio, nonnulla desiderantur.*
18 *Iudicis decretum efficit ne quis de dolo aut metu conqueri possit.*
19 *In iudicis præsentia acta, iustè legitimeq; facta præsumuntur.*
20 *In uenditione per subhastationem celebrata, debitor uerè uel interpretatiuè*

*tatiuè necessario præsens desideratur.*

21 *In iudicio agitato inter aliquos, tertius de cuius præiudicio agitur, semper citari debet.*

22 *Si pars de cuius præiudicio agitur, & cuius res subhastatur appellet, pendente appellatione, an satelles aut apparitor supersedere obligetur?*

23 *Appellatione indecisa pendente, iudici legitimè insinuata, ante discussionem bene an male fuerit appellatum non procedetur per iudicem ad decretum.*

24 *Appellatione pendente nil nouari oportere.*

25 *Solennitates non dicuntur iudicium, sed præparatorium ad iudiciũ arripiendum coram iudice.*

26 *In subhastatione, an liberetur qui minus obtulit per plus offerẽtem.*

27 *Quando res subhastandæ sunt, non est subitò ad uenditionem procedendum sed sæpius diutiusq; sunt subhastandæ quo plus differenti addicantur*

28 *Subhastatio in uenditione, quæ pro ultimæ uoluntatis executione fit, requiritur.*

29 *Pauperum, minorum, & Ecclesiæ bona æquiparantur, quo ad subhastationis requisitionem.*

30 *Subhastationis solennitas an uideatur sublata ex authoritate testatoris de uendendo?*

31 *Subhastatio semper requiritur, quando uænundatur res absentis.*

32 *Subhastatio an in locandis, sicut uendendis rebus fisci perpetuo desideratur.*

33 *Subhastatio in pignoris uenditione an requiratur?*

34 *Consuetudinis, his in partibus, maxima authoritas.*

35 *Pactum inter creditorem & debitorem, quo res pignorata creditoris efficiatur si debitor intra statutum tempus non luat, inualidũ est, nisi addatũ, quod empta sit pro quanto iustè æstimabiliter.*

36 *Fœneratorum praxis, circa pignora.*

37 *Subhastatio pignoris, debitoris citationem semper affectat.*

38 *Exclamatio inuectiua Authoris, in nostræ ætatis fœneratores pestilentissimos.*

39 *Pignus nequaquam distrahitur, nisi debitori ter fuerit denunciatum ut soluat, & cessauerit.*

40 *Fœneratores, furibus ac prædonibus impudentissimis comparantur.*

*Casus*

41 *Casus apprimè signandus, pro egentibus fæneratorum opera, contra eosdem tamen fæneratores.*

42 *Annus fæneratoribus ex consuetudine permissus, non conceditur, ut eo elapso, pignora omnino & simpliciter ipsorum efficiantur, sed duntaxat ut ex illorum uenditione sortem cum usuris recuperare possint, & residuum debitori restituant.*

43 *Fæneratoribus sufficere debent sors & permissæ usuræ.*

44 *Fæneratorum inerme argumentum.*

45 *Fæneratorum consuetudo inuiolabiliter obseruata.*

46 *Vsuræ præsentes, ab antiquis mirum in modum discrepant.*

47 *Subhastatio an & quando requiratur, priusquam ad secundum decretum perueniatur.*

## CAPVT TERTIVM.

1 MATERIAM præsentem ut † continuemus, nulli non cõpertissimum est, subhastationis solennitatem in sententiæ executione, hoc est, in bonorum uenditione quę pro sententiæ executione fit, indubitato desiderari & requiri, Impera. Seue. & Anto. in l. ordo C. de execu. rei iudica. necnõ Imper. Gor. in l. duplex, & Imp.
2 August. in l. si quis ꝑscribẽte de fi. instr. & iure † hast. fisca. lib. 10. C. Executori. n. licitũ est, rẽ proclamare sono tubæ, si tuba fit, aut uoce horrida aut alias, pro loci consuetudine (quæ optima legũ interpres est, id adstipulantibus Innocentio 3. in c. cum dilectus extr. de consuet. atq; Paulo I. C. in l. si de interpretatione, qui textus ad hoc quotidie citantur ff. de legi.) remq́ue uenalem & exponere, & subhastare pro primo termino octo dierũ, aut paucorum, aut plurium, secũdũ locorum consuetudinem, usum, uel stylum, in quib. fiũt, uirtute literarum obligatoriarum, condemnatoriarum, ac similium executoralium, quod intellige in loco publico & solito, necnon in die fori territorii, in quo res sita fuerit: & ad quam maxima fieri poterit populi affluentia, ne fraus ac do
3 lus, † in huiuscemodi subhastatione præsumantur: quæ ab executore cõmitti minimè debẽt, textus est Valẽt. Theod. & Archad. celebris in l. si quos. C. de rescind. uendi. potissimum ibi. Ne sub noĩe subhastationis publicè locus fraudi

bus

bus relinquatur, ut possessionibus uiliore precio distractis, plus exactor ex gratia, quam debitor ex precio consequatur & ibidē ad finem. Etenim per iniquum est, ut alienis bonis sub gratiosa auctione distractis parum accedat publico nomini cum totum pereat debitori, & ibi per scribentes, & per Paulum Castrensem, in dict. l. ordo. C. de execut. rei iudica.
4 † Et debet executor sigillatim narrare causam saisinę, nomen creditoris, debiti quantitatem, propter quod res est saisinata & subhastata. Atque post octo dies primæ proclamationis & subhastationis completos, aut aliud tempus, iuxta locorum consuetudinem, usum, ac stylum, ita quod nec sufficit tempus ab uno die Martis, usq; ad alium diem Martis proximum. Post completum octo dierum spaciū executori nec illicitum est, publicè (sicut dictum est) sono tubæ aut uoce iterum pro secundo edicto proclamare ac ibidem manifestare, ut sciāt omnes, & intelligant, quod talem rem emere uolentes ueniant ī fm edictum octo aut quindecim dierum, (secundum quod cōsuetudo, usus, aut stylus habeat & dictet) coram talibus in tali loco, ad uerum rei ualorem licitandum, & quod plus offerenti dabitur. Adstipulatur Iustinia. Imperator in uulgata Authenti. Hoc ius porrectum, C. de sacrosan. Eccles. necnon Imperat. Aug. in l. prima, de
5 fid. instru. & iur. hast. fisca. lib. 10. Limita quod † plus offerēti dabitur, nisi quando esset adiudicatio facta iuste. Et sic trā factis & elapsis præfatis octo aut quindecim diebus pro tertio edicto, quadraginta dierum, aut aliud tempus, iuxta consuetudinem proclamari & subhastari debet, quo oēs sciant, ut dictum est, &c. Et intellige, quod à distantia secundi edicti subhastationum, quod est quindecim dierum, usq; ad tertium edictum, quod dicitur quadragenaria, debeant esse tres hebdomadæ, alias quindecim dies non complerentur, & totum tempus illud debet esse completum, adeò quòd si una dies superesset, nihil esset. Et si aliquod solenne festū
6 interueniat in illis edictis quo uox præconis † silescere debet, ut uolūt Imp. Leo. & Anto. in l. dies festos. C. de feriis, tempus fori sequentis, quod erit octo dierum, expectandum erit executori, quia huiuscemodi die feriato, fieri nequeūt:

cum tuba & uoce præconis, opus sit, quæ his diebus silere necesse est, d.l. dies festos, & illius fidem faciat per eius relationem, illud quippe obseruatum fuisse. Si autem bis sit forum una in hebdomada, & illud festum interueniat in una die edictorum, dêt expectari dies sequentis hebdomadæ in qua habuerunt ortum subhastationes, & non alia dies fori, & hoc modo nonnulli practicarunt. Hæc autem omnia in decreti literis inserta sint, ut uideatur an interruptio tẽporis facta fuerit. Si enim unius diei intermissio defectusve solẽnitatis illius intercesserit, quicquid ante actum est, reuoca-
7 ri debet, † nec præsumuntur seruata solennia, & sic necessariorũ omissio, omnem dispositionem uitiat. textus est solennis Imperator. Archa. & Hono. in tritissima l. testamentum C. de testa. & ibi Alex. Ex quibus nota post Pau. in d. l. ordo
8 C. de execu. rei iudic. † Subhastationes debere fieri per plures & plures dies, ne fiat fraus, quodque res quæ capiuntur
9 pro subhastatione nõ debent statim adiudicari parti: sed † debent prius poni ad incantum, ac iusto precio uendi. per tex-
10 tũ & scribentes in dicta l. † si quos C. de rescind. uendit. ubi publicus exactor debet uẽdere res subditorum iusto precio, nec debet pati ullam in subhastatione fraudẽ, & ibi Paulus ponit hanc practicã. Antequã ponat in subhastatione, faciat
11 rem † æstimari per habentem illius rei notitiam, & tum demum ponat in subhastatione pro precio declarato per æstimatores. Deinde detur plus offerenti. per dictam l. creditor 2. si enim nõ præmissa tali æstimatione poneret in subhastationẽ, magna fraus committi posset, cum graui damno & debitoris & creditoris, addiceretur enim res fortassis pro uiliori precio gratiosè per publicũ exactorẽ, alicui fortè amico suo, & ita plus lucraretur. exactor ex gratia, quã creditor ex debito. Et idem Paulus notat in dicta. l. si quos. Quod li-
12 cet res fuerit uẽdita ad incantũ, † nihilominus põt uẽditor, uel ille cuius erat res conqueri, de ultra dimidium iusti precij deceptione, quia nequaquã sequitur, Non fuit repertus, qui plus offerret ad incantũ: ergo nõ pluris ualebat. textus est in d. l. si quos, & sic nõ perdit beneficiũ l. 2. C. de rescin. uẽdit.
13 † Aiaduertite (quãquidẽ è memoria excidere nefas esset) quod

Y præten-

prætendens causam & ius quoddã in re subhastata, debent uocari ad ius ante adiudicationẽ decreti, ut ibi iura & rõnes suas seriatim adducant, ut per easdẽ cognoscatur, uter prior & uter posterior. per Ioan. Fab. in l. properandum. C. de iudi. Inno. in c. cum uenerabilis, de religio. domib. & debeat censeri ẜm naturam suarũ hypothecarum cũ causę cognitione, & hoc cum intimatione fiet, quod aliàs procederetur super his prout erit rationis. Deinde † signa, quod est admo-
14 dum conueniens & necessariũ edictũ proclamatorium subhastationũ, pro foribus tribunalis territorii, cui subest prędiũ
15 subhastatum affigere, & est profectò una de † solennitatibus, cuius defectus uel alterius si intercesserit, quicquid actũ fuerit reuocabitur: quia non præsumerētur seruata solennia, ut hinc debeat res restitui cũ suis fructibus, teste Imp. Aug. in l. 1. de fide instru. & iur. hast. fisc. lib. 10. C. nec mirum si hoc sit necessariũ, quia subhastatio (quæ auctio dici potest, ab augendo, per augmentationem præcii) est uenditio facta in publico, ut declarat Bart. in l. licitatio. ff. de pub. & uecti. & in d. l. 1. de fid. instru. & iu. hast. fis. lib. 10. C. ne uideatur fraus secretò & clandestinè cõmitti, fores. n. tribunalis dicuntur locus publicus in quo talia debent exerceri, ne fraus interuenisse præsumatur, quæ in talibus abesse debet, per d. l. si quos, & per d. l. 1. per Paul. in d. l. ordo, & in d. l. si quos.
16 Hæc aũt solennitas est idũcta in fauorẽ debitoris † cuius bona alienantur, ne sua bona magni ualoris uili precio uendantur. Nã sæpenumero uidemus rẽ oblatã uẽditioni in necessitate, uilissimo precio uenundari. Sed huic iniquitati procul dubio iura subueniunt. Nã ut ualida sit talis, & quæuis alia
17 uenditio, nonnulla profectò desiderant, † suntq; necessaria. Primum, ꝙ debitor sit in mora soluendi. Scd̃m, quod talis uẽditio fiat cum authoritate præsidis seu iudicis. Tertium, quod fiat bona, synceraq; fide & sine fraude, ꝑ scribētes in d. l. si quos. Quartũ, quod iusto precio fiat. Quintum, ꝙ fiat solenniter, & cũ subhastatione. Nã si aliquod illorũ deficiat, & maximè si non interueniat præsidis, iudicis, seu magistra
18 tus authoritas, † uenditio retractari potest. Hinc certum est iudicis decretum operari ne quisquã de dolo aut metu conqueri

19 queri queat. Præſumptio .n.eſt, † de his quæ fuerunt in pꝛ-ſentia iudicis, quod iuſtè, legitimèq́; ſint facta. Iacobo Re-
20 buffi ſentiente in l.1. de loc.† pręd.ciuil.li.11.C. In qua qui dē uenditione neceſſariò deſideratur præſens debitor, de cu ius præiudicio agitur, quod intellige uerè uel interpretatiuè. Nēpe quod fuerit citatus cum intimatione ad perſonam uel domicilium alias ſibi nequaquã fieret præiudicium, &
21 ad hoc allegatur quod in iudicio agitato inter aliquos, † debet ſemper citari tertius, de cuius præiudicio agitur, ſm Iaco. Rebuffi in l. prohibitum, ſuper gloſſa quorũ intereſt, de iure fiſc.lib.10.C. alias poſito quod ualet iudicium inter pꝛſentes, minimè faceret præiudicium abſenti non citato. Cui ſeruit quod notatur in l. in cauſæ. 1.§. interdum .ff.de minorib. 25. annis. l. cum miles ad finem. ff. ex quib. cau. maior, & per D. Cyn. in l.1. ante finē. C. de aduoca. diuerſo. iudi. gloſſam in d.l.1. de fid. inſtrum. & iur. haſt. fiſc. li.10.C. Nec peregrina & extranea erit ſequens quæſtio, & ſi huic
22 loco ac materiæ inſeratur. Quid ſi pars de † cuius præiudicio agitur, & cuius res ſubhaſtatur per præconem (IVXTA ILLVD Ciceronianum, Bis iam uidimus haſtam in foro ponere & bona ciuium ſubiacere uoci præconis) appellet, pēdente ſubhaſtatione, an ſatelles uel apparitor debeat ceſſare uirtute appellatiōis, aut ſuas ſubhaſtationes iuxta formã, conſuetudinem, uſum ac ſtilum loci in quo fiant, proſequi? Cui faciunt ſatis, docti ac præcipui noſtræ memoriæ practici, intrepidè ſuſtinentes, apparitori eo caſu minimè ceſſandum ac ſuperſedendum, quum is cognitione cauſæ ac iuriſdictione careat, imò debet & obligatur procedere uſque ad ſolennitatum completionem, quæ ſuum concernunt officiũ. Etiam quia caſus appellationis reparari poteſt in diffinitiua, ubi ſubhaſtationes proſequens, ſuã (ut uocant) requeſtã
23 ſuſtinere nequaquã ualeret. † Attamen non procedetur per iudicē ad decretũ, appellatione indeciſa pendente, iudici debitè ac legitimè inſinuata, q̃ debet prius & ante omnia diſcuti an bene uel male fuerit appellatũ. Nec pugnat illud tritum iuris inuolucrum, contrariũ opinionũ rationibus inuo-
24 lutum ſeu brocardicum. Nil nouari † oportere appellatione

pendente, quandoquidē id intelligi debeat, uerū esse, inter easdē ꝑsonas & iudicio pēdēte, seu ui illius sn̄iæ à qua est appellatū, hic uerò inter diuersas, quia plures sunt opponētes, per Cynū in l. appellatione. C. de appellat. &
25 † iudicio nō pēdente, quia solennitates non dicuntur iudiciū, sed præparatorium ad iudicium arripiendū coram iudice, ut signat Pyrrhus Anglebermei in sæpiusculè allegata. l. 1. ī glos. magna, de fid. instru. & iur. hast. fis. lib. 10. C. Iudicare. n. iudicis officium duntaxat respicit, Cyno. teste. in l. sancimus. C. de iudic. Deinde hic uelut ob oculos insignem quandā singularē in hac materia subhastationum obseruationem adiicere cupio. Videmus. n. bona hypothecata pro quodā debito,
26 † sub authentico sigillo, subhastatione, iudicisq; decreto uenūdari ultimo appreciatori ac plus offerenti tradi. Largiamur & singamus tres fuisse appreciatores. Vnum ad decem. Alium a uiginti, & tertiū ad triginta, demusq; ultimū seu tertium mortuū esse, aut alias dicta bona nequaquā cōcupiscere: imò expresse eis renunciasse ac renuisse, aut adeò egenum ac inopē, ut non sit soluendo, aut alias nequiret haberi ad & contra eum reuersus, uel hospite insalutato recesserit, quæstio uertitur, an molestari & cogi is possit, qui uiginti obtulerat, ut pro illo oblato precio capiat? Bart. in l. licitatio. ff. de publica. & uectigali. ait, oblatione facta à secundo, primū minimè liberari: ideoq; indubiè talis cogi pōt, ut rē tali pro precio capiat cui Vlpianus. I. C. subscribit in l. Sabinus. ff. de in diē adiecti. Bal. uerò cōtrarū adstruit, & primum licitatorē liberatum esse, sustinet, allegans. l. cum in plures. §. lege. ff. loca. Vbi ꝑ s̄m actū rem ante perfectam, uī recedi à primo actu, & respondet ad dictā. l. Sabinus, quod loquitur in actu perfecto & iam consummato puta in uenditione facta, cum pacto adiectionis in diem tunc. n. creditore inuito per oblationem factum à secundo, non rescinditur primus actus uenditionis perfectæ. Secus in casu præsenti ubi uenditio non erat perfecta, sed erat in suspenso, donec plus oblatum esset ab alio: & hac opinione dicit Baldus se centum aureos fuisse lucratum. Quod tamen Paulo Castrense teste in d. l. Licitatio limitationem asciscit, quando adhuc nō fuerat adiudi-

iudicata secundò, ubi esset uenditio perfectà. Atq; hæc Baldi opinio cum consuetudinibus, iuribusve municipalibus Flādrensium, potissimum autem Brugensium, consentit. Aduertetamen hoc unum, cuius meminit Baldus & eius sequaces, in frequenter allegata .l. ordo. C. de execut. rei iudic. ponderando ac excutiendo textum in uerb. diu subhastatas, mini-
27 mè repentè, † ac subito ad uenditionem procedendum esse, quoties res subhastandæ sunt, sed sæpius ac diu subhastan-
28 dæ, id est, præconizādæ, quo† plus offerenti dentur. Dein subhastationē in uenditione, quæ pro ultimæ uoluntatis executione fit, utpote per executores testamentarios, desiderati ac requiri explorati iuris indubiè est, ut signanter ponit Bartolus in l. Alio. ff. de alie. & cib. legat. Sed Baldus in hoc cōtrariæ opinioni subscribere nequaquā erubuit, in suo uulgato consilio, incipiente. Carnouale turcarini de spello, suā cōdidit ultimam uoluntatem, inquiens fidem à testatore electam in bonis distribuendis inter pauperes Christi, sufficere: atq; à defuncto fuisse ex dicta causa iurisdictionem & uēdendi potestatem commissam, l. 2. C. qñ decre. opus non est l. si quis ad declinandam C. de episco. & cleri. & in l. ulti-
29 ma. ff. de reb. eor. qui sub tutel. uel cura sunt. Nec † oppugnat pauperum bona, minorū ac Ecclesiæ bonis æquipararis, in quibus subhastatio necessaria est, ut. l. fi. & Authentic. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccles. & l. orphanotrophos C. de episc. & cle. & crebrò citata. l. & si fine. ff. de mino. 25. annis, & hoc nisi cōsuetudo, ius municipale, seu statutū urgeret contrariū: sed bene (inquit) bonā synceramq; fidem desiderari ac requiri, per l. creditor. §. Lucius, ad finem. ff. mandat. quæ profectò præsumitur, ut in l. penultima. C. de præscript. long. temp. &. §. aliæ. institu. de actionib. ita notabiliter sensit Bald. in præfato suo consilio. Sed nec obscurū fuerit dicere, pro Barto. opinione tuenda ac defendenda. Quod
30 ex authoritate uenundandi seu † uendendi data per testatorem nequaquā censeatur subhastationis solennitas sublata, argumento exordii. l. si quando. C. de inoffi. test. nec ea ratione apparet electa uia, quo uenditio non ritè fieret seu celebraretur, argumento. l. si miles qui destinauerat. ff. de mi-

lit.test.coniunctis his quæ habentur in l.nemo potest. ff. de
31 lega.1.† Itē in omnibus ac singulis uenditionibus bonorum absentiū absq; dubio subhastationis solennitatē interuenire operæprecium necessariumq; est, ut in l.fundus qui. & ibi Alexan.ff.de rescindend.uendit. & in non semel citata.l. Licitatio.ff.de publica. & uectigal.per eundē dominū Alexandrum in l.ordo. C.de execu.rei iudic.In rebus uerò præsentiū,subhastatione minimè opus est,nisi fuerint minorū,Ecclesiæ,decurionū,aut fisci quorū bona, ratione utilitatis publicæ, uænundari sunt prohibita,ut in l.1.de præd.decurio. lib.10.dicta Authentic.hoc ius porrectū,necnon in l.1.ff.de minorib. 25. annis. Hoc pacto apprimè solenniter declarat Bald. in sæpissimè allegata.l. ordo. C. de execut.rei iudica.
32 † Subhastatio quoq; in uendendis rebus fisci,desideratur & requiritur,uti Imperat.Diocletianus & Maximianus attestātur in l.edicto.C.si aduers.fisc.restit.postule.hoc est, in omni uenditione quæ fit à fisco de bonis suis uel alterius,pp debitum soluendum,subhastatio necessitatur. Nec à proposito alienum erit, hoc loco alterius quæstionis recordari. Nēpe subhastatio an requiratur in locatione rei fiscalis, sicut & in uenditione. Hęc quæstiuncula negatiuam desiderat partem, iuxta glossam in uerb. Publici prædij,in uulgata ac notabili. l.quamuis. C.de uend.reb.ciuitat lib. 11.& ibi Bartolus,nec non glossa in uerb.licitatio.in l.3. C. de fund. patrimo. lib. etiam 11.quæ glossa distinguit inter locationem perpetuā & temporalem,quam uidere poteritis. Superioribus adnectere minimè absurdum fuerit, subhastatio in uēditione pignoris seu distractione an requiratur?Cui interrogationi, affirmatiuè satis fieri haud dubium est, per Iustinianum Imperator.in l.fi. C. de iure domi. impetran. quod uerum adstruit Baldus ibidem in prima colum. in uersicul. nota diuersitatē istorum,&c.etiā si pactum fiat, sine subhastatione ac debitoris citatione fieri posse, & ait inualidā censendā esse conuentionem,ut sine ulla subhastatione distrahi possit,etiā debitore certificato ac certiorato post bienniū. Hinc Baldus ibidē ait apprimè notandum contra & aduersum fœneratores, qui elapso biennio à die pignoris uendunt: quod de iure nequeunt,

queunt, imò uetitum legitur, quia illud biennium incipit à die nunciationis, non pignoris, uti placuit glossæ in uerb. nisi ei. in l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. Nisi id cõsuetudo (cuius his in partibus maxima proculdubio est authoritas, ac cui obtemperandum est) admitteret, sicuti placuit glossæ in præalleg. l. fi. Sin autem est creditor gratiosus, tũ profectò obseruandum, quod notatur in tritissima. l. si conuenerit, iamiam prænarrata: cuius recitationem, prolixitatis euitandæ causa, posthabere cõstitui. Ex quibus indubiè sustineri minimè extraneum fuerit. † Pactum inter creditoré & debitoré, quò res pignorata efficiatur creditoris, si debitor intra certũ tempus non luat, inualidum esse, roboreq; carere, nisi addatur quod si empta summo iustæ æstimationis precio, Alexandro in l. 1. necnon Dioclet. ac Maxim. in l. 2. Imperatoribus testibus. C. de pact. pignor. atque Martiano. I. C. in l. si fundus. §. fin. & ibi Doctores Bartolus & Ange. ff. de pignor. uerba textus. POTEST ITA fieri pignoris datio, hypothecæve si intra certum tempus non sit soluta pecunia, iure emptionis possideat rem iusto precio tunc æstimandã hoc enim casu uidetur quodammodo conditionalis esse uenditio: & ita

36 Diuus † Seuerus & Anto. rescripserunt, ubi inquit esse fraudulentorũ usurariorum seu fœneratorum astutias ac praxim huiusmodi contractus celebrare, quibus addunt quod nisi luatur, resoluatur ac redimatur intra tempus, omne pignus detur ipsis integrum, in solidum pro precio æstimãdo Titii ac Seii arbitrio, quos ex nunc in arbitratores & bonos uiros eligimus, quod memoriæ cõmendandum asserit, sed subdit Ang. usurarium seu fœneratorem, calidum, uafrum ac astutũ esse debere, quò eligat amicos, qui pignus æstiment ab ipsius animi sententiam, quod postremum Ang. additamentũ mihi (salua interim pace tãti uiri) admodum displicet, ut quod apertè erroris uitiũ præ se ferat, sicuti omnibus rectè syncereq; sentientibus perspicuũ est, de quo uidere nemo grauabitur Bart. in l. fi. C. de pact. pigno. dicenté subdolos fœneratores Bononienses ex cõsilio suorũ antiquorũ doctorũ & aduocatorũ facere fieri instrumenta, hoc modo. Si pecuniã ad tempus non resoluens, sit fundus mihi emptus iusto precio,

 arbi-

arbitrio huius & illius declarando, quos ex nunc in arbitra tores bonosq; uiros eligimus, quod consiliū ait signandum Bart. in l. 3. in ult. q. C. de pigno. & in dicta l. si fundus, & Bal. in c. primo 2. colum. de feud. dat inuicem leg. commis-
37 so. in usib. feud. † Nec obliuiscendū censui pignoris subhastationem, debitoris citationem desiderare & requirere, glosa & doctores in allegata l. finali in prima colum. C. de iure domi. impet. ac in l. 4. C. de distract. pigno. & in uulgata l. si cōuenerit ff. de pignor. actio. doctores in l. ordo C. de exe-cu. rei. iudi. quibus quidem passibus clare & expresse huius
38 fit mētio, quos intueri licebit. † Sed quid hic de nr̄æ ætatis pestilentissimis, numero (proh dolor) infinitis fœneratoribus mihi dicendū? qui pignora à debitoribus recepta post finem anni, uti propria sæpe clam & secreto, rarius autē palā aut publicè ex suo arbitrio, parteq; minimè uocata, uendunt atq; distrahunt, unde non contenti sua sorte & usura recepta, uniuersam etiam pecuniæ summā excrescentem sibi impudenter uendicant, in animarum suarum, nisi tempestiua sequatur restitutio, perpetuum & ineuitaabile exitiū, qui iuxta utriusq; legis humanæ & diuinæ ueritatē nullo penitus in republica honore digni sint, sed econtra tā haberi q̄ uocari debent uoraces ut lupi, execrabiles & detestabiles ac infames ut prædones, tametsi hoc seculo uere infœlici, conditionis multò melioris appareant quibusdā alijs inculpatæ uitæ hoībus, qui egenis deposito pignore, mutuum dāt, nil inde sperantes (quos doctores sæpenumero creditores gratiosos appellare consueuerunt) l. si cōuenerit. ff. de pig. act.
39 † uetitū legimus pignus distrahi nisi debitori ter fuerit denunciatū ut soluat, & cessauerit, solutione aūt cessante distractio publica permittitur, eatenus ut quod, accepta sorte superest, debitori restituant. Secus illi, nam ut dictum est, nō contenti sorte & usura, residuum (ét inuitis dominis) post anni terminū pertinaciter retinent, & qđ deterius est, debitoribus idipsum, iuste reperētibus minaciter & odiosè recusant, ueluti fures, latrones, & prædones impudentissimi, qui
40 bus merito ueniunt cōparandi, quanq̄ suā rapinā † conent ī humeros principū nonnunq̄ reijcere, prætextu quarundā lite-

literarum sibi ad usuras exercendas ab iisdem principibus, alias importunis & improbis precibus, alias ingentibus muneribus (restitutioni tamen indubiæ obnoxiis) concessarum & permissarũ, quum tamen hmõi literæ, si penitius introspiciantur, nihil supra usuras fieri posse conniuent. Quamobrẽ usuris huiusmodi utut permissæ sunt receptis, reliquum ut debitori, etiã anno elapso, restituant, necessum est, atq; ad
41 hoc iudicialiter sine dubio compelli possunt.† Quod testari possum. Dum enim Louanii operam iuri nauarem, ac eximio D. doctori Nicolao Heems à Bruxella tunc in humanis agenti cohabitarem, contigit quendam clericum sex argenteos scyphos deauratos, quos necessitate constrictus fœneratori Louaniensi pignori dederat, anno decurso, sorte & usura realiter oblatis repetere· fœnerator negauit se debere huiusmodi realẽ oblationẽ accipere, & scyphos uelle restituere, quandoquidẽ sui (ut aiebat) facti essent, per annuã possessionem, quo non luisset pignus. Tandẽ re in controuersiã iuridicã delata, consilio eiusdẽ D. doctoris Nicolai Heems à Bruxella succubuit fœnerator, utique condemnatus, & dictorum scyphorum restitutionis & expensarum, citra ullã etiam temporis illius uel anni lapsi consideratione. Quamobrẽ simili casu occurrente sic iudicandum erit. Nam annus
42 ex consuetudine fœneratoribus admissus non † conceditur ut eo lapso pignora prorsus & simpliciter illis fiant propria: sed ita demum, ut ex illorum uenditione sortem cum usuris sibi recuperare possint, quibus receptis, iuris, rationis, & summæ æquitatis est, ut reliquum debitori restituant: suffi-
43 cere. n. illis debent sors, † & usura permissa. Neq; ipsis suffra-
44 gari potest inerme argumentum, † quo suam iniustitiam tutari uolentes, dicunt pignora nonnunq̃ anno lapso sortẽ, & decursas usuras pręstare non posse, & sic suis permissis fraudari usuris, huius nanq;. periculi casum facile prouidẽtia fœ-
45 neratoria uitare satagunt, † qñ duntaxat habita ratione dimidii ualoris oblati pignoris, sua mutua usuraria, ex consuetudine per eos ẽt inuiolabiliter antiquitus obseruata exercent, adeò ut nihil illis periculi superuenire possit, per annũ huiusmodi decursum. Et haud dubium ẽt est, pignus sem-


per

per pluris æstimari quàm debitum, Vnde dicitur, quod residuum debet reddere creditor debitori, quando pluris debito pignora. uendit. l. si. §. sin autem minus. C. de iure domi. impetran. l. si inter colon. in fine. ff. de pignor. Vlpianus.

QVIA QVOD amplius debito consequutus creditor
46 fuerit, debitori restituere debet pigno. actio. † Sed dolendũ qđ ab antiquis adeò discrepent præsentes usuræ, ut optime (quid dico norunt) sentiunt, quicunq; necessitate adacti, modernorũ fœneratorum operam, seu uerius immitem immisericordiam implorare coguntur, à quibus uelut ab hirudinibus exuguntur: neque etiam minus deplorandum uideo tam abiectos olim & infames humunciones ad primos nunc honores ubiq; ferè locorum atque adeò in ipsas aulas principũ usq; prorupisse, ut ipsos quibuslibet uiris, extra omnem controuersiam etiam authoritate longè maioribus, ac dignitate, prudentia, consiliove magis conspicuis, passim in matrimoniis contrahendis, in priuatis & publicis conuentibus, prandiis & cœnis, denique in accessibus ad principes, ad consilia cum optatissima audientia præferri uideamus: subticendũ interim, quia ea est materia, quam hic altius repetere non est consiliũ, & de quibus amplius dicendũ esse non arbitror, reliqua enim cõmunia sunt, & ingenio & prudentia facile in
47 promptu erunt. Præterea † quæstio occurrit minimè aspernanda. Subhastatio an & qñ requiratur, priusquã ad secundũ decretũ perueniatur? Huic facit satis Bald. qui iuris nodos & legum enigmata ut plurimum soluit in l. ordo, in 1. colum. in uerb. sed tu ulterius nota. C. de exequu. rei iudic. quod ad secundũ decretũ non peruenitur: nisi pendente subhastatione, hoc enim est necesse ubicunq; res absentis uenundantur. l. si fundus. ff. de rescinden. uendit. Bart. in l. acceptã. C. de usur. secus si res præsentis: nisi sit fiscus, minor, Ecclesia, uel decurio cuius bona sunt prohibita distrahi, publicæ utilitatis fauore, ut in Authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. ecclesi. necnon in l. 1. de præd. decur. lib. 10. C. l. sed & sine. ff. de minori. 25. annis, dicitq; glossa. Quòd uendere rem cum subhastatione, non est solennitas leuis, ut in Authent. de fideiuss. post exordiũ. De hoc capite satis, ad alias ueniamus.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Bartol. secundũ nõnullos* { *Iuris lucerna* / *Cæcorum dux* / *Veritatis speculum* / *Veritatis pater* } *appellat.*

2 *Baldus subtilis ac ingeniosus.*

3 *Speculator uetustioris seculi practicus insignis.*

4 *Bartolum iurisperiti pro numine colunt.*

5 *Subhastationis forma secundum Bartolum.*

6 *Licitatio quando fit, uenditor emptori de meliori conditione per aliũ oblata, notificare obligatur, quo licitãtem uel uincere uel superare possit.*

7 *In subhastatione ac licitatione, qui semel minus obtulit superatus ab alio, iterum poterit plus offerre, & admitti debet, quia uenit ut alius.*

8 *In licitationibus, id est, oblationibus precii ad rem uænalem, pro illa comparanda priorem licitatorem, per posteriorem (qui ultra aliquid ad precium oblatum offert) liberari certum est si soluendo sit, & licitationi aptus ac idoneus, alias uerò minimè.*

9 *Idoneus non dicitur, qui conueniri nequit.*

10 *Licitator ut admittatur, requiritur maior idoneitas & maior utilitas.*

11 *Non habens unde soluat, similis est habenti exceptionem peremptoriam.*

12 *Verba incanti, cum effectu intelligenda.*

13 *Obtulisse nec uidetur qui minimè seruauit, quæ seruare debebat.*

14 *Venditori indubiè licitum est, pluribus ex licitatoribus, maximè idoneum eligere.*

15 *Licitatio tum est admittenda, cum licitator fideiussores idoneos dare paratus est.*

16 *Fiscus non acceptat, nisi sufficientes & soluendo.*

17 *Subhastatoribus in mandatis non uidetur dedisse respublica, ut inidoneum licitatorem acceptent, & idoneum dimittant.*

18 *Licitator prior, per posteriorem inidoneũ minimè liberatur, sed ut ante obligatus remanet.*

19 *Per subhastationem aut alias res immobiles, tam uendendæ quàm uenditæ, specificari ac terminari debent in instrumento, literis*

*decu*

*decurionalibus, aut similibus, per earũ quantitates, qualitates, loca, latera & fines.*

20 *Precia seu æstimationes rerum aliquot probantur modis.*

21 *Testis obligatur deponere per sensum corporeum actui congruentem.*

22 *Iudicare non ad testem, sed iudicem spectat.*

23 *Probatio ualoris rei in duobus priuilegiatur.*

24 *Probatio de credulitate admittitur in his, quæ non cadunt directo in sensum corporeum.*

25 *Res postquam fuit subhastata, non est locus remedio. l. 11. C. de rescind. uendit.*

26 *Aduerte ad distinctionem.*

27 *Franci seu Galli ex more habent, ut impetrent literas regias pro contractus rescissione, quas literas regias rescissorias appellant.*

28 *In Gallia, elapso decennio, à tempore contractus, non habet amplius locum remedium. l. 11. C. de rescind. uendit.*

29 *Literæ huiusmodi rescissoriæ, elapso decennio, in Gallia, nõ dantur.*

30 *Memoria hominis est labilis.*

## CAPVT QVARTVM.

TRactaturus de subhastationis forma ac mõ, sequentes doctores legendos atq; relegendos interim omnibus modis, nequaquam dissua-
1 deo: † utpote Bartolũ (quẽ nonnulli iuris lucernam & cæcorum ducẽ. alii uerò speculum atq; ueritatis patrem appellare solent) in l. licitatio. ff. de publica. & uectiga. necnon in l. 1. C. de fid. instru. & iur. hast. fisca lib. 10. atq; doctores in sæpe dicta Authent. Hoc ius porrectum. C. de sacrosan. ecclef. Et † Baldum in l. ordo. C. de
2
3 execu. rei iudica. quàm sæpissimè allegata. † Et Speculatorẽ, in titulo de cita. §. sequiẽ, uerb. si uerò subhastatio. Vbi formæ subhastationis rei pupillaris notanter meminit, quorum opiniones, dogmata, & interpretamenta hac in materia omnes passim sequuntur, laudant & asserunt: nec est, meo iudicio, etsi tenui, ulla iuris ciuilis pars in qua adeò Bart. Baldo, & Speculatori assentiantur & tribuant scriptores, ita recepta est in hoc scribendi genere, eorum authoritas, ut pro lege

(quamuis utiq; nullis corroboretur legibus) apud omnes ha
4 beatur. Bartolus tamen (quem † iurisperiti pro numine colunt, & cuius scripta inter sacrorũ uatũ oracula in larariis habent) in allegata.l.licitatio.ait, subhastationis formam esse, qđ edicto aut præconis uoce notũ manifestumq; fiat, quicun
5 que talẽ † aut talem rem emere, cõparare ac mercari desiderat, coram talibus uel talibus, infra tot dies ad promittendũ compareat, & plus offerenti dabitur, ut in dicta Authentic. Hoc ius porrectum, & in allegata.l.1.C.de fid.instru.& iur.
6 hast.fiscal.lib.10. Et † quando fit licitatio, uenditor emptori de meliori conditione per aliũ oblata, ac qualiter ab altero plus offertur, indicare tenetur, quò licitantẽ uel uincere uel superare possit, ẽ in Bald.in l.licet, & in l.necesse.ff.de in diẽ adiect.& est simile de licitatione in l.ult.C.de iure emphy. in l.si tamen quibusdã & in l.cum pater. §.rogo.ff de legat.
7 2. Qui † enim semel minus obtulit superatus ab alio, secundò poterit plus offerre.& admitti debet, quia uenit ut alius, & pro noua obligatione ut inquit gl.& Bart. in l. tẽpora. C. de fid.instru.& iur.hast.fisc.lib.10. & si unus emerit cũ hoc, quod si melior conditio fuerit oblata & secundo emerit pluris cũ dicta conditione, statim à prima uenditione recessum ur, ut in l.qui autẽ & ibi declarat Bald.ff.de in diẽ adiect. & si res fuerit uni addicta & uẽdita nihilominus audietur alius postea ueniens, durante termino, & admittetur ad emendũ, quia uidetur prima facta sub conditione, si alius meliorẽ conditionem infra tempus in subhastatione adpositũ non attulerit, d.l.si tempora, & ibi Bartolus declarat, licet subdat, hoc
8 locũ non habere, quando priuatus uendit, sed duntaxat quũ fiscus uel respublica. Animaduerte diligẽter i licitationibus, id est, oblationibus precij factis ad rem uænalem pro illa emenda ac comparanda, primum licitatorem per alium ultimum, & post eum uenientem, qui ultra aliquid ad preciũ iã oblatum offert, liberari, quando is ultimus est idoneus & soluendo, atq; per uenditores admittitur: secus si non soluendo ait inidoneus reperiatur, tum enim prior remanet obligatus. Ita determinat singulariter Bald.in suo cõsilio incipiente. Modus & forma datiorum in ciuitate Anconæ, &c.inquiens cum

ens eum uideri liberatum, quia qui dare fideiussorem promisit in idoneum, dando liberatur, authore Vlpiano. I. C. in l. qui satisdare §. plane. ff. de fideiusso. & mãdato. quia nõ dr̃ in incantu, quod dabitur idoneo, sed plus offerenti, & plus est oblatum, ergo ex uirtute uerborum recessum est à penultimo licitante, quamobrem nequaquam curandũ est, si sit soluendo an non? dummodo sit talis qui obligari possit. Sed his ac similibus rationibus minime obstantibus, in contrarium est proculdubio ipsa ueritas, quod præallegata l. probatur: requiritur enim quod licitator sit talis qui possit obligari & conueniri, dicta l. qui satisdare. primo responso.
9 † Et nequaquam dr̃ idoneus qui conueniri nequit. Martia. I. C. in l. sciendum ff. qui satisdare cogan. in Authentic. de exhi. reis in §. suscepto. probatur per d. l. qui satisdare. in fine ibi. quia qui admisit, à contrario sensu, necnon per textũ in l. quod autem §. finali ff. de in diem adiect. ubi ad hoc ut
10 licitator admittatur, & dicat † plus offerre, requiritur facultatum idoneitas, maior promissio, utilitas, & conueniẽdi facilitas l. ubi autem §. penult. & finali ff. de in diem adiect. sed in his ac similibus, omnino contrarium censendũ, quia nec conueniendi facilitas, nec par utilitas, nec par quantitas
11 potest esse, † ubi quis non est soluendo. Nam qui non habet unde soluat, similis est habenti exceptionem peremptoriã, ut notatur in l. Titius, ff. de procurat. & iu l. nam is ff. de do-
12 lo. † Item uerba incanti siue (ut nonnullis placet) incantamẽti cum effectu intelligi debent, uti notat glos. in l. 2. ff. qui satisda. cogan. necnon in l. 1. ff. in ius uocati ut eant. Item nec
13 obtulisse uidetur † quisquis minimè seruauit cætera, quæ seruare debebat, nec contractum perfecit, nec idoneos fideiussores dedit, ut in l. arbitrio ff. qui satisda. cogant. Itẽ quia uenditori indubie licitum est, pluribus ex licitatoribus, ma
14 ximè idoneum eligere: † quemadmodum testatur Vlpia. I.
15 C. in l. Sabinus ff. de in diem adiectio. † Item, tunc est licitatio admittenda, cum licitator fideiussores idoneos, & cautiones offerre ac dare paratus est. Authore Pompo. I. C. in sæpissime alleg. l. licitatio ad initium ff. de publica. & uectiga. alias enim maximum sequeretur absurdum, utpote, qđ
qui

qui male licitaretur seu offerret, alium inidoneum quo sese à promissione liberaret, proculdubio submitteret Vlpia. I. C. in l. cum hi §. si cum lis ff. de transact. & maximè hoc procedere nonnulli aiunt in uenditione Reipub. cui semper de
16 bet excipi quod est utile. † Item quia fiscus non acceptat nisi sufficiens & soluendo l. prima §. an bona. ff. de iu. fis. facit in ratione sui l. si seruus plurium §. si quis ante ff. de lega. 1.
17 Item quia respublica nequaquam † uidetur subhastatoribus in mandatis dedisse, ut acceptent inidoneum licitatorem & idoneũ dimittant. Gaius I. C. in l. in personã §. qui pecuniã ff. de pact. & Vlpian. I. C. in l. si bene ff. de usur. ita solenniter concludit Bal. in dicto suo consilio. Idemq́; ẽt paucis uidetur sensisse uerbis, Bar. in dicta l. licitatio & in dicta l. si tẽ
18 pora, quod prior licitator, † per posteriorem in idoneũ, minimè liberetur, siquidem prior licitator, per posteriorem in curatela cum causæ cognitione, prout de iure ac etiam consuetudine edicto publico proscriptum, seu proclamatum prodigum, & sic inidoneum, nequaquam liberatur, sed ut prius
19 obligatus indubiè remanet. † Præterea animaduerte res immobiles per subhastationem, aut quouis alio etiam modo tam uendendas, quàm uenditas specificari ac terminari debere in instrumento, literis decurionalibus (uulgo scabinalibus) aut parium curiæ, per earum quantitates, qualitates, loca, latera & fines, ut signanter Vlpiano I. C. placuit in l. forma. ff. de censib. necnon Sceuolæ I. C. in l. Titius hæres §. finali ff. de actio. empt. Ita confidenter ponit Speculator in titulo de empt. & uendit. in §. primo in uer. si ita, quod passim practici omnes, omnibus in curijs ac foris insequuntur, saltem obseruare quàm maximè student & nitunt̃, quò indubiè controuersiæ omnes, concertationes, discrepationes, rixæ, necnon omnis generis discordiæ facile deuitabuntur.
20 † Præterea meminisse minime obfuerit hoc passu (tametsi à subhastationum materia nonnihil abhorreant, occasione tamen oblata, cum alioqui cognitu sint digna, non piguit annotare) precia seu rerum æstimationes, aliquot probari modis: Primò, per iudicem, facta per eum taxatione. Secundò, per relationem peritorum & assumptorum per iudicem ad

hoc.

hoc. Tertio, per librum æstimi siue catastri publici (ut uolunt Itali) in quo describuntur res, omnium ac ipsarum precia: qui quidem liber minimè plenam fidem facit, sed præsumptionem ac indicium duntaxat induit, Bartolo ac Baldo testibus, in l. ultima. C. de magistra. conue. necnon et Baldo in l. si pater. C. de actio. empt. Quartò, per testes, quorum probatio omnium difficillima, utpote per indirectum seu obliquum, nequaquam autem per directum, scilicet per sensum corporeum: æstimatio enim rei in sensum corporeum testis non cadit, sed per iudicium intellectus, manifestissimi
21 enim iuris est, † testem debere & obligari deponere per sensum corporeum actui congruentem, ut l. qui testamento §. finali, & ibi late Bartol. & doctores ff. de testament. Bart. in l. ad testium C. de testib. ibidem Innocentij decisionem referens. Glo. solennis, & ibi Bart. in l. 2. C. de rescin. uend. textus notabilis in l. ulti. & ibi Bartol. C. de prædi. nauicula rio lib. 11. & non per iudicium intellectus, non enim ad te-
22 stem, sed ad iudicem spectat iudicare. † ut notat Barto. in l.
23 prima. ff. si cert. peta. † Ex quo elicere nequaquam pigebit, ualoris rei probationem in duobus deberi expedi, quod (uulgo) dicimus priuilegiari. Vnum quo in eo obliqua & indirecta probatio admittatur, neque cogitur quis per sensum corporeum deponere. Bart. in l. secunda. C. de rescind. uend. Alterum est priuilegium, licet regulariter non admittatur depositio de credulitate, sed tantummodo de certitudine. Bart. in l. 3. ff. de iureiuran. tamen in probando ualore rei admittitur depositio de credulitate, & in hoc priuilegiatur.
24 Bart. in l. precia rerum §. ulti. ff. ad l. falcid. † Ratio est, quia in his quæ non cadunt directò in sensum corporeum, admittitur probatio de credulitate l. 1. §. primo de uent. inspic. c. proposuit, de probat. in antiq. quod est solenne. Quintò, per subhastationem, quæ omnia, aut his similia explanare, neq; est omnino uirium nostrarũ, neq; præsentis instituti, quintò duntaxat modo excepto, quo æstimatio seu ualor rei probatur per subhastationem, sed horum uberius explicatiusq; meminit D. Angel. Aret. in suis commentarijs in §. si quis agens, institu. de actionib. quem petite. Prosequendo tamẽ
materiam

materiam nostram, amplexabimur præfatum quintum modum, quo fructuum aut rei æstimatio per subhastationem probatur, quia tunc ad æstimationem factã in subhastatione conuoluatur & recurritur textus in sæpissimè allega. Authẽ. hoc ius porrectũ. C. de sa. sanct. eccle. Hinc scribit Ioan. de
25 Imola. in d. l. precia rerũ. §. ulti. Qđ postquã res † fuit subhasta, nõ sit locus remedio. l. 2. C. de rescin. uend. Ratio ẽm eum, quia tunc uenditio uidetur legitime facta. Sed Bart. contrarium indubiè sensit, allegãs textum. l. 2. C. si propter public. pensita. Existimo tñ (salua interim pace tam eximij ac singularis uiri) priorem opinioné: quæ est Imolæ esse pro facto ueriorem. Ratio est, quia res quæ hastæ submittitur ac subhastatur, datur, & traditur plus offerenti, igitur datur ẽm loci publici æstimationem, quæ dicitur ac censetur æstimatio legitima & uera, ut scribit Bartol. in sæpiusculè citata. l. Precia rerum. §. ult. Pro concordia atq; conciliatione dictarũ opinionũ intrepidè ac fixo pede cẽsendũ paucis arbi
26 tror. Vbicunq; res uenditur seu uenũdatur † ad subhastationé dolo & fraude cessantibus, idq; ob necessitaté, & datur plus offerenti. tũ in illa nequaquã est locus remedio. l. 2. C. de rescind. uend. & hãc opinioné amplexant̃ & obseruãt huius ætatis practici oẽs. Res uerò quæ minimè ob rei familiaris necessitaté, sed quadã ex uoluptaté uenundatur, si ad subhastationé, repugante statuto loci aut cõsuetudine, plus offerẽti nõ det̃, eo casu locus erit remedio. d. l. 2. C. de rescind. uendit. hoc certe pacto intelligitur opinio Bar. in l. 1. C. de præscript. 30. uel 40. annor. Ita intelligitur opinio Ang. & Paul. in nõ semel allegata l. Precia rerũ. §. ult. Nota. Quod
27 semp in Francia habent pro more, † ut impetrent literas regias, ꝑ cõtractus rescissione, quas Galli literas regias rescissorias appellitãt. Sed id ab hinc aliquot annis limitatũ ꝑ regias ordinationes reperi, ut decẽnio elapso, à tẽpore cõtra-
28 ctus celebrati, nõ habeat amplius locũ remediũ. l. 2. † Itaq;
29 post decẽniũ effluxũ huiusmodi literæ † nequaquã dantur,
30 quum hominis memoria labilis sit, † sicuti meminit Imperator Iusti. in. l. 2. §. si quid aũt C. de ueter. iure enuclean. Specul. de locato. §. 3. uersic. habito quandoq; post annum

glossa in cap. si testes. 4. q. 3. per .l. si arbiter. ff. de probat. His satis, ne copia fastidium pariat.

## SVMMARIVM.

1 *Subhastationis tempus.*

2 *Subhastationis tempus iudici seu officiali augere, non minuere permittitur.*

3 *Subhastator uendens, an fidem de precio habere queat?*

4 *Subhastatio an ementis praesentiam requirat?*

5 *Exponens uenalia, si obligari nolit, illa uerba quod, plus offerenti dabitur, nõ adponat, quo casu potius rei precium explorare, quã uendere uoluisse uidetur.*

6 *Subhastatio iudicis decreto facta, an exceptionem deceptionis dimidiae excludat?*

7 *Ioannes Andreae profundissimus utriusque censurae monarcha, & ueritatis iuridicae defensor amantissimus.*

8 *Subhastatio precium iustum discernit.*

9 *In subhastatione si plures concurrant, quid iuris, quidque fiet?*

10 *In subhastatione offerens plus iusto, non ut emant, sed ut alios inducat ad pluris emendum, tenetur crimine stellionatus.*

11 *In subhastatione statim quod quis offert obligatur tantum dare.*

12 *Minor in licitationibus restituitur.*

13 *Edicta publica, uulgo, banna seu bannimenta nuncupantur.*

14 *Ex quo facio edictum fieri seu rem praeconizari, uideor contrahere cum incerta persona, quippe plus promittente.*

15 *Subhastatio cum fit, an habens duas partes rei praeferatur habenti unam duntaxat?*

16 *Quum eris iudex super re communi diuidenda, optio defertur habenti maiorem partem, quam si non acceperit, transit optio ad habentem minorem partem.*

17 *In subhastatione offerens, an possit poenitere?*

18 *Subhastatio an requirit, quando haeres confecto repertorio uendidit?*

19 *Subhastatio non probatur uenditionis instrumento, in quo fit mentio subhastationis factae, quae fieri non potuit tempore instrumenti.*

20 *Subhastationis factae confessio in ultimo elogio, an probet, & quid, si fit cum iuramento remissiuè.*

21 *Subhastata res cui concedenda.*

Sub-

22 *Subhastatæ res Ecclesiæ, iustum precium, non plus offerenti traduntur.*

23 *Ecclesia in suis contractibus nequit fraudem adhibere.*

24 *Ecclesia cultrix & auctrix iustitiæ, non patitur contra iustitiam aliquid fieri ac moliri in se uel in alterum.*

25 *Priuatus sæpe obuiat iustitiæ.*

26 *Lex ciuilis admittit ut contrahentes se inuicem decipiant.*

27 *Ius diuinum & forum conscientiæ non admittunt, ut contrahentes se inuicem decipiant.*

28 *Euangelium Matthei vii. iubet cuique facere, quod sibi uult fieri, & prohibet alteri inferre, quod sibi nolit fieri.*

29 *Omnia quæcunque uultis, ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. Matthæi vii.*

30 *Nemo præsumitur iactare suum.*

31 *In foro conscientiæ, quilibet debet esse bonus uir.*

32 *Ratio, quare in foro ciuili ac canonico licitum est contrahentibus se circumuenire, & non in foro conscientiæ.*

33 *Lex diuina nihil impunitum reliquit, quod sit uirtuti contrarium.*

34 *Iustum precium non est punctim determinatum.*

35 *Subhastatio cuius efficaciæ.*

36 *Subhastatio ubi interuenit, omnem doli fraudisque suspicionem cessare facit.*

37 *Subhastatio firmat contractum, & perpetuò ei robur attribuit.*

38 *Hastæ fiscalis fides, facilè conuelli non debet.*

39 *Subhastatio non est leuis solennitas.*

40 *Subhastatio tollit præscriptionem contra uendentem.*

41 *Quod plus offerenti dabitur, illa uerba in subhastatione, quid importent remissiuè.*

## CAPVT QVINTVM.

ANTEQVAM huic Exegesi ultimam imponeremus manum, nonnulla adhuc alia mihi subijcienda uidebantur, quorum explicatio & enarratio non parum ad intellectum eorum quæ capitibus præcedentibus exposita & de-
1 clarata sunt, † conducet. Est autem tempus subhastationis, in quo res uænalis stare debet sub ha-

sta,à iure diffinitum, spacium quippe uiginti dierum in rebus Ecclesiarum, minoris fisci, & id genus nec dissimilium, ut in dicta Authentica, hoc ius porrectum, ibi (per uiginti dies rem Ecclesiæ esse uænalem,&c.) In aliis uerò est arbitrarium, id est, arbitrio uenditorum, nisi aliter tēpus statuto aut consuetudine esset aut reperiretur limitatū, sicuti sensit Bartol. post glossam insignem ac memorabilem in l. si tēpora. C. de fid. instru. & iure hast. fisca. lib. 10. à cuius sñia & ratione non abhorret Baldus, id ēt tradens in l. 1. C. de præscript. 30. uel 40. annorum. Sed idem Bald. in d. l. ordo. C. de execut. rei iudica. censuit contrarium, inquiens. In iudicis esse arbitrio, posseq; efficere rem sub hasta teneri, post suam sententiam, ad annum usq;, per c. quærenti. de offic.
2 de lega. quod tamen tempus officiali augere, † non minuere permittitur s͠m Bartol. ita adstruentem in l. si tempora præcitata: atque elapsis primi banni diebus in quo aliquis obtulit, secundum bannimentum fieri nequit quo alius admittatur, ac ius iam quæsitum priori offerēti tollatur, nisi esset minor uel persona quæ ex restitutione id impetraret, expressa. l. & si sine. §. quæsitum. ff. de minori. 25. annis, alias primo banno standum est, ut. l. 2. C. de locat. præd. ciui. lib. 11. ita declarat glossa atq; Barto. post eam in sæpe allegata. l. si tempora. & in l. licitatio in principio. ff. de public. & uectigal. Nec inconcinniter prioribus subsequens qō accommo-
3 dabitur. An subhastator uendens fidem de † precio habere queat? Hæc quæstio negatiuam ascissit partem, ipsum fidē de precio habere non posse, uti, Vlpia. I. C. uisum est in trita ac uulgata. l. A diuo pio. §. sed si emptor in uerbis oportet enim res captas pignori & distractas p̄senti pecunia distrahi, nō sic ut post tēpus pecunia soluatur. ff. de re iud. & ita Bart. sensit in l. 1. ad finē uer. quæro utrū procurator. C. de fid. instru. & iur. hast. fis. lib. 10. dicitq; glossa precio præsente, ut l. si procurator in fine. ff. de iure fisc. Adde Bald. in l. Cōtractus, in 2. col. in uer. secundā uerò opinionem. C. de fid. instru. & in prac. Papi. in uer. p̱ publicū nunciū in titu. de execut. sent. Huius nec immemor reperitur. Ioannes Bertachi
4 nus in suo tractatu, Gabellarū, tributorū, † atq; uectigalium.

Deinde,

Deinde, subhastatio an ementis præsentiã requirat, præsēs quæstiuncula destructiuã partem desiderat, nec requiritur personæ ementis presentia, sufficit.n.quòd eat ad promittēdũ, ad illam personam uel locum, qui continetur in præconio aut edicto, & ita obligatur proponens ad uendendũ nisi antequã aliquis offerat publicè reuocet, sicut publicè proposuit ut.l.sed & pupillus.§. de quo palam in princ.ff. de in-
5 stit. actio. Sed si exponens ad uendendũ,† obligari nolit, illa uerba, quod plus offerēti dabitur, nequaquã adponat: quo casu potius rei preciũ explorare, quam uendere uoluisse uidetur. Ita notabiliter placuit Barto. in d.l. licitatio & in d.l.
6 si tēpora. Præterea subhastatio iudicis decreto facta,† an exceptionē deceptionis dimidiæ excludat? Pro huius quæstionis enucleatione considerandũ est, hoc quippe pacto iustũ precium probari posse, utpote quod res fuerit subhastata in loco publico, alta uoce, atq; nõ plus fuerit repertũ, nisi tm. Isto.n.casu quũ res est uendita per subhastationē, nequid dicere uēditor se ultra dimidiũ iusti precii circumuentũ ac deceptũ, si iudicis decretũ interuenerit ut in l.1.C.de pd.dec. sine decre. non alie.lib.10.& ibi Bar.pro quo optimè facit
7 qđ elegantissimè tradit Ioan. An. Quod quid sit † iustũ pre-
8 cium discernitur per subhastationē,† allegat. Authent. hoc ius porrectũ.C.de sacrosanct. Eccles.l.ad officium, C.commu.diuidun.l.fi.§.pen.C.de iu.do.impetr.l.2.& 3.C.si pp publi.pēsita. quod tene memoria. id expresse ēt sustinet D. Ang. in l.obseruandũ.§.corpora.ff.l.falcid. licet Bart. aliter sentiat in l.1.C.de præscript.30. uel 40. annorum allegans l.si quos C.de rescind.uend. quia (inquit) non sequitur res fuit subhastata, ergo iusto precio uēdita. Ideoq; nequaquã sequit̄ necessario, qđ non possit esse iniustum precium atq; quod nequeat esse reuera deceptio, seruit quod habetur in simili in l.3.in fine, de supel. lega. alias sequeretur quòd res uendita per minorem cum subhastatione cum authoritate tutoris se curatoris, & cum decreto iudicis non posset per in integrũ restitutionē retractari, quod est à ueritate haud dubio alienũ, ut est bonus textus in l.siquidē C.de pdi.minor. Sed ibi clare fuit probata ambitio, s̄m Ang. in d.§. corpo

ra. Ita refert Math. ab afflictis Neapol. in suo cõmentario, super Constitutione Fred. imp. de iure Protomiseos. §. 2. nu. 9. Similiter & Ang. in §. si quis agens, nu. 3. instit. de actionib. quos si lubet uidete. Quandoquidem aliquot nunc scrupuli circa subhastationis materiã memoriæ occurrunt. Quid
9 iuris quidq́; fiet,† si plures in subhastatione concurrant, Respondendũ arbitror primo offerenti dari debere, si tantundẽ per oẽs offeratur, ut. l. 1. C. de commu. seruo manu. Si uerò simul concurrant & sint æquè idonei & tantundẽ offerant cuilibet prorata dabitur, aut gratificationi locus erit. Ita so-
10 lenniter ponit Bald. in l. fi. C. de testa. ma.† Offerẽs tñ plus iusto, non ut emat, sed ut alios inducat ad pluris emendum, tenetur indubiè crimine stellionatus, id est, pœna extra ordinaria iudicis arbitrio imponenda, seu instigenda, ut est textus notabilis in l. 3. in §. itẽ si quis imposturam. ff. de cri. stelliona. quem sing. commemorat Inno. in notab. suis, & uide text. in l. licitatio in prin. in uerb. calore. ff. de pub. & uect.
11 Item,† Aduertendum quod statim cũ quis offert, obligatur tantum dare in subhastatione, quemadmodũ ponit Bart. in sæpissime citata. l. Si tẽpora. C. de fid. instru. & iure hast. fisca. lib. 10. & officialis aut uenditor cogitur uendere & dare plus offerenti, si dixit, quod plus offerenti dabitur, nisi alteri potius offerenti minus propter faciliorem solutionem dari expediat, quia magis idoneus, ut in l. 3. & in l. Sabinus. ff. de in diem adiect. secundum Bart. in d. l. si tempora, & in l. licitatio in exor. & ad hoc quo dicatur melior conditio oblata,
12 † ut in l. 4. & in l. sed & si proponatur. ff. de in diem adiect. minor tamen in licitationib. restituitur, ut d. l. si fine. §. primo, & facit. l. Emilius. ff de minorib. 25. an. declaratq́; Bar. in crebrò citata. l. si tempora, & in l. licitatio. Et licet res fuerit concessa alicui, tamen ueniens alius infra subhastationis tempora, debet admitti, & res illi uendi: si plus offerat, ut di
13 xit glossa, & Bart. in d. l. si tẽpora. † Et inter edicta publica (quæ ẽm uulgare Gallicorũ & Lombardorũ ac eos insequentium, appellantur banna seu banniamenta, si ita fari liceat) & prouisionem intercedat temporis interuallum, tunc ex tali prouisione uel oblatione postea sequuta oritur obligatio qua

ex quo

14 ex quo facio rem præconizari † aut edictum fieri, uideor cõ
trahere cum incerta persona, hoc est, cum illo qui plus promittit, quo promittente cõtractus est perfectus, sicut si dico uolo emere, & tu dicis uolo uendere, ut notatur in l. in uédentis. C. de cõtrahen. empt. & uendit. & sicut cũ pecunia proijcitur in populo: quia uideor donare ei qui illam occupauerit ut in l. qua ratione. §. fi. ff. de acquir. rer. do. Deinde etsi plurimarum quæstionũ superius memini, quæstiuncula nequaq̃
15 silentio prætereunda in mentem uenit. † Subhastatio cum sit, an habẽs duas partes siue maiorem, partẽ alicuius rei præferatur habenti unam aut minorẽ duntaxat? Bald. in l. Sancimus in principio ad finẽ secundæ columnæ num. 9. & 10. C. de donatio. affirmatiuam partem intrepide sustinet, nempe habenti duas partes aut maiorẽ partem rei anteferri debere habenti solum unicã aut minorẽ rei partem, quia inquit, loco præallegato, maior seu præcipua pars rei, quippiã operari
16 debet. † Subditq; quum eris Iudex super re communi diuidenda, optio defertur habenti maiorẽ partem: quã si non acceperit, transit optio ad habentem minorẽ partem. Prętera hic obiter occurrit nodus apud scriptores indifficilis, expli-
17 candus ac commonefaciendus. † Offerens in subhastatione an possit pænitere? Bart. in uulgata. l. licitatio ad exordiũ. ff. de publica. & uectig. affirmatiuam sustinere partẽ legimus, si modo publicè pœniteat, sicut & publicè promisit per. l. sed & si pupillus. §. 1 ff. de instituto. actio. quod Ang. displicet, cũ emptio sit perfecta, à qua nõ licet discedere argumento. l. sicut. C. de actio. & oblig. l. primæ & secundæ. C. qñ lice. ab emp. disce. l. secundæ. ff. de rescind. uendit. & l. ab emptione. ff. de pact. dicere tamen nec obscurum fuerit ẽm Angel. de Periglis post Bart. in non semel allegata. l. licitatio. Bart. opi
18 nionẽ posse esse uerã si Reipublicæ expediat, † alia secus, qđ signa. Dein Subhastatio an requiratur qñ hæres facto inuentario uendidit? Negatiuè respondendũ est cũ Bart. in l. fi. §. & si præfatã. C. de iure deliber. hoc est, hæres repertorium conficiens potest uendere bona pro soluendis & satisfaciẽdis debitis & legatis, nec subhastatio aut alia solennitas desidera
19 tur. Præterea † subhastatio nõ probat, uẽditionis instrumen
 to in

to in quo fit mentio subhastationis factæ quæ fieri nequaq; potuit tépore instrumento gl. & Bart. in l. 1. C. de fid. instru. & iur. hast. fisca. lib. 10. necnon in l. Sciendũ & ibi Alex. x. co
20 lum. de uerb. obligat. † Deinde subhastationis factæ cõfessio in testamento siue ultimo elogio an probet? & quid sit si cũ iuramento, unde Bald. in suis consilijs consil. 475. in quinta parte. Et quandoquidem nonnulla, locis superioribus de subhastatione tradidimus, obliuiscendum nequaquam censui-
21 mus, † Rem subhastatam plus offerenti profectò concedi & tradi debere, sicut non minus rationabiliter, quã eleganter tenuerunt ac tradiderunt Bart. eiusq; sequaces in l. si tépora.
22 C. de fid. instru. & iur. hast. fisc. lib. 10. Quod † uerũ habebitur præterquam in rebus Ecclesiæ, quæ indubiè iustum preciũ offerenti tradi debent, & si alter plus obtulerit, fm glossam singularé in uerb. ut plus in c. hoc ius porrectum. 10. q. 2. & ibi Archi. & Bart. in libello de simulat. cõtract. in 2. præsum. & Lud. Pon. in sing. uerb. uenditio. uers. scis qđ res, atque Bald. in l. in causæ § penulti. ff. de minorib. 25. annis. Itaq; si in uenditione plus offertur, quàm pro rei ualore res ualeat Ecclesia summam illam oblationem recipere nequaquam debet, sed duntaxat iustum rei precium, iuxta allega-
23 tiones iamiã in medium deductas, † quia Ecclesia in suis cõtractibus non debet fraudem aliquam adhibere, ut in c. per tuas, extra de donat. cui seruit textus in c. 1. § 1. in tit. de alie-
24 na. feud. in usib. feud. ubi pulchrè textus sic habet. † Ecclesia cultrix & auctrix iustitiæ, non patitur contra iustitiã aliquid
25 fieri in se uel in alterũ: † priuatus uerò sæpe obuiat iustitiæ, quod ait satis notabile ibidem glossa in uerb. Ecclesia, quia Prælati quàm sæpissimè contrario student, sub prætextu q̃ semper melior conditio Ecclesiæ fieri debeat. Nec aliquid operatur legé ciuilem ac humanã admittere, ut cõtrahentes se inuicé decipiant. l. C. Vlp. referente in l. in causæ 2. §. Idé
26 Pompo. ff. de min. 25. an. ubi textus. † Idé Pomp. ait in precio emptionis & uenditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire, quia Ecclesia in suis contractibus ne-
27 quit dolum aut fraudé cõmmittere, dicto c. per tuas. † Itaq; sustinendũ de iure diuino seu poli, & sic in conscientiæ foro

mini-

minimè licitũ esse contrahentibus se decipere, etiam citra dimidiũ iusti precij: & etiam in casu ubi nõ daretur restitutio,
28 contrahentes'q; essent laici, † per id quod etiã Euãgelico fundatur eloquio, quò quisq; iubetur alii facere, quod sibi uult
29 fieri: & prohibetur alij iferre, quod sibi nolit fieri. † Vnde Christus in Euangelio Matth. 7. Omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis hoĩes: & uos eadẽ facite illis. hæc est enim lex & prophetiæ, iuxta c. humanum genus prima dist. Sed certũ est unumquemq; uelle qnod sibi uenderetur iusto, æquo & & communi precio: neque quemquã tã patientis animi, qui in precio decipi uelit, uel etiam citra dimidium iusti precii.
30 † Nemo enim præsumitur iactare suum, trita l. cũ de indebito in principio. ff. de proba. cum sine numero similibus, quãobrem unusquisq; debet uelle uendere & iusto & communi precio, & neminem decipere, potissimum mendacijs ac per iuriis, teste Beato August. in c. quoniam 88. distinct. & Cassiodorus eadẽ distinctione c. quid est aliud, quos textus, utinã nostri æui mercatores ac negociatores memoriæ scrinio perpetuò commendarent, præq; oculis haberent, nequaquã tam proni ad mendacia & periuria (proh dolor) essent, Ad prædicta uide glossam notabilem in l. semper in conuentionibus. ff. de regu. iur. quæ dicit. Quod licet lex dicat, quod sit
31 licitum contrahentibus se circumuenire, † non tamen cõuenit uiro bono seu ut cõsciẽtiæ foro quilibet debet esse bonus
32 uir ergo, &c. † Verum quænã apparet ratio cur in ciuili uel canonico foro admittatur contrahentibus qualisqualis circũuentio in precio quą licitum est carius uẽdere & uilius emere, etiã usq; ad dimidium iusti precii exclusiue & non sic in conscientiæ foro? Huic interrogationi facio satis ẽm beatũ Tho. secunda secundæ q. lxxvij. articulo primo, uersiculo ad primum ergo dicendum. Quod lex humana populo datur in quo sunt multi à uirtute deficientes, nequaquam autẽ datur solis pijs, bonis ac uirtuosis. Quocirca lex humana nõ potest prohibere quicquid est contra uirtutem. cui sufficit ut prohibeat ea quæ destruunt humanam coniunctionem, alia uerò habeat quasi licita non quod ea approbet: sed quod non puniat. Sic ergo habet quasi licitum pœnã non inducens, si absque

que fraude uenditorẽ ſuum ſuperuendat, ac circumueniat, aut emptor illius emat, niſi ſit nimius exceſſus. Nam tunc lex humana cogit ad reſtitutionem, puta quoties aliquis de
33 cipitur ultra uel citra dimidium iuſti precij.† Porro lex diuina quæ non ſolum datur populo, ſed oĩbus uirtuoſis: nihil impunitum relinquit quod ſit uirtuti contrarium. Vnde ſecundum diuinam legem illicitum reputatur, ſi in emptione & uenditione non ſit æqualitas iuſtitiæ obſeruata, & tenetur ille qui plus habet reſarcire omne detrimentum illi, qui iacturã & fraudem paſſus fuit, ſi ſit notabile damnũ, quod ideo
34 dico,† quia iuſtum precium quandoque nõ eſt punctim determinatum, licet magis in quadã exiſtimatione conſiſtat, ita quod modica additio uel diminutio non uidetur tollere æqualitatem iuſtitiæ, & hoc uidetur rationi conſentaneum. Huius opinionis ac ſententiæ etiam legitur Beatus Bernardinus in libello de contractibus & uſuris, in ſermone 35. art. 1. c. 2. Præcedẽtibus interim minimè inutile fuerit annectere concluſionem admodum ſignandam, ac nulli non cõpertiſſimam. Quamuis ius permittat & tolleret ut cõtrahentes ſeſe decipiant infra dimidiũ iuſti præcij, tñ in conſcientiæ ſiue poli foro (ut uocatur) omnino illicita eſt huiuſmodi deceptio. Hæc eſt omnium doctorum ac bonorum uirorũ ſententia D. Anto. de Butr. in c. cum extr. de empt. & uẽdit. & bea. Thoma. 22. q. 77. 1. & 2. arti. teſtibus. Tenet Cynus in additione ad l. cauſæ 2. §. penul. ff. de min. 25. an. Tractãt id Sali. in Authentic. ad hæc. C. de uſu. Pet. de Ancha. in regula. peccatũ, de reg. iur. lib. 6. Panor. in c. plærisq; de immunita. Eccle. Inno. in c. in ciuitate, de uſur. ac ibi latiſſimè Io. de Anan. quodq; cõfirmat Bal. in c. cum cauſam de teſtib. huiuſmodi dicens idẽ eſſe conſcientiã & bonum uirum, ſed minimè cõuenit bono uiro, ut aliquem decipiat cõtrahendo, etiam in minimo, ergo, &c. & hoc placuit ẽt Bal. in Rub. C. de contrahen. emp. & uend. in alleg. Auth. ad hæc. Præfatæ tñ concluſi. admodum aduerſari uidentur c. primum, 1. diſt. atq; c. ſana. 9. diſtn. continentia ac diſponentia. Ius naturale & diuinum idem eſſe, ſed iure naturali admittitur deceptio infra dimidium iuſti precij, ut inquiunt Vlpi. I. C. in l.

in causæ 2.§.Idem Pompo.ff.de minorib.25.annis,& Paulus I.C.in l.item si precio.§.finali. ff.loca. quia naturaliter licet contrahentibus inuicem se circumuenire, ego hmõdi deceptio nõ est illicita,etiam in conscientiæ seu poli foro. Huic omissa digressione faciendo satis, indubie dicendum arbitror,uerbum naturaliter illis in legibus nequaquã significare idem quod de iure naturali,cum dr̃ in d.c.1.distinct. 1.Naturali iure iubetur quisque alij facere,quod sibi uult fieri,& prohibetur alij inferre quod sibi nolit fieri. Sed dictio naturaliter in prædictis accipitur pro eo,quod est ex natura contractus,qui nõ est ex iure naturali,sed ex iure gentium, ut inquit gl.in uerb.naturaliter licere,in dicta l. in causæ secunda.§.Idem Pomponius cũ dicit naturaliter licere,id est, iure gentium.Haud spernendum exemplum ob oculos ad p̃citatã conclusionem non inconcinniter accõmodabimus.Si mercator uendat rem uni habenti bonam rei notitiã 12. alteri ignoranti uendat 15.Vel si quis non mercator ex causa uendat fundum suum minoris, q̃ re ipsa ualeat, & emptor nouerit pluris ualere,nã his casibus ac minimè dissimilibus ꝓcedit indubitato præallegata cõclusio,Aut,ut nemo hominum(potissimum lectione multa exercitatorum)nescit, põt generaliter saluari prætacta conclusio:nempe legem ciuilem ac canonicam permittere contrahentes inuicẽ se circumscribere re ipsa,i.rem pluris uendere quã ualeat citra tñ dimidium iusti precij,ita quod in contradictorio & iudiciali foro talis uenditio non rescinditur,relinquitur tñ uenditorẽ, qui rem pluris uendidit, q̃ ualeat,suæ conscientiæ, quia si uenditor ex hoc habeat cõscientiam remordentẽ,quia rem tanti uendidit ultra laborem ac impensas factas, ad restitutionem proculdubio tenetur, neque eum tuetur lex canonica uel ciuilis,quæ solum loquuntur in exteriori siue iudiciali foro,idq́; contingit multis alijs in casibus,in quibus canõ relinquit aliquem suæ conscientiæ,ut in c.mulieri.de iureiuran.& in c.2.de sponsali.iuncta ibi optima ac scitu dignissima gl.uer.tolerari,& in c.ueniens qui cler.uel uouen.matri.cõtrahe.poss.sernit textus in c.cum iã dudum de præbẽ. itẽ facit quod Ecclesia tolerat & permittit passim prostibula

c.inter

c.inter opera de sponsalib. Similiter lex ciuilis ob uitæ utilitatem meretrices dignas legum obseruatione non credidit, inquit Constan.in uulgata ac trita l. quæ adulterium, ad finē C.ad l.Iul.de adult.& stup.itē lex ciuilis permittit concubinatum.ff.de concub.per uniuersum titulum. Possentq; dari exempla.in quibus uenditor rem pluris uendēdo, uel emptor minoris emendo habere debeat conscientiā læsam, ut in casibus præmissis & similibus, ut quia modico labore uult nimis lucrari, quāuis citra dimidiū iusti precij. Deinde, quo præsentis opusculi sit terminus, ne offendat unius nimia longitudo, restat demonstrare, cuius efficaciæ sit subhastatio, &
35 ut quam paucissimis enucleem. † Tanta est subhastationis solennitas, qđ ubi interuenit, abesse & cessare proculdubio oīs
36 doli fraudisq; suspicio appareat. † Cui minimè dissentit Impera. Valent. Theod. & Archa. haud incelebris l. si quos C.
37 de rescind. uendit. † Præterea subhastatio eius est efficaciæ ut firmet contractum ac sibi perpetuo robur attribuat, Imperat. Constantino authore in l. finali. C. si propter publi. pensita. uendit. fuer. celebrata. Ibi subhasta distracta comparauerit, perpetuā emptionis accipiat firmitatē, &c. Cui admodū seruit Imperatorū Diocletiani & Maximiniani textus notabilissimus in l. si hypothecas ad finē, C.de remissio.pignor.
38 ibi. † Nā fiscalis hastæ fides facile conuelli nō debet, cū simi
39 libus ēt iuribus in glosa in uerbo fides, allegatis. † Ideo glosa ordinaria ait subhastationis solennitatem nequaquam leuem solennitatem dicendam esse in Authen.de fideiussoribus §. 1. super uerbo sumus, quā plurimū signanter pōderauit Bal. in sæpe allegata.l.ordo. C.de execu.rei iudic. dicēs, qđ uendere rē cū subhastatione, non est leuis solennitas, qđ
40 & passim & uulgò hisce † in partibus ad amussim obseruari cernimus. Est etiam subhastatio tantæ efficaciæ, ut tollat ꝑscriptionē contra † uendentem in spe. de cessio.act. §. 1. in
41 6.col.uer.sed opponit. Et quid importent illa uerba, quæ ut plurimum & semper in subhastationibus ponuntur & adijciuntur, quod plus offerenti dabitur, Iubebit uidere Baldū in suis consilijs, consilio 191. in 3. partæ. Quæ omnia, surda aure non sunt prætereunda, sed altius infigenda animo, atq;

memo-

memoriæ ſcrinio commendanda, quoniam optima, notatu digna, utilia & quotidiana ſunt. Cætera quippe, quæ pertinerent ad huius materiæ ampliorē enodationem, non licuit ꝑ meorum negotiorum molē examinare ac ſciſcitari. Sed plura deſiderantē ac expectantem remitto ad Bartolum in l. licitatio. ff. de publica. & uectigalib. necnon in l. prima. C. de fid. inſtru. & iure haſt. fiſcal. lib. 10. Baldum in l. ordo C. de execut. rei iudic. & Speculatorem in titulo de cita. §. ſequit̄, uer. Si uero ſubhaſtatio, quorum opiniones, dogmata & interpretamenta (ut prius memini) hac in materia omnes paſſim ſequuntur, laudant & aſſerunt, nec eſt meo iudicio, etſi tenui, ulla iuris ciuilis pars, in qua adeò Bartolo, Baldo, ac Speculatori aſſentiant̄, & tribuant ſcriptores, non ſolū ſpeculatiui, ſed ēt & practici, ita recepta eſt in hoc ſcribendi genere, eorū authoritas, ut pro lege (quamuis utique nullis corroborēt legibus) apud oēs, habeatur. Quo circa ut res tandem ad finem decurrat, his impono finem huic Exegeſi, etiam ſi ſine numero alia pulchra, utilia & quotidiana, huic materiæ minimè incongrua, ſed admodū conuenientia in medium adferre potuiſſem, quæ, ne lectorem multis morer, poſthabeo & omitto, atq; ſtudioſo in rebus publicis non occupato, indaganda relinquo. Interim hoc pium, candidumq́ue rogans lectorē, ſi in huiuſmodi exegeſi, celeri calamo edita, aliqua fortaſſis oſcitanter per incuriam aut imprudentiam minus rectè, ſyncerè, ac dexterè, excuſa & abſoluta reperiantur, ea & quæuis ēt alia præſcripta, ſaniori ſemper iudicio peritorū atq; melius ſentientium diſcutienda & ſciſcitanda benignè humiliterq́ue ſubmitto.

FINIS.


RES PARVAE CRESCVNT CONCORDIA
I·A·F